Bibliothèque numérique
medic@

Galien / Croeser , Herman (trad.).

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc opere continentur, proxima pagina indicabit

Parisiis Apud Simonem Colinaeum, 1532.
Cote : 2054x01

PARIS biu Santé

(c) Bibliothèque interuniversitaire de santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?02054x01

©BIU Santé

M. Gallarotti
Ex Libris Michaelis Stelae Doctoris

GALENI OPERA

DE PVLSIBVS HERMANNO CRVSERIO CAMPENSI INTERPRETE.

Quæ in hoc opere continentur, proxima pagina indicabit.

323

2054.

I. 2054

2054

Bibliotheca Universitatis

PARISIIS
Apud Simonem Colinæum.
1532

Rizal

©BIU Santé

In hoc opere continentur.

Ad Tirones liber	I.
De differentijs pulſuum libri	IIII.
De dignoſcendis pulſibus libri	IIII.
De cauſſis pulſuum libri	IIII.
De præſagatione expulſibus libri	IIII.
De vſu pulſuum liber	I.

©BIU Santé

CHRISTIANISSIMO GALLIARVM REGI FRANCISCO,

HERMANNVS CRVSERIVS CAMPENSIS.

S. P. D.

POstquam me ſemel CHRISTIANISSIME REX ad vertẽdum in linguam latinã Galenum contuli, omne meũ tempus amicorum temporibus planè tranſmiſi, nec inſtituti mei curſus vllam duxi poſtea rationem. Ego enim, cũ huic prouinciæ hactenus meã operam & induſtriã dicaſſem, vt à grauioribus me ſtudiis mihiq; perneceſſariis ne auocaret: ſed in ea, vbi odium me illorum vel ſatietas cæpiſſet, quaſi acquieſcerem: prorſus de mea ſententia depulſus ſum. Nam eo cæperunt iam loco apud me eſſe amplius biennium ſeria ſtudia, vt nõ quærerem, quod horum mihi moleſtiam leuaret: ſed ipſa ſtomachũ, quem mihi tradactio Galeni faciebat, diſcuterent. Huius tamen mihi mei facti nonnulla ratio conſtat. quòd partẽ retuli illam Medicinæ, quæ depoſita, & pene, dicam, deplorata fuit. Nam cum ſingulis in partibus huius præclariſſimæ ſcientiæ variè eſſet multúmq; à multis elaboratũ, hanc pro derelicta omnes habuerunt. vt Plinius illis grauior author eſſet, qui Herophilum ob nimiam huius artis ſubtilitatẽ eſſe dicit deſertum: quàm Galenus Philoſophorũ Homerus. qui tantã hac in re induſtriam, tantam operã poſuit, vt maximum hinc præſidiũ ad morbos explorandos haberet. qui tam clarè etiã tradidit hanc cõmentationem, vt longè nos meliore conditione, quàm ille fuit, ſimus. Ille enim cum omnia accepiſſet à maioribus obſcura, confuſa, multa de iis etiam falſa: aperta nobis, diſtincta, atq; diſtributa adhibitis demõſtrationibus reddidit. Huius cũ exemplum tanti viri propoſitum Medici haberent, cognitionem tamen pulſuum repudiarunt, atque ad vrinam ſunt delapſi. & vt in prouerbio eſt, eos aulœdos eſſe, qui citharœdi fieri non potuerint: ſic cũ præ ignauia iſti cognitionẽ pulſuum aſſequi non potuerunt, quòd diligentiam poſtularet ſingularẽ & laborem, ad vrinas æſtimandas deuenerũt. Non tamen in hac culpa ponendi omnes ſunt. Florent enim nunc induſtrii multi, quorũ circum te multos, plurimos Lutetia habet. Et quod imminuit etiã huius turpitudinẽ inſcitiæ: hæc ars hactenus nullum lumen habuit literarũ latinarũ. Quo mihi plus laboris in tranſferendo, plus difficultatis fuit. Siquidem cũ negligentiores latini in omnibus partibus Medicinæ fuerũt, tum certè in hac multo maxime. Adeo enim pulſum Plinius tenuiter attigit, vt ad Græca nomina traducenda in latinam linguã ſanequam parum nos iuuerit. Tamen in hac tanta difficultate, inopiáq; nominum latinorum, amicis meis, adeóq; ſaluti humanæ nolui deeſſe, quin pulſuum fontes ductos è Galeno latinis aperirem. neq; hic tam quid præſtare facultas mea poſſet, quàm vt morẽ amicis gererẽ, cogitaui. Omnino enim, ſi conſiderare ingeniũ meum, ſi reſpicere meas opes & copiam vellem, nõ committerem, vt hoc onus ſubirem. Verũ, qui illum vituperari ſcirem ſolere, omnia qui intus caneret, nolui ad meam exiſtimationem totũ meum curriculum & ad meã vtilitatem referre. aliquid dandum etiã putaui familiaribus. Itaq; partim meæ voluntate ſententiam meã inflexi, partim ceſſi conſtantiſſimæ illorũ voluntati, atq; hoc munus ſubii, ad quod omnem, quam potui, diligentiã adhibui. Has ergo tuæ maieſtati meas lucubrationes CHRISTIANISSIME REX nũcupo. Si quid hic labore, ſi diligẽtia & vigiliis, ſi multo ſudore ſum conſecutus, id tuæ aræ omnium ſtudioſorũ benigniſſimi patroni vniuerſum dedico atq; cõſecro. Non me latet acutiſſimũ tuum omni in re iudicium poſtulare, ad te nihil vt afferatur, niſi ingenio perfectũ, induſtria elabora-

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 3 sur 282

©BIU Santé

tum,niſi deniq; omnibus numeris abſolutum.idem tamen hoc ſcio nèmini tuam facilitatẽ & benignitatem vel humilimo clauſam vnquam fuiſſe. Tu enim qui doctrina præſtantes,viros ſemper es complexus,ſempérq; exoſculatus,idem foues & tirones: & ſi quem animaduertas ad virtutem & ad recta ſtudia currentem,in oculis habes.Et cum mecũ tuas occupationes,curáſq; quas ampliſſimum hoc regnum generat,ſæpe cogitarẽ:fabulã me hercle, quæ de te referebantur,exiſtimaui.prædicabatur tua eloquentia,cõmemorabatur prorſus omnis ſcientia antiquitatis.Nam de cæteris tuis illuſtriſſimis teſtatiſſimiſq; virtutibus nõ ſtatui hoc loco tam reſtricto verba facere.Hæc,inquam,cum in ore omniũ eſſent,hactenus hæſitaui,dum omnem dubitationem mihi clariſſimus ac doctiſſimus vir Iacobus Colinus præcideret.Hoc enim quærere locupletiorem teſtem non ſuſtinui.præſertim cum tibi ille perpetuo præſto ſit,omnéſq; illo docti & ſtudioſi vtantur apud te interprete & priuatim etiam patrono,de me quidem certe ita merito, vt cum multa multis,huic vni tanquam mearum fortunarum ſacræ anchoræ omnia mea, & etiam meipſum debeam totũ.Hic ergo cum illa mihi confirmaſſet,quæ cupiebam vel mea ſponte vera eſſe,deſtiti tum demũ mirari,quid omnes nunc nõ ſolum nobiles, ſed plebei in manibus literas haberent.Sciebam principis ſtudio duci populũ,& ad eius ſe mores fere aggregare. Itaq; Græciam nõ quærimus,Italiã nõ deſideramus.Omnis in Galliam humanitas ductu FRANCISCI, omnes ſcientiæ ſe contulerunt.vt hic natæ illæ,non importatæ videãtur. Nam cum profligata vndiq; humanitas literarũ atq; eiecta,ſedem vbi partũ æderet,quæreret:tu illam tuo ſinu laſſam,vt Latonam Delus,excepiſti.Cum contempta ab omnibus eſſet,apud te honos illi fuit.Iacentem erexiſti,afflictam confirmaſti,deformatam deniq; ſuo nitori reſtituiſti. Quàm porrò hoc amplum tibi ad honorem,quàm illuſtre eſt,quòd non modo,vt tuis æqualibus conſuleres, laboraſti : ſed vt ex tua benignitate fructum omnis etiam poſteritas caperet,inſtituto ampliſſimo linguarum collegio prouidiſti. Nec verò hoc prætereundum eſt,eum tu adhibuiſti comitẽ tibi,qui aſſidue apud te cauſſam literarũ ageret:illum inquam ampliſſimũ Cardinalem Lotharingum,principem ſecundum te Muſarum patronum,vt ne,ſi etiam grauior vis immineret oſorum bonarum literarum,de gradu vos deiicere poſſet,σύντι θῦ ἐχομένω.Quare vt tanta tua in rempub.beneficia,quæ non potuerunt etiam pro virili parte ad me non peruenire, teſtarer:vtq;,cui foris meus frater,dum viueret, meruit,ego in literaria militia ſtipendia facio,ducem agnoſcerem:hos Galeni libros ad Tirones, de differentiis pulſuum, & de pulſibus dignoſcendis à me nuper in ſermonem latinum verſos,tuo CHRISTIANISSIME REX auguſtiſſimo ampliſſimóque nomini dicaui. Atque duo deum opt.Max. oro:vnum,vt te nobis incolumem,ſempérq; inuictum cũ nobiliſſimis adoleſcentibus liberis tuis conſeruet. hoc reipub. maius à deo dari nihil poteſt.Alterum,vt ſi ſummo labore hi mihi libri euigilati ſunt,egóq; nominis tui ductus magnitudine eos tuæ maieſtati conſecraui,perpetua tua humanitate excipias.

Vale CHRISTIANISSIME REX.

©BIU Santé

INDEX ALPHABETICVS IN LIBROS GALENI DE PVLSIBVS.

Quod ad indicem ſpectat, primus numerus paginam, alter lineam ſignificat. Sicubi literã b, inuenias, denotat in libris de cauſſis pulſuum & de Præſagatione ex pulſibus ſequentem numerum quærendum eſſe.

De litera A.

AB arterijs in venas quoſdã eſſe inſenſibiles tranſitus.b. 129.30
Abdominis muſculis inflammatis qui pulſus fiant.b. 120.33
Abloitio pulſus & deficiens pulſus quid diſtent.b. 21.11
Abrumpi motum cum cõuulſione quadã proprium phreneticorum eſt. b. 58.4
Acceſſiones cuiuſque rei ſunt eiuſdem cũ re generis 62.44
Acerbus pulſus 66.37
Adaliquid multis generibus eſt cõmune 42.7
Ad mediocrem cognitionem pulſuum requiri multos annos 92.20
Aequalitas 20.11
Aequalis pulſus duplex 29.21
Aequalis inæqualitas 21.30
Aequalis pulſus eſt in tumoribus, qui conſiſtũt ad coſtas.b. 116.12
Aer non eſt vacuus 64.19
Aeris circũdantis ſtatũ, præterea animi affectꝰ & vitę ſortẽ pulſus modũ alterare.b. 132.17
Aeſtate creſcit vſus, & langueſcit facultas. b, 38.41
Agathinus 140.13
Alba febris apud Archigenem.b. 108.10
Albus pulſus & niger 66.30
Alis affectis qui pulſus fiant.b. 118.3
Alteratio valida.b. 7.6.
Alterationum vbi certiſſima cognitio.b. 64.11
Alterationes pulſuum in vehementiam & remiſſionem quæ ſint.b. 79.17
Alterationes pulſuum in duritiam & mollitudinem quæ ſint.b. 79.28
Altitudo.b. 28.22
Altus 15.41: 94.2
Altus per accidens tactum impellit 136.18
Altus & celer in cõtractione cur promittat decretorias excretiones.b. 123.16
Altus quomodo fiat.b. 28.39
Altus pulſus quomodo oriatur.b. 29.9
Alti pulſus cauſſæ.b. 29.31
Altus iratorum pulſus.b. 29.34
Anginæ pulſus.b. 58.4
Anginæ pulſus tenſionem habet.b. 58.14
Anguſtus 15.40
Animalis facultas vnde debilitetur & ſuffocetur.b. 122.7
Applicandæ manus arteriæ tres modi. 102.5
Appoſitio per vinum cur celeris.b. 45.44
Aquæ inter cutem anaſarca pulſus.b. 60.23
Arceſilai dictum 50.24
Archigenes in audacia nõ permanſit 38.29
Archigenes de pleno pulſu 139.1
Archigenis de arteria opinio.b. 128.36
Archigenes falſus, q crebros & intercurrẽtes peiores duxerit raris & ĩtermittẽtibꝰ.b. 86.15
Archigenes de bis ferientibus pulſibus parum accurate ſcripſit.b. 91.9
Arhythmi. 19.25
Ars conſtitui obſeruatione citra rationem non poteſt. 117.26
Artes non in ſingularibus, ſed in generibus & ſpeciebus poſitæ ſunt. 47.5
Arteria mollis vel dura 15.18
Arteria plena vel vacua 15.19
Arteriæ an ſua ſponte pulſent diſſenſio 73.11
Arteria diſtẽditur, nõ aſcẽdit & deſcendit. 92.35
Arteriam regio ampla cingit 104.34
Arteriæ corporis non ſunt omnes æquales, neque parem habent diſtentionem 119.17
Arteriæ magnitudo quomodo in optima natura inueniatur 123.12
Arteriæ quæ in collo ſunt, cor cũ cerebro coniungunt.b. 125.20
Arterijs deuinctis partibus adimere calorem nequeas.b. 127.24
Arteriarum tractus & expulſus.b. 129.25
Arterias à corde plus accipere & cur.b 130.1
Arteriarum actionis dubitatio.b. 130.34
Arteriarum vterque motus actio eſt.b. 131.10
Arteriæ corpus tertia continens cauſſa.b. 4.25
Arteriæ & nerui conſentiunt.b. 27.32
Aſcitæ pulſus.b. 60.8
Ασφυξία.b. 68.29
Auxilia in exceſſibus tria.b. 6.4

De litera.B.

Βίκος 39.2
Βλίτυρι 61.24
Breuis 15.39
Breuis pulſus cauſſæ.b. 31.1
Breuis proprie dicti cauſſæ.b. 31.9
Breuis pulſus vnde fiat.b. 60.19
Breuis, lati, alti cauſſæ 71.30
Breuis, lati, moderati cauſſæ.b. 71.32
Breuis, lati, humilis cauſſæ.b. 71.34
Breuis, moderati, alti cauſſæ.b. 71.36
Breuis, moderati, moderati cauſſæ.b. 71.39
Breuis, moderati, humilis cauſſæ.b. 71.41
Breuis, anguſti, alti cauſſæ.& 71.43
Breuis, anguſti, moderati cauſſæ.b. 71.43
Breuis, anguſti, humilis cauſſæ.b. 72.8

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 5 sur 282

©BIU Santé

De litera C.

CAlidi natura pulſus.b 35.1
Calidiorum cur non multo vehementior pulſus.b 35.16
Calidius corpus ad motū procliuius.b 104.12
Calidos quos vocemus.b 35.12
Calidū & humidū bifariā accipitur.b 98.13
Calor quos efficiat pulſus.b 5.14
Calor duplex.b 99.38
Calor ex peculiaribus ſuis pulſibus nullū perpetuum habet.b 98.37
Calor,qui qualitate vel quantitate variat à natiuo,quid faciat.b 99.44
Calor natiuus temperatus.b 39.1
Caloris natiui defectus quos habeat pulſus.b. 6.17
Caloris cum humiditatis defectu à natura remoti cauſſæ.b 99.40
Caloris cum duritie pulſus.b 13.8
Caloris duplex motus.b 41.31
Caninæ famis pulſus.b 59.23
Canis 36.12
Caprizans pulſus 31.2
Caprizans pulſus quid denotet.b 90.12
Caprizantis pulſus cauſſæ.b 25.8
Carotides arteriæ.b 126.43
Catochorum pulſus.b 56.32
Cauſſa continens.b 3.8
Cauſſa non eſt eadem cum effectu. 57.32
Cauſſa ſibi debet vbiq; cōſtare 116.35
Cauſſa vna ſumme læſa valet inducere ſummā alterationem.b 17.4
Cauſſæ humidæ intemperiei.b 113.23
Cauſſæ externæ.b 3.15:b.112.40
Cauſſæ præcedentes.b 3.16:b.112.41
Cauſſæ p̄cedētes,q̄ indurent arterias.b 113.11
Cauſſæ continentes vehementis,languidi,mollis & duri pulſus.b 79.2
Cauſſæ præcedentes quæ robur augent & opprimunt.b 79.41
Cauſſæ præcedētes & externæ mollis pulſus.b 80.14
Cauſſarum genera.b 3.1
Cauſſarum tria genera.b 32.5
Cauſſarum inueniendarū methodus.b 5.34
Cauſſarū omniū cōtinētiū cōplexiones.b.14.13
Celer motus 125.28
Celer pulſus 15.34:18.17:124.15
Celer pulſus familiaris tantum robori facultatis.b 8.20
Celer ad magnū cōiūctus impellit tactum.135.31
Celer vterq; motus cōmodiſſimus.b 22.44
Celer quid denotet.b 76.35
Celer bifariam dicitur.b 76.38
Celerem motum robur reddit.b 109.29
Celeres & tardi pulſus nō leuiter palpādi.126.17
Celerior pulſus neceſſario maior eſt.b 77.1
Celerior pulſus quid annuntiet.b 77.28
Celerior & mollior quid denotet.b 77.28
Celerior & vehemētior quid ſignificet.b.77.33
Celerior,mollior, & vehementior quid denotet.b 77.37
Celeris pulſus definitio 108.19
Celeris & tardi pulſus definitionum declaratio 124.11
Celeris & tardi pulſus dignoſcendi ratio.125.9
Celeritas occurſus & ict⁹ violētia differūt.135.30
Celeritas pulſuū febribus adeſt ppetuo.b.101.7
Celeritas facultati validæ peculiaris eſt.b.45.34
Celeritas cōtractionis quid ſignificet.b 81.15
Celeritatē nō habet cōiūctā remiſſio 109.26
Celeritatē oſtendit impetus motus 125.19
Celeritatis cauſſæ.b 5.5:8.30
Celeritatis non eſt crebritas cauſſa 109.30
Celeritatis non eſt paruitas cauſſa 109.32
Celeritatis & tarditatis immutatio nunquā ſola inuenitur.b 76.43
Celeritatis & tarditatis mutationes compoſitæ.b 77.19
Cerebri affecti ſymptomata.b 118.23
Cerebri baſis.b. 127.1
Cerebri ventriculi ſpiritus animalis pleni ſunt.b. 126.34
Certare de nomine eſt operam ludere 55.2
Cholericorum & cardiacorum pulſus.b. 8.8
Chryſippus nomina , quæ in dialectica finxit, interpretatus eſt 37.35
Chryſippus in linguam atticam fuit contumelioſus 52.34
Cinis.b. 112.15
Circulus diſtentionem circumſcribens reſpondet eius quantitati 129.35
Circulus diſtentionis duabus de cauſſis minor videtur.b. 72.35
Circumnuentes 28.8
Circūnuens pulſus q̄buſdā natura adeſt.b. 96.1
Collectiuæ æqualitates & inæqualitates.20.18:31.14
Collectiuæ inæqualitatis differentiæ 21.29
Comitialium & attonitorum pulſus.b. 57.37
Cōmixtionis,in qua cordis corpus calidius eſt, & materiæ frigidiores,tres differētiæ.b.104.3
Cōmune findendum eſt in ſuas partes 115.19
Comparatiua ad aliud referuntur 112.16
Compreſſio 102.12
Confuſio bifariam fit 115.15
Connitens ictus 61.41
Conſiſtere omnino & retineri.b. 22.25
Conſtrictio vnde naſcatur.b. 74.26
Contentio 15.17
Contentio vitalis 101.41
Contentio obſcura eſt 57.43
Continentes tres cauſſæ.b. 18.15
Contractio 18.15
Contractio non poteſt cuiuſuis pulſus ſentiri 100.23
Contractio incipienda cognoſci eſt in ijs pulſibus,in quibus eſt apertiſſima 100.23

©BIU Santé

Contractio attrahit, nihil excernit.b 31. 34
Contractione manifesta præditi pulsus quibus in ægrotis insint. 101. 7
Contractionem sentiri Herophilij affirmant. 97. 20
Contractionem qui negabant sentiri,qua niterentur ratione 97. 28
Contractionem qui pulsus apertam habeant. 100. 3
Cõtractionem manifestam habẽtes pulsus quibus in sanis insint. 100. 44
Contractionis inuestigatio Galeni 97. 6
Contractionis dignoscendæ ratio. 97. 40
Contractionis declaratio per alia vasa. 98. 14
Contractionis tangendæ ratio. 102. 20
Contractionis finis incognitus est. 105. 41
Contractionis quanta pars fugiat. 106. 23
Contractionis primus motus non sentitur in languidis pulsibus. 133. 24
In contractione quæ considerandæ. 92. 10
Controuersia ex opinione nascitur. 54. 10
Contumaciæ instrumentorũ caussæ.b 24. 20
Conuulsio & tremor in neruis. 78. 41
Conuulsiuus pulsus infrequens. 94. 39
Conuulsiuus pulsus vnde dictus.b 27. 26
Conuulsiui pulsus caussæ.b 27. 17
Conuulsiuus affectus quid.b 75. 22
Conuulsorum pulsus.b 57. 7
Cor viscerum princeps.b 125. 30
Cor calidius & arterias frigidiores qui sequantur pulsus.b 100. 8
Cor siccius quomodo pulsum mutet.b 113. 5
Cor vnde reddatur durius.b 113. 16
Corde refrigerato animal perit, calore reseruatur.b 127. 39
Corde læso arteriæ simul læduntur.b 98. 17
Corde calore intemperato qui valere facultas possit.b 99. 15
Corde præcalido substantia quæ continetur in ventriculis frigidior vnde procedat.b 99. 31
Corde simul & arterijs frigidioribus qui pulsus.b 101. 40
Cordis calorẽ semper feruere oportet.b. 127. 31
Corpus an dum mouetur, maneat aliquo modo. 125. 23
Corpus totum esse spiritu humoréq; peruiũ.b 127. 27
Corpus totum intro forásq; esse perspirabile, quid Hippocrati significet.b 129. 43
Corpora tangẽtia duobus modis se mutuo tangunt. 97. 41
Crassis cur paruus pulsus. 104. 36
Creber pulsus. 18. 18
Crebri & intercurrẽtes quid denotent.b. 86. 13
Crebritas impariũ vsui actionũ comes. b. 20. 1
Crebritas & raritas bifariã accipiuntur.b. 36. 7
Crebritas & raritas quid indicent.b 82. 15
Crebritatis caussæ.b 5. 10
Crebritatis vna caussa est.b 6. 11
Crebrum pulsum ardentes febres habent. b. 86. 30
Cuinam in multa membra diuiditur. 115. 23
Cutis remissio quid faciat. 105. 1

De litera D.

Decurtati. 21. 42
Decurtatum. 22. 13
Decurtatæ inæqualitatis caussæ.b 20. 34
Decurtatorum duo genera.b 20. 45
Decurtatorum pulsuum caussa.b 26. 44
Decurtatus quibusdam naturalis est.b 96. 5
Decurtatorum vtrumque genus quid significet.b 95. 18
Decurtati quid significent.b 93. 11
Decurtatorum duplex genus.b 93. 12
Decurtatus in vna distẽtione quid significet.b 93. 15
Decurtati reciproci,& decurtati intermittentes.b 94. 27
Deficientes decurtati 21. 45
Deficientes pulsus.b. 21. 15
Definitionum vsus 34. 35
Definitiones rerum non nominum sunt. 36. 20
Definienda non sunt omnia 37. 2
Definitionum duo genera 73. 30
Definitio nominis 73. 45
Definitio essentialis 74. 1
Definitio nominis arbitra essentialis est. 74. 39
Definitiones pulsuum aliæ atque aliæ pro quaque secta 76. 19
Definitio pulsus Erasistrati 76. 19
Definitio Asclepiadis 76. 21
Definitio Galeni 76. 24
Definitio essentialis ad disciplinas nihil opus est 77. 15
Definitio essentialis tironib⁹ inutilis est. 77. 30
Definitiones Alexandri Philalethis 79. 31
Definitiones Demosthenis philalethis 81. 1
Definitio Bacchii 81. 22
Definitio Aristoxeni 81. 41
Definitionis altera Aristoxeni 85. 20
Definitio zenonis 82. 26
Definitio Chrysermi 83. 40
Definitio Heraclidis Erythræi 84. 21
Definitiones Agathini 86. 14
Definitio Archigenis 87. 17
Definitio Magni 87. 42
Definitio Athenæi 88. 1
Definitiones Asclepiadis, eiúsque discipulorum 88. 14
Definitio Moschionis Correctoris 88. 27
Definitiones Erasistrati discipulorum 88. 36
Definitiones Apollonii Stratonis F. 88. 41
Deorsum.b. 28. 20
Descriptio 78. 7
Descriptio pulsus Heraclidis Tarentini 78. 4
Descriptio pulsus Galeni 79. 26
Desperandum non esse etiam si longo tempore nihil proficiamus 93. 3

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 7 sur 282

©BIU Santé

INDEX.

Διέκπνοϛ 64. 17
Diariæ febris pulſus. b. 108. 41
Διασισαγμένη 139. 20
Diaſtole. b. 131. 25
Diaſtole q̄ta in diuerſo naturæ habitu.b. 131. 11
Dicrotus 25. 30
Dicroti non vibrati cauſſæ cōtinētes.b. 102. 42
Dicroti ſemper vibrati ſunt. b. 23. 43
Dicroti pulſus cauſſæ. b. 24. 31
Dicrotus nō aperte vibratus.b. 24. 36
Dicrotus qua re vincat vibratum. b. 24. 44
Dicrotus aperte vibratus.b. 24. 37
Dicrotus pulſus quid denotet.b. 90. 12
Differentia vnde dicta 52. 42
De differentiæ nomine 50. 33
Differētia à veteribus tribus modis accipitur. 52. 6.
Differētiā varie Archigenes vſurpauit 52. 3
Differūt quædā prædicamento 52. 43
Differunt quædam genere 52. 45
Differunt nonnulla ſpecie 53. 4
Differunt indiuiduo alia 53. 7
Differunt aliquatenus omnia quæ ſunt 53. 14
Digitorum numerū non omnes arterię eūdem recipiunt b. 95. 1
Dignoſcere pulſus plurimi temporis.magnæq; difficultatis eſſe 91. 20
Ad dignoſcēdos pulſus nullum externum adiumentum eſt 91. 26
Διηχημέναι 37. 31
Διηχωνισμένοϛ 62. 26
Dimenſio nulla ſentitur tota 127. 9
Dimenſiones arteriæ tres 15. 14
Dimenſiones diſtētionis nō ſemper tantæ apparent,quantæ ſunt.b. 68, 15
Dimenſionis cur nullius quantitas exacte poſſit dignoſci 127. 28
Dimenſionum binarum pulſus nihil vſus præſtant 47. 30
Diſſenſio de cordis ventriculis 73. 6
Diſſenſiones de vehementi pulſu 13. 18
Diſſenſiones de cauſſa motus arteriarū. b. 4. 3
Diſtentio 18. 14
Diſtentio æſtimanda eſt ex corporis cauitate. 122. 16
Diſtentio attrahit,nihil excernit. b. 31. 31
In diſtentione quæ attendenda 92. 4
Diſtentionem, non ſolum ictum animaduertit ictus 95. 18
Diſtentionis primæ partes fugiunt viſum & tactum 105. 18
Diſtētionis principij minima pars in vehemētibus pulſibus violentum tactū fugit 105. 31
Diſtentionis quāta pars tactū fugiat 106. 17
Diuitiarū & gloriæ cupiditas ſtudioſo abijcienda 93. 33
Doctrina nulla conſtat citra interpretationem 66. 9.
Dormientium à ſaturitate pulſus. b. 132. 3
Dormientium à ſaturitate ſyſtole cur intendatur.b. 132. 4
Dormientium pulſus altera ex parte tantum tardus.b. 40. 34
Dubitationis de colli arterijs vinculo exceptis ſolutio. b. 127. 15
Dulce Seſaminum 93. 33
Dulcis pulſus & amarus 66. 33
Dura premunt & contundunt 137. 13
Duræ arteriæ cum frigore pulſus.b. 12. 27
Durus 17. 32. 94. 2
Durum 68. 20. 137. 6
Duri vna eſt ſignificatio 63. 43
Durum proprie 69. 13
Durum per metaphoram 69. 10
Duri & validi differentia 68. 25
Duro corpori multa accidunt 69. 21
Durorum cauſſæ 65. 25
Durus pulſus quomodo accipiendus.b. 108. 18
Durus pulſus ſignificat arteriam durā.b. 73. 5
Durus abſque vibratione quid ſignificet. b. 75. 45.
Durus & vibratus quid denotet. b. 76. 8
Duri & parui citiſſime efficiuntur vibrati. b. 75. 31
Duriſſimus & molliſſimꝰ æque periculoſi ſūt.b 87. 20
Duriſſimi pulſus cauſſæ.b. 86. 22
Durities cur ad contractionis notitiam faciat. 101. 29.
In duritiam & mollitiem non fit cōtinens mutatio. b. 102. 20
Duritiei & mollitiei tactus arbiter eſt 68. 17
Duritiei inſtrumentorum cauſſæ.b. 24. 21

De litera E.

ECrhythmus 19. 31
Ἔγχυλομ 139. 26
Elephantiaſis pulſus. b. 60. 27
Elementa quatuor dignoſcendorum pulſuum. 94. 10.
Elementum primum, diſtentionē tantum ſentire 94. 19
Empiricorum authoritas 95. 34
Enrhythmus 19. 27
Eorum,quæ præter naturam ſunt diuiſio. b. 98. 4
Επιμόριοϛ 19. 42
Eraſiſtrati de membranis magnæ arteriæ opinio. b. 130. 4
Eraſiſtrati de arterijs opinio. b. 130. 20
Eſſentia facultatis in quibus poſita ſit.b. 73. 22
Euētus morbi quomodo præſentiatur.b. 121. 30
Eurhythmus 19. 28
Exercitatio quomodo pulſus mutet 115. 7
Exercitationis quātitas diuerſæ variat 115. 32
Exercitationis moderatæ pulſus 116. 15
Exercitationis vſus in cauſſis pulſuum.b. 17. 7
Exercitationibus alterationes diuerſæ ſuccedunt pro temporibus 115. 28

©BIU Santé

Expergiſcentium pulſus. b. 42.3
Externi modi inueſtigandarum cauſſarũ.b.65.9
Extremitates ſunt exitioſę 86.35

De litera.F.

FAcultas.b. 4.10
Facultas prima continens cauſſa.b. 3.35
Facultas languida,uſus remiſſus,variãtibus inſtrumentis quos efficiant pulſus.b. 14.20
Facultas affecta cur ięquales pulſ⁹ efficiat.b.19.12
Facultas initio ſomni oneratur, poſtea confirmatur.b. 40.16
Facultas vnde proſternatur. 122.2
Facultas debilitata vel per ſe vel à cauſſa externa.b. 59.31
Facultate paululum debilitata, & vigente frigiditate plurimũ,qui pulſus fiant.b. 101.29
Facultate languida,vrgente vſu,duróque inſtrumento qui pulſus fiant.b. 17.35
Facultatem influentem ex corde quando arterię eodem tempore non accipiant.b. 100.17
Facultatem offenſam eſſe quid ſit.b. 73.25
Facultatem debilitari quid.b. 73.41
Facultatem quę cauſſę deprimant.b. 80.3
Facultatis paruę offenſionis pulſus.b. 20.43
Facultatis maioris offenſionis pulſus.b. 20.44
Facultatis infirmæ maioris uſus , mollium inſtrumentorum qui pulſus.b. 16.10
Facultatis validæ, uſus remiſſi,variantibus inſtrumentis pulſus.b. 16.26
Facultatis robur in maribus ad magnitudinem pulſuum facit.b. 33.37
Facultatis robur quæ cauſſæ augeãt.b. 79.42
Facultatum quæ eſſentia.b. 90.40
Fauilla.b. 112.15
Febris ex putredine humorum pulſus.b.106.45
Febris putridæ differentiæ.b. 111.12
Fidis ſpecies vel pili quid ſignificet.b. 30.31
Fluctuatio humorem annuntiat. 44.32
Fluctuatio qualitates humorũ nõ indicat.145.12
Fœmellæ officia.b. 33.27
Formicans pulſus 30.9
Formicans vnde dictus. 30.13
Formicans pulſus qualis ſit. 30.19
Formicans rudes latet. 108.36
Formicans pulſus non eſt celer. 109.17
Frigidæ intemperiei qui pulſus peculiares ſint b.101.19
Frigiditatis cauſſæ.b 67.40
Fuligo.b. 112.13
Fuliginoſa excrementa vbi abundent.b. 81.20
Fumus.b. 112.13
Futura ex quibus præſagienda ſint.b. 121.18

De litera.G.

GAleni cum quodã Sophiſta cõtẽtio.35.27
Galeni pater ſingulariter erat græce doctus & Pædagogus. 40.3
Galeni ſcrupuli in arte de pulſibus. 92.28
Galeni diligẽtia in dignoſcẽdis pulſibus. 92.40
Galeni induſtria in tradẽda arte de pulſib⁹.93.8
Galeni explicatio de pleno pulſu. 143.22
Galeni præſagatio in diuite.b. 65.36
Galen⁹ vulgo nõ ſcribit libros de pulſib⁹.109.9
Galenus falſus in dignoſcẽdo dicroto.b. 90.45
Genus & ſpecies & differentia ab Archigene vſurpata. 41.9
Genus ante alia in definitione exprimẽdũ. 82.3
Gracilis pulſus. 17.2
Gracilis pulſus cauſſæ.b. 30.44
Graciles magnum pulſum habent 104.39
Graciles quomodo accipiendi.b. 35.30
Gracilium pulſus.b. 35.28
Gracilium pulſus cur maior & rarior multo,vehementior paulo.b. 35.33
Grauis pulſus 58.29
Grauis pulſus nihil niſi nomẽ tãtũ eſt 60.11

De litera.H.

HAbitus corporis ad magnitudinem pulſuum refert.b. 33.43
Habitus mulierum ad paruitatem pulſuum diſpoſitus eſt.b. 34.4
Hecticæ febris cauſſa.b. 99.29
Hecticæ febris propria ſigna.b. 101.3
Hecticæ febris quos affect⁹ cõſequãtur.b.105.30
Hecticæ febris pulſus.b. 108.43
Hecticus pulſus vnde dictus.b. 54.2
Herophilus obſcurus eſt 79.7
Herophil⁹ ad nullã rẽ vtitur pleno pulſu.145.45
Herophilus de rhythmis.b. 83.6
Herophilus non probe cognouit contractionem & quietes.b. 83.11
Herophili ſchola de præſagiis ex pulſibus nihil ſcripſit 133.27
Herpetes depaſcentes.b. 81.29
Heterorhythmus 19.31
Hippocrates pulſ⁹ nomẽ prim⁹ vſurpauit.14.18
Humiditas cibi per ſe pulſus non mutat. 62.12
Humidum varias habet ſignificationes 69.1
Humor in arteriis preſſui non renititur 145.3
Humores contineri in arterijs Praxagoras negat. 141.41
Humilis 15.14
Hydropicorum pulſus.b. 60.4

De litera. I.

ICtericorum pulſus.b. 60.33
Ictus 18.14: 135.5
Ictus multarũ ſpecierum pulſus comes eſt.135.8
Ictus cur multis pulſibus comitetur 135.14
Ictum empirici, non diſtentionem dicunt ſentire 145.22
Imbecillum. 63.22
Immoderatum 122.45
Impeditus pulſus 61.7
Inæqualis pulſus duplex 20.21
Inæqualis inæqualitas 21.30
Inæqualis pulſus nunquam ex vſu immutatus fit.b. 18.17
Inæqualis pulſus cur in partibus arterioſis inflammatis.b, 30.22

©BIU Santé

INDEX.

Inæqualis pulſus vnde oriatur.b. 83.25
Inæquales ſenſu nõ ratione iudicamus.b.81. 35
Inæquales pulſus fiunt facultate onerata.45.15
Inæquales deficientes 22.12
Inæqualium inæqualitatum differentiæ. 22.6
Inæqualium pulſuum duæ cauſſæ.b. 50.18
Inæqualitas. 20.11
Inæqualitas diuerſarum partium in vna diſtentione 27. 7
Inæqualitas quantitatis diſtentionis in diuerſis arteriæ partibus 28. 3
Inæqualitas corporis arteriæ 28. 26
Inæqualitas ab infuſa materia in cauitatem arteriæ 28. 35
Inæqualitas à ſede arteriæ 29. 6
Inæqualitas crebritatis, raritatis,& rhythmi in diuerſis pulſibus 31. 13
Inæqualitas crebritatis, raritatis, rhythmíque in vno pulſu 31. 30
Inæqualitas non deprehenditur in lethargicis 126. 24
Inæqualitas cordis duplex.b. 103. 32
Inæqualitas communis fluxionum in pulmonem.b. 115. 17
Inæqualitas nõ omni facultatis offenſioni comitatur.b. 19. 15
Inæqualitas ab inſtrumẽtorum vitijs. b. 19. 38
Inæqualitas ex humorib⁹ offuſis arteriæ.b.20.6
Inæqualitas ex tumoribus.b. 20. 13
Inæqualitas ex ſanguinis abundantia.b. 20.17
Inæqualitas vnius pulſus cur lateat.b. 95. 11
Inæqualitas duplex.b. 83. 22
Inæqualitatis vnius pulſus differentiæ 22. 26
Inæqualitatis motus differentiæ 22. 32
Inæqualitatis motus primæ differentiæ 23.1
Inæqualitatis vitalis contentionis differentiæ. 28. 18.
Inæqualitatis collectiuæ cauſſæ.b. 18. 10
Inæqualitatis vnius pulſus cauſſæ.b. 21. 33
Inæqualitatis motus diuiſio,b. 21. 38
Inæqualitatis ex ſitu arteriæ cauſſæ.b. 27. 5
Inæqualitatem intemperies etiam arteriarum concitat.b. 89. 44
Incaleſcere & incaluiſſe differunt.b. 99. 21
Incitatus ictus 58.6
Infantis pulſus. b. 8. 4
Infirmitas & vitioſitas.b. 4. 14
Inflammatæ partis duo ſymptomata.b. 49. 37
Inflammationis pulſus.b. 49.1
Inflammationis, quæ totius corporis pulſum immutat,pulſus.b. 49. 2
Inflammationis,quæ partis alicuius pulſum immutat pulſus 49. 13
Infuſio 141. 16
Inguinibus affectis qui pulſus fiant.b. 118. 3
Initij acceſſionis perpetuum ſignum.b. 110.21
Innuentes 28.18
Innuentes & circumnuentes pulſus.b. 53. 14
Innuẽtium & circumnuentium pulſuum cauſſæ.b. 26. 39
Inordinatus. 20. 30
Inordinati pulſus cauſſæ.b. 31. 12
Inſtitutum duplex eorum,qui nihil docent. b. 107. 22.
Inſtrumentum quodque cõtrarias habet facultates.b. 131. 35
Intercurrens 22. 17
Intercurrens pulſus vnde fiat.b. 86. 21
Intercurrentium pulſuum cauſſæ.b. 21. 23
Intermittens 22. 17
Intermittẽs in vno pulſu deterior eſt intermittente in collectiua.b. 88.14
Intermittẽs in vno pulſu præſentem mortem annuntiat.b. 88. 21
Intermittens pulſus vnde fiat.b. 83. 34
Intermittens cum rariore quid conueniat & diſtet.b. 84.14
Intermittens duorum pulſuum tempus lethalis.b. 84. 18
Intermittens pulſus cur ſenibus non ita ſit lethalis vt iuuenibus.b. 84.22
Intermittens pulſus cur pueris non ita pernicialis vt iuuenibus.b. 84.22
Intermittẽs inæqualiũ pernicioſiſſim⁹.b.84.44
Intermittentes.b. 21.19
Intermittentium pulſuum cauſſæ in vna diſtentione.b. 21.4
Interrupti motus differentiæ 27.30
Interuallum 18.3
Interuallum ex qualitate motus & temporis coniicitur 130.27
Iocinore affecto qui pulſus fiant 116.18
Iocinore affecto ſcirrho qui pulſus fiant. b. 120. 44
Ira iuncta timori inæquales pulſus facit.b.19.3
Ira cum timore cur inæqualitatẽ cõcitet.b.19.7
Iræ pulſus.b. 47.15
Iratorum pulſus vere eſt vehementior.b.47.19
ἰσόδρομοι 110.4
ἰσόχρονοι Ibidem
Iudicationes quomodo præſagiendæ 122.19
Iuuenum pulſus cur uehementiſſimus.b. 38.1

De litera.L.

Lætitiæ pulſus.b. 48.3
Languidus 17.28.b.6.31
Languidus pulſus non eſt premendus 93.41
Languida cum ſunt tangentia,diſceſſus fit paruo ſpatio 98.17
Lãguidus pulſus vel maximus,ſi prematur, fugit 99.20
Languidus nullus pulſus contractionem ſenſibilem habet 99.27
Languidus pulſus non habet apertam contractionem 100. 17
Languidus nunquam cum maximo vel duriſſimo coniungitur 100. 18
Languidus pulſus quid ſignificet.b. 84. 1
Latus 15. 40

©BIU Santé

Latus quomodo fiat.b. 28. 40
Latorum pulſuum cauſſa.b. 30. 28
Latitudo & profunditas in arteria non diſtinctæ 128. 40
Latitudo nunq̃ ſuperat longitudinẽ.b. 28. 13
Latitudo motus vbi obſcuretur.b. 68. 37
Latitudinis & profunditatis cur diuerſas notiones habeamus 129. 5
De latitudinis & profunditatis dignoſcẽdæ ratione ſcrupulus 129. 10
Lemmata probabilia 37. 41
Lethargus.b. 119. 16
Lethargicorum pulſus.b. 54. 41
Leuis pulſus 58. 29
Leuiora corpora arteria facile ſecum attollit, grauiora non ita 104.3
Leui tactione quantitatẽ interualli aſſequi tem poris motus non poteris 131.42
Liber primus de differentiis pulſuum reliquos præcedere debet 95.15
Linea longa vel breuis eſt 43.14
Linea magnitudine caret 43.17
Lingua 36.5
Linguæ proprietate cur vtamur 34.14
Linguam quam quiſque elegit, hanc tueri debet 39.20
Linguas duas qui teneret, miraculo erat olim. 39.32
Locus arteriæ cur calidior inueniatur. 57.2
Longi pulſus cauſſa.b. 30.28
Longi pulſus quibus in ſtatibus fiant.b. 30.37
Longi proprie dicti cauſſæ.b. 30.44
Longitudo qua tactione exploranda 128.15
Longitudo ob preſſum non in omnibus partibus æque offenditur 128.27
Longus 15.38
Longus per excellentiam.b. 30.43
Longus pulſus vnde fiat.b. 60.21
Longus, lat⁹, altus q̃bus de cauſſis fiat.b. 68.43
Lõgus, latus, moderat⁹, q̃bus de cauſſis.b. 69.7
Lõgus, lat⁹, humilis quib⁹ de cauſſis fiat.b. 69.15
Longi, moderati, alti cauſſæ.b. 69.36
Longi, moderati, moderati cauſſæ.b. 70.1
Longi, moderati, humilis cauſſæ.b. 70.10
Longi, anguſti, alti eauſſæ.b. 70.15
Longi, anguſti, moderati cauſſæ.b. 70.21
Longi, anguſti, humilis cauſſæ.b. 70.25
Longos uel breues pulſus qui habeant 68.31

De litera.M.

MAgnus 17.1:42.29:93.44
Magnus intelligit de vocabulis ſe certare 55.13
Magnus pulſus initio nõ eſt premẽdus 136. 5
Magnus pulſus qua re dignoſcatur 136. 11
Magnus & altus nõ impellũt tactũ lõgi⁹. 136. 14
Magnus vel vehemens pulſus in hecticis febribus non eſt.b. 111. 7
Magnus & altus quomodo fiat.b. 29.10
Magnus quomodo fiat.b. 29.12
Magn⁹ pulſus copioſo calori familiaris.b. 32.32
Magnus pulſus bifariã dicitur.b. 62. 28
Magnus pulſus in ſanis tantũ corporibus quid ſignificet.b. 63. 42
Magni notio latiſſime patet 113. 17
Magni & maioris differentia 113. 23
Magni & parui magnus numerus eſt 113. 45
Magni & parui termini 113. 16
Magnum abſolute profertur 112. 15
Magnũ & paruum ſunt prædicamenti quantitatis 112. 44
Magnũ & maius ad aliquid referũtur 122. 44
Magnitudo & paruitas nõ ſunt qualitates. 38.10
Magnitudo gen⁹ nõ eſt magni & pui. 38.16. 42.3
Magnitudo aliud eſt & magnitudinis vna dimẽſio 45.16
Magnitudo facit ad contractionem dignoſcendam 101. 20
Magnitudo pulſus.b. 63. 24
Magnitudo pulſuum ex vino & cibo diuturna eſt.b. 64.34
Magnitudo pulſus ex ira vehementiam habet adiunctam.b. 64. 38
Magnitudinis cauſſæ.b. 5. 8
Magnitudinis & paruitatis mutatio procliuior eſt celeritatis & tarditatis mutatione. b. 11. 16
Maior pulſus & reſpiratio minor quid indicat. b. 126. 7.
Maius abſolute non dicimus 112. 34
Manus mollis dura exactius ſentit 102. 42
Manus media applicatio cõuenit contractioni. 103. 34.
Manum prompte ſentire oportet & mollem eſſe 102. 33
Marcor vnde dictus. b. 52. 35
Marceſcẽtib⁹ cur pulſus ꝑpetuo ſimilis. b. 52.44
Marceſcẽtibus eſt hecticus pulſus.b. 53. 21
Marceſcentibus propria eſt inæqualitas magnitudinis. b. 53. 39
Marceſcentium pulſus.b. 53. 10
Maris officia.b. 33. 28
Mas fœmina multo calidior eſt.b. 32. 34
Mas fœmina cur multo calidior.b. 33. 1
Mas fœmina calidior & ſiccior.b. 32. 28
Maſculi infantis pulſus à fœmellæ quomodo diſtet. b. 34. 41
Maximus. 42. 28
Maximus ſimul & vehementiſſimus durúſq; & nõ velox cõtractionẽ habet apertiſſimã. 99. 30
Maxim⁹ pulſus nõ poteſt duriſſimus eſſe. 99. 28
Maximus pulſus ne durus quidem eſſe poteſt, ſed medius inter durũ & mollem 99. 39
Maximi & vehementiſſimi plurimum celeres ſunt 99. 45
Medico plurima vno tẽpore cõſideranda. 92. 2
Medicos philoſophóſque omnes eundem pulſui reſpirationique vſum tribuiſſe.b. 125. 2
Mediocritates creant naturales pulſus.b. 4. 40
Μειοῦροι & μειουρίζοντες 21. 42

©BIU Santé

Membranas cerebri quidã dicũt pulſare. 72.33
Menyngis ſubtilis affectæ pulſus.b 119.43
Menyngis duræ affectæ pulſus.b 120.20
Metaphora.b 107.42
Metaphora non valet vbique. 67.9
Metaphoras ducere à tranſlatitijs non licet. 66.44
Minor pulſus quomodo fiat.b 67.11
Minoris pulſus cauſſa.b 11.9: 14.35
Moderatus in tribus dimenſionibus. 17.10
Moderatus vnus tantum eſt. 114.1
Moderatus methodo tantum inuenitur. 114.5
Moderati ſinguli in ſingulis generibus pulſus ſunt. 114.9
Moderatus in ſingulis generibus difficulter inuenitur. 114.24
Moderatus pulſus cognoſci debet. 116.36
Moderato pulſu incognito Empiricus non poteſt inſtituere exacte obſeruationem. 116.44
Moderatus pulſus menſura quædam eſt & regula. 118.37
Moderatum. 122.44
Moderati pulſus interim ex cauſſis præter naturam fiunt.b 13.24
Moderati pulſus.b 13.30
Moderatus pulſus altior eſt.b 28.1
Moderatum quomodo aliquẽ dicamus.b. 28.10
Moderati,lati,alti cauſſæ.b 70.32
Moderati,lati, moderati cauſſæ.b 70.38
Moderati,lati,humilis cauſſæ.b 70.41
Moderati,moderati,alti cauſſæ.b 71.1
Moderati,moderati,moderati, cauſſæ. b. 71.4
Moderati,moderati,humilis cauſſæ.b 71.13
Moderati,anguſti,alti cauſſæ.b 71.18
Moderati,anguſti,moderati cauſſæ.b 71.21
Moderati,anguſti,humilis cauſſæ.b 71.24
Moderatus duobus modis dicitur.b 76.39
Molle. 68.19
Mollis. 17.32
Mollis definitio. 68.31
Mollis duo ſymptomata. 68.36
Mollis vna eſt ſignificatio. 68.43
Mollis & dura arteria quos pulſus habeat familiares.b 11.37
Molliſſimi pulſus cauſſæ.b 87.24
Mollium cauſſæ. 65.25
Mollitudinis cum calore pulſus.b 12.43
Mollitiei cum frigore pulſus.b 13.19
Mollitudo in mulieribus nihil conducit magnitudini pulſuum.b 34.8
Mollitudo quando ad magnitudinem, quando ad paruitatem faciat.b 34.14
Motus. 75.7
Motus arteriæ duplex. 15.6
Motus diuerſi ſunt. 82.11
Motum omnium arteriarum viſus, vel tactus non ſentit. 103.40
Motus diſtentionis principalis pars eſt. 108.7
Motus imbecillus,creber,& paruus non eſt ſatim celer. 109.23
Motus,qui paruo tẽpore obitur,non eſt diu turno ſemper celerior. 109.40
Motus æque celeres. 110.19
Motus non æque celeres. 110.22
Motum remotorum ratione deprehendimus. 125.37
Motus totus nuſquam apparet. 127.42
Motus totus in languidis pulſibus preſſu perditur. 130.31
Motus perpetuus ſatis conturbat contenti notitiam. 144.41
Motus primum celeris, deinde tardi cauſſæ. b 21.42
Motus moderati cauſſæ.b 22.34
Motus vtrinque celeris cauſſæ.b 22.32
Motuum continuorum,ſed diſparis celeritatis cauſſæ.b 23.17
Motus,qui perpetuo fit celerior,cauſſa.b.23.24
Motuum ſubito in contraria mutatorum cauſſæ.b. 23.28
Mulierum pulſus aliquanto celerior virorum eſt.b. 34.28
Mulierum pulſus cur crebrior.b. 34.37
Multa,quæ ad ſenſum pertinẽt,verbis nõ poſſunt explicari 93.22
Mutatio per accidens,an per ſe fiat,quomodo diſtinguendum 115.34

De litera.N.

Νασός 139.6
Νασοτίφαρ 139.4
Nimij humores.b. 18.13
Noxa à vino quomodo deprehẽdatur.b.74.40
Noxæ à pomis ſigna 74.45
Noxæ à frigida ſigna.b. 75.4
Nutritionis inſtrumentis affectis qui pulſus fiant.b. 117.28

De litera.O.

OBſeruatio ex moribus & conſuetudine b.65.25
Obtuſus pulſus 58.19
Oculis quod cerniter,vbique valet 95.28
Omnia in corpore conſentiunt.b. 27.27
Optima natura præditi non habent pares arterias & diſtentiones 119.38
Optima natura quando pulſum naturalem habeat.b. 63.45
Optimæ naturæ medius pulſus eſt 118.36
Optimæ corporis naturæ non eſt vna menſura 127.19
Ordo 20.12
Ordo naturæ familiaris eſt.b. 31.18
Ordo & eius perturbatio qd annuntiẽt.b. 97.11
Ordo eiuſdem generis perturbationi præſtare videtur.b. 97.2
Ordo certum euentum habet.b. 97.16
Ordinatus 20.29
Ordinati pulſus cauſſæ.b. 31.12
Ordinis perturbatio 20.12

©BIU Santé

Ordinis perturbatio nihil certi habet.b 97.22
Ordinis perturbatio interdum ordine potior est.b 97.26
Orthopnœæ pulſus.b 58.28

De litera P.

Palpatio 102.14
Palpitatio pro pulſu 14.16
Palpitatio neruos,cutem, carnem,& cor occupat 78.42
Palpitationẽ Aegimius pulſum appellauit.77.3
Paralyticorum pulſus.b 57.30
Pararhythmus 19.30
Partitio in minima initio non facienda 49.4
Partitionis in minima commoditas 49.2
Parua diſtẽtio quiete nõ poteſt intercipi.b. 22.3
Paruus pulſus 17.1
Parui pulſus ferè ſimul crebri ſunt.b 48.45
Paruus ſumme pulſus valẽte facultate nũquam fit.b 73.8
Parui & languidi pulſus cauſſa.b 84.6
Paſſio.b 98.2
Peculiares pulſus.b 98.3
Peripneumonicorum pulſus.b 54.5
Peripneumonicis dicrotꝰ ifrequẽs eſt.b. 54.25
Peſtilentis febris cognitio.b 104.37
Phalernũ Galenus ãtea nõ viſũ cognouit.93.30
φιλοφρόσυνα 71.36
Phreneticorum pulſus.b 55.14
Phthiſicorum pulſus.b 53.41
πίσυρες 76.39
Placitum in cauſſis tantũ prædicandum. 67.41
Plenus 17.14
Pleni apud Archigenẽ varia ſignificatio. 36.31
Plenum 63.42
Plenum vinum non proprie dictum. 66.41
Plenitudo trifariam accipitur. 143.22
Plenitudinis Herophilus non meminit. 138.28
Plenitudinis primum genus 143.28
Plenitudinis ſecundum genus 144.2
Plenitudinis tertium genus 144.14
Pleuritis quid.b 51.11
Pleuritidis exitialis ſignum.b 116.43
Pleuriticorum pulſus.b 50.27
Pleriticorum pulſus non eſt vehemens.b.50.29
Pleuriticorum cur celeris pulſus.b 51.12
πλῆθος 146.4
Pneumatici 55.41
Polycleti regula.b 28.32
πομφολυγώδης 139.25
Poſitiua abſolute pronuntiantur 112.17
Prægnantium pulſus.b 39.27
Prægnantibus vſus tantum mutatur.b 39.30
Præſagatio ex moribus.b 65.30
Præſagatio ex magno pulſu.b 62.32
Præſagationem eſſe trium temporum.b 62.1
Præſagationes ex pulſibus duplex diſciplina.b 62.6
Præſagiendi per pulſus commentatio Medicis honoratiſſima. 91.6
Preſſus inæqualitas reditum prementis declarat. 99.15
Prima & ſimplicia concipi animo, non videri poſſunt 46.16
Profunditas.b 28.22
Profunditas motus vbi obſcuretur.b 63.40
Proportio dimenſionũ quamobrem conſtet & pereat.b 29.24
Propria ſignificatio examẽ metaphorę eſt.69.26
Prouerbia à Galeno hoc ĩ libro vſurpata.35.19: 37.19: 52.26: 52.33: 59.36
Puerorum pulſuum cauſſæ.b 36.18
Puerorũ pulſꝰ cur qdã paruos putarũt.b.36.40
Puerorum pulſus cur non maximus.b 36.43
Pulmone excalfacto qui pulſus.b 114.29
Pulmonis excalfacti ſigna.b 114.35
Pulmone refrigerato qui pulſus.b 115.2
Pulmone deſiccato qui pulſus.b 115.18
Pulmone humectato qui pulſus.b 115.10
Pulmone affecto fluxione qui pulſus.b. 115.14
Pulſus 74.17
Pulſus nomine ſcriptores varie ſunt vſi. 14.21
Pulſus omnis modulum aliquem habet. 19.22
Pulſuum vna in parte inæqualiter inæqualium 23.31
Pulſuum vna in parte inæqualium tertia differentia 25.27
Pulſus clara ſignificatio eſt 71.21
Pulſus diuerſæ definitiones 72.12
Pulſum Herophilij definiuerunt primi. 77.41
In pulſu ſecundo quæ animaduertenda. 92.15
Pulſus in ſtomachicis affectibus non omnes celeres 111.31
Pulſus,qui protrudere tactũ lõge poſſũt. 135.19
Pulſus feriẽs bis cui affectui ſit ꝓprius.b.102.29
Pulſus bis ferientis continens cauſſa. 103.4
Pulſuum ex inflammatione ortorum durus eſt occurſus.b 110.35
Pulſus,qui ſint in ijs febribus,cum cor calidius ſit,quàm vicina ei frigidiora.b 106.7
Pulſus,quos creant pulmonis affectus.b 114.16
Pulſus,quos creat thorax affectus.b 116.4
Pulſuum vſus.b 128.24
Pulſuũ ac reſpirationis cõmunis vſus.b 128.27
In pulſibus duo eſſe,quæ caloris cuſtodiæ conducant.b 128.33
Pulſus author cor eſt.b 129.15
Pulſus non mutatur,niſi cõtinentes cauſſæ mutentur.b 3.26
Pulſus à vini potu.b 7.20
Pulſus in ira & modicis exercitationibꝰ.b.7.22
Pulſuum ab vſu vnà cum facultate profectorũ quatuor coniugationes.b 10.8
Pulſus quos inſtrumentorum differentiæ cum differentijs facultatis efficiunt.b 13.34
Pulſuum pro ætatibus mutatio.b 35.43
Pulſuum pro temporibus anni mutatio.b.38.5
Pulſuũ pro regionibꝰ & ſtatibꝰ mutatio.b.39.21
Pulſuum ex ſomno mutatio.b. 39.36

©BIU Santé

Pulſus pro aſcititijs habitudinibus.b. 42.41
Pulſ⁹ ꝑ aſcititijs corporis tẽperamẽtis.b.43.7
Pulſuũ pro exercitationibus mutatio.b. 43.16
Pulſuum mutatio ex balneis calidis.b. 43.38
Pulſuum mutatio ex balneis frigidis.b. 44.15
Pulſuum mutatio ex cibis.b. 44.35
Pulſuum mutatio ex vino.b. 45.37
Pulſus variatio ex dolore.b. 48.30
Pulſus affectus conflati ex phrenitide & lethargo.b. 56.15
Pulſuum mutationes ex cauſſis externis quomodo diſcernendæ.b. 64.29
Pulſus priuatio in corpus viuum nunquam verè cadit.b. 68.22
Pulſus,qui in vna diſtentione duos habẽt ictus quid ſignificent.b. 88.24
Pulſuum bis ferientium in vno ictu tres cauſſæ.b. 88.28
Pulſuum bis ferientium tres affectus & origines.b. 91.16
Pulſus aboletur bifariam b. 94.21
Puri 37.39

De litera.Q.

Qvalitas arteriæ corporis durities vel mollitudo vocatur 67.26
Qualitas infuſæ ſubſtantiæ plenitudo vel vacuitas dicitur. 67.28
Qualitates pulſuum non ſunt octo 40.34
Qualitates octo pulſuum non recte dici. 40.41
Quantitas diſtentionis multas differẽtias pulſuum complectitur 43.2
Quantitas ſupremum genus eſt 49.28
Quies 18.5
Quies arteriæ duplex 13.8
Quies ſupera 19.9
Quies infera 19.10
Quietis differentiæ 19.18
Quies in reſpiratione duplex 80.33
Quietes an partes reſpirationis & pulſus ſint 80.42
Quietes per accidẽs partes pulſus ſunt.106.19
Quies externa quomodo dignoſcenda. 106.32
Quies interna quomodo dignoſcenda.106. 34
Quies externa tota ſentitur 106.35
Quies interna vnà cũ partibus vtriuſque motus ſentitur 106.36
Quies externa, ſi præter modum vehemẽtiæ prematur,non percipitur dilucide 106,43
In quiete externa non eſt premendum 107.17
In quiete interna eſt premendum 107.18
Quies interna in ſolis vehementibus pulſibus dignoſcitur 107.20
Quies duplex.b. 82.16
Quietibus quid commune.b. 82.20
Quieti vtrique quid proprium.b. 82.22
Quies externa clarius ſentitur quàm interna. b.82.44
Quies pulſuum diuturna & breuis.b. 85.17
Quomodo quis exercitatus ſit 115.26

De litera.R.

Rara exempla obſeruanda.b. 30.3
Rarus pulſus 18.19
Rarior pulſus quid indicet.b. 126.15
Rarus quando generetur.b. 59.35
Raritas& crebritas ponendæ in quietum quantitate.b. 36.12
Raritas longa non eſt plane exitialis.b. 85.21
Raritas ab intermittẽte pulſu qd diſtet.b.85.25
Raritatis diuturnioris cauſſæ.b. 85.35
Raritas,remiſſio, paruitas ſemper ſunt periculoſæ,vbi ſummum attigerint.b. 86.42
Ratio mortis & ſalutis.b. 121.42
Ratio qua ex pulſib⁹ aliqd præſagim⁹.b 125.25
Rebus apertis credendum eſt 96.16
Reciproci decurtati 22.2.b.21.18
Reciproci deficientes 22.23
Refrigeratum eſſe cor & refrigerari differunt b.73.11
Remiſſio pulſus adhæret ſemper ſyncopis.b. 86.32
Reniti idem eſt quod vehementem eſſe. 141.9
Repreſſus pulſus 61.11
Res in definitione non eſt partienda 83.21
Res collata cum eiuſdẽ generis rebus magna vel paruà dicitur 113.22
Res vt magna vel parua dicatur, conferenda eſt cum medio ſui generis 113.36
Reſpiratio impedita mortem affert.b. 125.7
Reſpirationis & pulſus eundem eſſe vſum dixerunt veteres.b. 125.35
Reſpirationis duplex vſus.b. 126.25
In reſpiratione duo eſſe,quæ natiuo calori tuendo conferunt.b. 128.30
Reticularis plegmatis vſus.b. 127.3
Rhythmus 18.25
Rhythmi differentiæ 19.21
De Rhythmis dignoſcendis 130.38
Rhythmus in comparatione temporis diſtentionis cum contractionis conſiſtit 131.3
Rhythmi in ſolis vehementiſſimis dignoſcuntur 132.20
De rhythmis pulſuum tres opiniones 132.43
Rhythmorum mutatorum cauſſæ.b. 31.22
De rhythmis duæ ſententiæ.b. 37.32
Robur & virtus facultatis.b. 4.14

De litera.S.

Σκίνδαλμος 61.24
Scybellite vinum 93.34
σχίσις.b 42.34
Senectus obliuioſa 60.7
Senium ex morbo.b. 53.4
Senes cur contractionem minorem quàm diſtentionem habeant.b. 37.5
Senum pulſuum cauſſæ.b. 36.35
Senum pulſus cur rarior quàm tardior. b. 37.10
Senſibilis 75.12
Senſu non omnia dignoſcenda, ſed quædam etiam ratione 129.24

©BIU Santé

Sentimus primum affectus corporis noſtri,deinde illa,quæ eos induxerunt. 99.1
Septo trāſuerſo affecto qui fiāt pulſus.b. 116.27
Serrans pulſus.b 50.5
Siccum varias habet ſignificationes 69.1
Signa ex anhelitu.b 104.44
Signa ex ore.b 105.2
Signa ex calore thoracis.b 105.6
Signa ex vrina.b 105.8
Signa ex ijs,quæ balneum cõſequũtur.b. 105.20
Signa ex oculis.b 105.22
Signa affectus cõpoſiti ex phrenitide & lethargo.b 56.20
Significationes nominũ à veteribus inſtitutæ, non mutandæ 55.34
Similarium octo affectus.b 98.8
Somni cur tardiores ſimúlq; rariores pulſus.b 40.18
Somnus mortis frater.b 41.27
Somnus duplex.b 42.14
Spatij multum inter cutem & arteriam eſt interpoſitum 104.30
Spiritus animalis.b 63.23
Spiritus emiſſio in defatigatis maior & frequẽtior inter dormiendum ſpectatur.b 132.10
Spiritus motu voluntario conſumitur 126.36
Status ſuus cuiq; corpori eſt,quo offenſam non ſentit.b 132.40
Status corporis, vnde arteriæ indureſcant. b. 74.24
Stomachi affecti pulſus.b 59.11
Strepitus in modum tympani ſpiritum annuntiat. 144.31
Stridor 57.21
Sublimamenta quid denotent.b 105.13
Subſtantiæ cõtinuitatem interpolantes vacuo, quæ corpora mollia ſtatuãt,quæ dura. 137.44
Subtremere ſignum facultatis eſt imbecillæ. b. 55.34.
Superficies arteriæ clarius ſentitur,quàm cæteræ partes.b 27.42
Superiores & inferiores partes quomodo accipiendæ. 128.31
Suppurati.b 52.4
Suppuratorum pulſus.b 52.42
Suppuratorũ hecticus pulſus dictus eſt.b. 52.20
Surſum.b 28.20
Σύσημα.b 83.24
Syſtole.b 131.30

De litera T.

TActus quæ cognoſcit 97.32
Tactus ampliorem motum non ſentit in contractionibus,quàm in diſtẽtionibus. 106.2
Tactus qui optimus 128.4
Tactu diſcernere nequeas, ſpiritus ne ſolus in arterijs ſit,an etiam humores 144.21
Tangendi medius modus 102.15
Tangendi optimus modus 128.25
Tangibilium qualitatum nomina 70.5
Tardus motus. 125.28
Tardus pulſus. 15.35:18.19: 124.15
Tardi pulſus definitio 108.19
Tardus vterque motus peſſimus eſt.b. 22.43
Tardus quid denotet.b. 76.35
Tardior pulſus quid ſignificet.b. 77.42
Tardior & durior quid denotet.b. 78.12
Tardior,durior,& languidior quid denotet.b. 78.20
Tardiorem dicas an tardum differt 112.1
Tarditas cur manifeſtiorem contractionem faciat 101.44
Tarditas contractionis quid ſignificet.b. 81.16
Tarditas ſumma deterior ſumma celeritate eſt b.87.13
Tarditatis & celeritatis tantum genus in contractione dignoſcitur.b 81.8
Tempus motus aliter dignoſcitur, aliter celeritas & tarditas 108.14
Tempus quoddam ad ſenſum Herophilus primus poſuit 134.1
Temporis præſagiendi ratio,quo ſaluus homo erit vel morietur.b 121.38
Temporalium muſculorum inflãmationis ſymptomata.b. 118.21
Tenſio vnde oriatur.b. 74.30
Teſtibus affectis qui pulſus fiant.b. 121.7
Thoracis muſculis inflammatis qui pulſus fiãt. b.120.33
Tibiæ muſculis inflammatis qui pulſus fiant.b. 120.36
Timoris pulſus.b. 48.17
Totum interdum à parte denominatur. 82.40
Tremulus pulſus quid ſignificet.b. 96.24
Tremulus pulſus ſimul languidus & paruus eſt b.96.28
Tremulus pulſus rarus eſt.b. 96.34
Tres ſunt tantum veræ differentiæ in diſtentionis quantitate.b. 72.22
Tria reſpicienda in dignoſcenda aduẽtitia cauſſa 115.44
Tria requiruntur ad bene tangendum 128.7
Triſtitiæ pulſus.b. 48.13
Turgidus 94.1
Turgidi pulſus 17.2
Turgidi pulſus cauſſæ.b. 31.8
Tympanitæ pulſus.b. 60.15

De litera.V.

VAcuus 17.41
Vacuus ſermo 64.12
Vacuum 63.44
Vacuum in mundo nihil 64.26
Vacuitas 138.7
Validum 68.22
Validi & duri differentia 68.25
Variatio in ſingulis cauſſis ediſcenda 115.1
Vehementia quid ſit ſecundũ Archigenẽ. 56.15
Vehementia & vehementiæ cauſſa non ſunt idem 56.39

©BIU Santé

Vehementia à duritia quid diſtet 137.2
Vehementiæ ſignificatio 63.19
Vehementia euertunt 137.11
Vehemens 137.4
Vehemens pulſus 17.27:94.3.b.6.31
Vehemens pulſus ſenſibilis eſt 57.38
Vehemens pulſus premendus 93.38
Vehemens pulſus an naturalis ſit.b. 6.25
De vehementis pulſus cauſſa diſſenſio 56.41
Vehementis pulſus & languidi definitiones ſecundum Archigenem 57.16
Vehementis pulſus cauſſa 63.29
Vehemẽtium pulſuum robur per validũ preſſum exploratur 99.24
Vehementes omnes pulſus cõtractionem ſenſibilem habent 99.26
Vehementis & parui contractio difficulter cognoſcitur 100.12
In vehementibus etiã pulſibus aliquid de motu perit,ſi premas 129.27
Vehementes pulſus ſoli preſſa arteria non labefactantur 130.19
Vehementis notio quæ amplectatur 137.33
Vehementis & duri cognitio 137.39
Vehementior pulſus plurium corporum onus fert 104,10
Venæ & arteriæ habitus in mortuo animali.b 130.45
Ventriculi molles ſunt nerui.b. 117.10
Ventriculo affecto qui pulſus fiant.b. 117.5
Veratrum qui ſumpſerunt quos habeant pulſus.b. 60.42
Veratrum qui ſumpſerunt,latitudinẽ pulſuum propriam habent.b. 61.11
Vere cur vehemẽtiſſimi pulſus & maximi.38.21
Vere cur pulſus nec celeres nec tardi.b. 38.36
Vermiculans pulſus 29.25
Vermiculans non eſt celer 111.17
Vermiculans tardiſſimus eſt 111.17
Vermiculans & formicans in ſe mutuo cõuertuntur facile 111.21
Vermiculans quid ſignificet.b 92.5
Vermiculans quos affectus cõſequatur.b.92.39
Vermiculãtes quid ab vndoſis differant,& eorum cauſſas,vide Vndoſi.
Vermiculantes & Vndoſi vnde dicti.b. 26.7
Vermiculantes hecticas febres non cõſequuntur.b. 93.3
Veſica affecta qui pulſus.b 117.37
Veterum mos docendi 76.35
Vibrati pulſus 26.40: 30.25
Vibrati abſolute cauſſa continens.b 102.39
Vibrati pulſus cauſſæ.b 24.1
Vibratis in pulſibus vſus cur vrgeat.b 24.11
Vibratio quid denotet.b 88.10
Vicina cordi.b 106.6
Vinum cur cito digeratur.b 46.1
Violenter feriunt vehementes & duri. 136.26
Violentus occurſus communis eſt vehementibus & duris. 137.8
Vir muliere aliquãdo non eſt multo calidior,b 33.9
Virorum pulſus.b 32.21
Virorum & mulierum pulſus diuerſi.b 32.27
Virorum pulſus cur mulierum paulo tardior.b 34.30
Vis vitalis à corde manãs pulſũ efficit.b.130.41
Vitalis facultas vnde ſuffocetur.b 121.45
Vitalis facultas quomodo dignoſcenda.b.122.19
Vitreus ſuccus.b 74.30
Vlnæ muſculis inflammatis qui pulſus fiant. b. 120.35
Vndoſus pulſus. 29.14
Vndoſus & vermiculans pulſus quid annuntient.b 92.1
Vndoſus quid ſignificet.b 92.7
Vndoſus in quibus morbis inueniatur.b.92.10
Vndoſi & vermiculãtes pulſus quid differãt.b 25.26
Vndoſo molli opus eſt arteria.b 92.21
Vndoſorum & vermiculantium cauſſæ.b.25.28
Vnus inſtar mille. 93.18
Vſus pulſus ſecunda continens cauſſa.b. 4.20
Vſum & facultatem immutatam qui ſequantur pulſus.b 10.12
Vſus aucti cauſſæ.b 24.19
Vſus aucti, valentis facultatis, variantibus inſtrumentis qui pulſus fiant.b 16.40
Vſum mutatum eſſe quid ſit.b 63.28
Vſus pulſuum duplex.b 63.21
Vteri ſuffocati pulſus.b 59.2
Vtero affecto qui pulſus.b 117.37

De litera Z.

Zeno Citienſis. 55.44

INDICIS FINIS.

©BIU Santé

ſtremus:Hic paruus appellatur,ille magnus.Reliquus omnis numerus caret. Neq; enim pulſus,qui graciles & turgidi vocantur, certum ex tabella vnum indicant:cæterũ multis ſimul generatim tribuuntur. Nam in quibus longitudinis dimenſio duabus reliquis prętſtat,omneis hos graciles vocant.In quibus duæ reliquæ hac,contrà turgidos hos appellant.Proinde quintus in tabella & ſextus.Inſuper octauus,& nonus,ac octauuſdecimus graciles vocantur. Ediuerſo turgidi decimus in tabella,&vndeuigeſimus,vigeſimus,item vigeſimus alter,& vigeſimuſtertius. Hęc ergo ſunt nomina generaliora,& pluribus communia.Iam vocant etiam hoſce pulſus aliter,tenuem,gracilem:& craſſum,turgidum.Quin nec moderati quidem in tribus dimẽſionibus,qui vnus naturalis inter vigintiſeptem eſt,peculiare nomen habemus:ſed definitione hunc ſignificamus,dicẽtes aut moderatum tribus dimẽſionibus, aut medium magni & parui,aut naturalem in quantitate diſtẽtionis,aut quacunq; alia ratione ſermonem potiſſimum ſperamus fore clarum.Quare eos mihi in mentem venit mirari,qui in nominibus tantum excellunt,& quo nomine ſit vocãdus is pulſus,per totam vitam quærunt:ſi non vel hac de cauſſa contentionem deponãt, quòd multos videant pulſus,qui proprium quidẽ requirunt nomen,nec hinc quicquam lædi tamẽ inſtitutionem: cum definitione quidem indicari poſſint. Siquidem cum pulſum appellent quidam breuem,anguſtum,humilémq;,perinde faciũt,ac illi,qui animal pedeſtre bipes.Nam vt hic definitio eſt,animal pedeſtre bipes:& rei nomen,cuius hęc eſt definitio,homo:ita in pulſibus,nomen eſt magnus.eius definitio,longus latus altus.Item alius pulſus definitio, breuis latus humilis,ſed nullum habet nomen.Verum de his agemus aliàs.

Paruus pulſus.
Magnus.
Graciles.
Turgidi.
Moderatus in tribus dimẽſionibus.

De differentiis reliquorum generum pulſus.

Am nunc ad tertium pulſuum genus, quod in contentione cõſiſtit, i deſcendamus, & huius etiam differentias exponamus. Sunt autem tres: vnus validus contẽtione,qui vehemens vocatur. alter imbecillus,quem languidum appellant.Medio inter eos proprium non eſt nomẽ,ſed hunc quoq; explicamus definitione. ¶Quartum genus,quod in arteriæ conſtit corpore,diuiditur etiam in treis differentias,vocatúrq; à Medicis pleriſq;, maxime ab iunioribus plenum & vacuum.& quod inter vtrunq; medium eſt, ne hic quidem ſortitum eſt nomen. A nobis non ita,ſed alter durus,alter mollis appellatur, annuntiátque vterque arteriæ ſtatum. An verò rectius hoc ſit modo appellandum, an illo, qui de hoc laborat, inferius diſcet. Nunc quod inſtituimus, eſt abſoluendum. ¶Aliud genus erat pulſuum, arteriæ infuſionem,vt aiunt, declarans:quod longum requirit mea ſententia ſermonem ad abſolutam notitiam. At quod ad propoſitum conducit, atq; ſufficit tironibus, hoc loco exponemus. Tres huius generis differẽtiæ finguntur,quorum vnus plenus,alter vacuus appellatur. Nam medius vtriuſque nomine peculiari caret. Plenus ergo pulſus eſt, vt definit Archigenes,qui arteriam oſtendit pleniorem,& occurſum humidæ tumidũ. Vacuus, qui arteriæ eleuationem facit bulloſam,vt digitorum impreſſioni greſſus per vacua occurrat. Hæc quinq; pulſuum genera in vno motu conſiſtunt arteriæ, & ſingulæ eorum æqualitates atque inæqualitates:quarum exponemus differentias,cùm de altera agemus inæqualitate, quæ in pluribus pulſibus poſita eſt.

Vehemens.
Languidus.
Durus.
Mollis.
Plenus.
Vacuus.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 17 sur 282

©BIU Santé

De differentiis pulſuum, qui in tempore quietis conſiſtunt.

Liæ differentiæ pulſuum, his, qui ſe negant contractionem ſentire, in
Interuallum a tempore interuallorum conſiſtunt (ita enim tempus, quod inter mo
tus ſenſibiles intercedit, vocant) præterea in proportione temporis
Quies. motus & quietis. nam ita etiam interuallum appellant. At illis, qui ſe contra- 5
ctionem aiunt ſentire, & verò etiam medias quietes, quas ἡσυχίας, ἠρεμίας, ἀκινησίας
Græci vocant, aliæ prodeunt, & longe efficiuntur plures. Sed faciundum mi-
hi eſt, vt de vtriſque ſeparatim planius agam. & primum de his, qui ſe ſolam
dicunt diſtentionem ſentire. quò in facilioribus cognitu exercitati, facilius
difficiliora aſſequamur. Vbi tactus ab arteria obiecta feritur, cum alia, quæ 10
ante memoraui, ſentimus: tum tempus, quod motu producitur. Inde quando
alter inceperit motus, aliud nos tempus deprehendimus, inter exitum prioris
motus, atq; alterius principium. vt duorum ſit temporũ in pulſu abſoluto co
Ictus. gnitio: prioris, quod motus eſt, quem ictum & diſtẽtionem appellant: ſecundi,
Diſtentio. Contractio. quod quietis eſt, quod interuallum cõtractionémq; vocant: fiat autẽ ex prioris 15
tẽporis quãtitate aut celer, aut tardus, aut inter eos medius pulſus. Ex quãtita-
Celer pulſus te alterius tẽporis creber, aut rarus, aut horũ medius. vt ſit celer pulſus, qui, cũ
Creber. modico tẽpore arteria diſtenditur, fit. Creber, qui, quãdo paruo interpoſito in-
Tardus. teruallo. Tardus, cùm lõgo tẽpore arteria diſtenditur. Rarus, cùm interpoſito
Rarus. lõgo interuallo. Medius velocis & tardi, qui, cũ moderato tẽpore diſtẽditur ar 20
teria, fiat. Medius crebri & rari, qui fit, cũ moderato interpoſito tẽpore arteria
diſtẽditur. Siue diſtẽditur, ſiue dilatatur, ſiue attollitur, ſiue mouetur dicamus,
nihil intereſſe puto. Liquet igitur, qui creber ſit pulſus illis, & quemadmodũ
à veloci diſtet. Tum qui rarus, quáq; ratione à tardo diſcrepet. Comparato au-
Rhythmus. tem ictus tẽpore cũ tempore quietis, gignitur rhythmus, quæ proportio tẽpo- 25
ris eſt ictus ad tẽpus quietis. Huius etiam admonuimus, nihil apud hos differ-
re ictum, vel diſtẽtionem, vel motũ. Nec quietẽ, vel interuallũ, vel contractionẽ.
Et verò etiam pro hoc, proportionem temporis diſtentionis ad contractionis
tempus rhythmum eſſe, quidam ordinem dixerũt, alij cõuenientiam duorum
eſſe temporum inter ſeſe, ictus cum interualli. Hæc ſunt, quę priores tradunt. 30

De altera ſecta, quæ contractionem ſe dicit ſentire.

Ranſeamus iam ad eos, qui contractionẽ ſentire ſe dictitant, qui tardi
t tatem quidẽ & celeritatem non aliter atq; illi in diſtentionis ponunt
tempore, & in contractionis etiam: Crebritatem verò & raritatem
rhythmúmq;, non etiam perinde ac illi, cæterum crebritatem atq; raritatem in 35
vtraq; quiete: rhythmum in diſtentionis tempore vnà cũ tempore inſequentis
eam quietis ad tempus collato contractionis ſimul cum excipiẽtis eam quie-
tis. Nonnunquam ſolius diſtentionis tempus cũ ſolius comparantes tempore
contractionis, rhythmũ ita dicũt gigni. Ac de crebritate quidam ex his, vt dixi-
mus, ſenſerũt. Aliqui non aliter ac priores, in diſtẽtionis tempore celeritatem 40
generari & tarditatem confirmauerunt. in toto reliquo conflato ex binis quie
tibus & contractione crebritatem & raritatem aiunt cõſiſtere. Sunt etiam, qui
rhythmũ item ac priores in tẽporis diſtẽtionis proportione ad omne reliquũ
non dubitẽt conſtituere. verũ inter eos tamen non cõuenit in ſentienda omni
diſtẽtione vel cõtractione: ſed quidam omnẽ ſentiri vtranq; aiũt, alij nec primas 45

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 18 sur 282

©BIU Santé

diſtentiones,nec contractiones extremas.Tum etiam de nominibus contendunt inter ſeſe.Quare ne quã nos rem prætereamus,nec in rebus friuolis immoremur diutius,quod verum eſt & cõducibile,exponamus.nomina his,qui de ijs laborant, ponere permittamus.At verò, qui artis negligunt opera, nec diſtẽtionis primas parteis,nec contractionis poſtremas ſentire valent.Quantum autem vtriuſq; ſentiatur,& quamobrem,in libris de Pulſibus dignoſcendis oſtendimus.Eſt vero vtile Medico, quod ſenſui occurrit.Itaque diſtentionis tempus vel contractionis ſenſibile neceſſe habet cognoſcere.Quo fit, vt quietem quam vocant ſuperam,quæ ſecundum diſtentionem contractionem præcedit,quanta ſit, tactu queas ad vnguem aſſequi.Inferam non item plane,quòd vtrinque ſibi aſciſcat parteis, ad initium contractionis extremitatem,ad finem principium diſtentionis.Recordari porrò horum temporum oportet naturalem cuiuſq; magnitudinem,& mutuam proportionem. Præterea cognoſcendi requiritur facultas, in morbo quantum immutentur,& quid quæq; ſignificare mutatio ſoleat.de quibus alio nos loco diſſerimus.

Supera quies

Infera quies

De differentiis quietis & rhythmi.

Vnc ſimulatq; duorum generum,de quibus iam verba fecimus,differẽtias,tum quietis,tum rhythmi adiecerimus,ad ea, quæ ſequuntur, tranſibimus.In genere quietis arteriæ tres pulſuum differentiæ conſiſtunt,rarus,creber,medius:quorum paulo ante definitiones docuimus. At generis rhythmi non eſt perinde abſolute explicare, quæ ſint differentiæ: cæterum præ omnibus pulſum omnem obtinere modulum quẽdam,quem rhythmum Græci appellant, eſt oſtendendũ:ne falſus quis pulſuum,qui ἄρυθμοι appellantur,nomine, adducatur, vt omni eſſe orbatos rhythmo eos pulſus falſo exiſtimet.Nam vt ἀπεράχηλος homo,atq; citharœdus ἄφωνος,ita etiam ἄρυθμος pulſus vocatur.Vitium enim natiui rhythmi, non abſolutam abolitionem ſignificat. Atq; contrarius eſt arhythmo non enrhythmus.Siquidem omnis in aliquo eſt rhythmo pulſus.ſed ille,qui eurhythmus vocatur.Vtriuſq; eſt horũ, arhythmi dico & eurhythmi,enrhythmus pulſus cõmune genus.Atq; eurhythmus quidem vnus & indiuiſus manet.Arhythmi tres differẽtiæ ſunt,pararhythmus,heterorhythmus,ecrhythmus.Qualis verò quiſq; ſit,exẽplo diſces.Suus eſt cuiq; ætati naturalis pulſus.qui iam de his rhythmum ſeruat,eurhythmus vocatur: qui labefactat,arhythmus.Atq; labefactans,interim rhythmũ vicinæ ætatis mutuatur, qui pararhythmus:interim cuiuſuis alterius, ac heterorhythmus hic appellatur.At qui rhythmum prorſus nullius ætatis retinet,hic ecrhythmus. Idem de naturis,ac tẽporibus,& locis, omnibúſq; alijs ſtatuẽdũ. Suus eſt enim cuiq; horũ certus quidam rhythmus.qui cũ corrumpitur,arhythmũ tum intelliges,& quas eius diximus differẽtias eſſe. Iam verò inter omneis rhythmos, hi pari proportione,illi impari conſtant. Pari,vbi diſtentionis tempus æquet tempus contractionis. Impari,ſi alteruter eorũ excedat.Id quod modo certis, modo incertis fit exceſſibus. Certis bifariam, aut triplici proportione, aut vt numeri ad numerũ,qui ἐπιμόριος quaſi ſuperpartialis appellatur.Proportio quidem multiplex eſt, dupla,vel tripla,vel quadrupla,vel aliqua inſequentium.vt numeri ad numerũ, cũ quot eſt diſtẽtio temporũ,totidem cõtractio ſit,quinq;, vel ſeptẽ,vel nouem,vel vndecim. Incertis, in vniuerſum tripliciter.Nam aut

Rhythmi differentiæ.

Omnis pulſus modulum aliquẽ habet

Arhythmi.

Enrhythmus

Eurhythmus

Pararhythmus.

Heterorhythmus.

Ecrhythmus

ἐπιμόριος.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 19 sur 282

©BIU Santé

diſtentionis eſt tempus incertum,aut contractionis,aut vtrunque. Sigillatim quodq; horum interdum paululũ amplificata habet incerta tempora,ſiue plura ſint,ſiue vnum primum.Interdum plus,eſt cum plurimum.Atqui tempus primum,planum eſt,non natura ipſa eſſe,ſed ſenſu accipiendum. Sic etenim apud Muſicos etiam fit. Hæc quidem ſufficiunt primo de rhythmis. Nam ex hoc pulſuum genere,quid fieri poſſit & conducat,aut non poſſit & inutile ſit,in libris de ijs dignoſcendis,& in libris de præſagiendo dicemus.

De æqualitate & inæqualitate,ordine & ordinis perturbatione.

Orrò ad genera iam reliqua duo tranſeamus:alterum,in quo æqualitatem ſpectamus & inæqualitatẽ: alterum,in quo ordinẽ & ordinis perturbationẽ.Atq; æqualitas & inæqualitas tum in vno pulſu fiunt, tum in pluribus.Ordo & perturbatio ordinis in pluribus duntaxat.Sed enim q̃ difficilis eſt in vno pulſu,neq; facile animaduertitur inæqualitas,primo loco de ea dicamus,quę ex multis pulſibus cõſtat,ſimúlq; de ordine & ordinis perturbatione explicemus.quãdo finitimũ eſt hoc genus & affine.mox ad inęqualitatẽ nos in vno pulſu referamus,demúſq; operã,vt omneis eius differẽtias recenſeamus.Ergo quæ pluribus in pulſibus æqualitas atq; inæqualitas animaduertũtur,quas collectiuas vocitãt, in cõtentione omniũ differẽtiarũ æſtimãtur primi pulſus cũ reliquorũ differentijs.Nam pares ſi omnino maneant,ęqualis abſolute is pulſus vocatur.Sin omnino impares,inæqualis abſolute.Quæ ſi in vna ſint vel pluribus pares, & in vna vel pluribus impares: quatenus pares ſunt, hactenus pulſus æqualis appellabitur:quatenus impares, hactenus inæqualis. Nam abſolute ęqualem pulſum dicas, & inæqualem,an aliquo in genere, multum refert.q̃ abſolute ęqualis, neq; magnitudinẽ, neq; velocitatem, neq; aliud habet impar quicquam.Ille verò qui in aliquo,cũ illius vult nomine dici,magnitudine ęqualis,celeritate ęqualis,vehemẽtia,& alio quoquo modo. Itidem inęqualis,aut magnitudine,aut velocitate,aut alio quopiam.Nonnunquã duobus horũ vel tribus,vel pluribus,vel omnibus ſępe ſimul,cũ abſolute ęquales vel inęquales vocãtur.Habes ęqualẽ & inęqualem.Ordinatus verò & inordinatus,diuiſa inęqualitate in paritatẽ circuitum,& in abſolutã imparitatem,in vtroq; mẽbro generãtur:in circuitũ paritate,ordinatus:in abſoluta imparitate inordinatus.Itaq; vniuerſũ repetamus,vt obſcuri ne quid nos fugiat. Sint omnes vnius pulſus differẽtię,inſequentiũ differentijs omni in genere pares,abſolute ęqualis hic appellabitur.Cõtrà omnes ſint omnibus impares,inęqualis abſolute ille.Age ſint aliqua vel aliquę pares,& aliqua vel aliquę impares:in aliqua pulſus vel aliquibus ęqualis erit,in aliqua vel aliquibus inęqualis.Qui abſolute eſt ęqualis,aut vna differẽtia pluribúſve,non recipit partitionem.Qui autẽ abſolute inęqualis eſt,hũc per vnam vel plures ſpecies diuidentes,circuitum paritate & imparitate ordinatum reperiemus & inordinatum, vel abſolute,vel pluribus in differentijs,vel in vna.Ac paritatẽ circuituũ puto iam clarũ eſſe, ab ſeſe ſequẽtibus diſtingui paritatibus. Cęterũ ne quid oratio deſideret,addam hoc etiam,atq; exẽpli gratia proponam vnũ pulſus in magnitudine genus.Sint primus pulſus,& ſecundus,& tertius magnitudine pares: cõtrà ſit in ſequẽtibus quartus impar,eũ pulſum liquet magnitudine inęqualẽ eſſe.ecquid tamẽ inordinatus ſit,nondũ clarum eſt.ſed alij ſunt quatuor expe-

Æqualitas. Inæqualitas. Ordo. Perturbatio ordinis.

Collectiuæ æqualitates atq; inæqualitates.

Duplex æqualis pulſus & inæqualis.

Ordinatus. Inordinatus

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 20 sur 282

©BIU Santé

ctandi.vbi ſi tres illi alteri mutuo ſint inter ſe,& illis prioris circuitus pares,ac mox quarto quartus:ordinatus eiuſmodi ſit pulſus magnitudine.ſiquidē ęque primos duos circuitus,ſequētéſq; retineat pares omnes.Quòd ſi nō omnes alterius circuitus,primi circuitus pulſibus ſint pares, ibi pulſus iam dicitur inordinatus à magnitudine.Eadē eſt ratio in celeritate,crebritate,cæteriſq; differētijs.Aliquādo pulſuū duo vel tres circuitus ōnino inter ſe ſūt impares, proximi non item, eū pulſum in cōfeſſo eſt non appellādū eſſe, abſolutē ordinatū, non inordinatū abſolute tamen.ſed ecquis ex ordinatis circulatim ſit,animaduertendū eſt.Eſt,cū tres inter ſe circuitus ſint impares, & inferiores obtineāt proportione pares. Quare ſi fiat, vt quartus primo,& quītus ſecūdo,& ſextus tertio vndequaq; adæquetur,ſolemus hūc pulſum ordinatū per circuitū appellare.qui quidē inter eos medius,qui abſolute ordinati vocātur & inordinati, intercedit.Nā vterq; hic cōtrarij expers eſt,ordinatus perturbationis ordinis, inordinatus ordinis.At per circuitū qui ordinatus eſt,aliquā ordinis partē,aliquā etiā perturbationis ordinis habet:ordinis, quatenus in ōnibus eſt circuitibus ordo:perturbationis ordinis,quatenus hæc in ſingulis illis ineſt.Siquidē qui abſolute eſt ordinatus,pares ſortitus eſt circuitus omneis.Qui circulatim ordinatus eſt,non omnes æquales,ſed certos.Ediuerſo inordinatus abſolute, nec habet omneis deinceps pares circuitus,neq; certos.Circulatim verò inordinatus ambo hęc nō habet,alterū habet.Ita vtriuſq; medius fit,ordinati & inordinati,atq; illud vtriuſq; cōmūe habet,hoc nō habet. Dicas etiā abſolute inordinatos eiuſcemodi pulſus,ſi ſingulos circuitus,qui certo ſunt numero inſequētibus pares,in vnū cogas vniuerſos magnū circulū.Quæ vero & quāta fiat varietas & cōcurſio circuituū ex diuerſis numeris cōſtātiū, facile quis,maximē qui febriū circuitus cōplicare mutuo eſt meditatus,animaduertet.Quare nihil eſt,quod latius etiā eorū differētias perſequamur.ſed ad differētias veniēdū eſt inæqualitatis,declarādæ;q; primū collectiuę,deīde vnius pulſus inæq̄litates.

De collectiuæ inæqualitatis differentiis,ac primo de æqualibus inæqualitatibus.

Collectiua inæqualitas. Æqualis inæqualitas. Inæqualis inæqualitas.

Ollectiuæ quidē inæqualitates,quæ in aceruo, vti diximus, plurium c pulſuum conſtant,primam habent differentiam,qua interim æqualiter,interim inæqualiter fiunt.Neq; admirationis habet quicquam, quòd æqualem quandam vocamus inæqualitatem. cum id vſu veniat non pulſibus modo,ſed & alijs prope omnibus, quæ priſtinam naturam immutantes, ſiue magnitudine,ſiue qualitate,æqualia capiūt incremēta vel inæqualia.Nam quatenus æqualitatem commutant,vocentur inæqualia.ſed quatenus æquam ſemper mutationē aſſequuntur,æqualiter dicantur mutari. Sed verò quæ nec priſtino conſtant ſtatui,nec accipiūt parem mutationē,hęc ſemel inæqualia vocantur. Ergo idipſū pulſibus accidit,ſeu paulatim perdatur & æqualiter ipſorum æqualitas,ſeu affatim & aceruatim. Ac in vno id genere exēpli gratia planum fiat.Sit primo pulſu ſecūdus paulo minor,& tertius tanto ſecūdo,& verò etiā quartus tertio pari modo,idq; ad plures vſq; deinceps perueniat,hos pulſus Græci μειουρους vocant & μειρακας,hoc eſt,mutilos & quaſi decurtatos,à figuris nomen,quæ in acutum termināt,mutuātes. Iam qui ex ijs perpetuo deminuūtur,nec minui deſiſtūt,ad quietē prorſus recidunt deniq;,motúq; deficiuntur,quos vocāt deficiētes decurtatos. At qui deſinūt,duplici ſunt differentia.

μειουρους. Decurtati.

Deficientes decurtati.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 21 sur 282

©BIU Santé

Reciproci decurtati.

Quidã in qua primũ paruitate diminui deſiuerũt,hãc ſeruãt conſtãtiſſime.Alij de integro augẽtur,quos appellãt Reciprocos decurtatos. Quorũ quidẽ ipſorũ quidã ad parẽ priſtinæ reuertũt magnitudinẽ,aliqui ad minorẽ. Ac nõnulli quibus antè exceſſibus ſunt imminuti, his augẽtur rurſus.Alij minoribus vel maioribus acceſſionibus vtũtur.Tot inæqualitatum ſunt æquales differentiæ.

De inæqualium inæqualitatum differentiis.

i

Næqualiũ inæqualitatũ quędã nullã prorſus ęqualitatẽ retinẽt,aliquę retinẽt ad treis vſq; vel quatuor,vel quinq; pulſus,ſed poſtea amittũt. In quorũ ineſt vtriſq; vel ordo,vel perturbatio ordinis.ordo,ſi circuitus ſeruẽt aliquos pares.pturbatio ordinis,ſi & hos quoq; violẽt.Atq; hi quidẽ & ipſi motibus frequẽter deficiũtur,vt illi qui æqualiter agitãtur.Cæterũ illos Decurtatos deficiẽtes appellamus,hos inæquales deficiẽtes. Nam in magnitudinis & paruitatis inæqualitate admodũ Medicis eſt Decurtatũ nomẽ vſitatũ. At in vehemẽtiæ inæqualitate & remiſſionis,aliiſq; generibus,nõ ita iam celebre eſt. Nihilominus eadẽ rerũ eſt in quoq; genere cõueniẽtia.Nam aut æqualiter æqualitatẽ,aut inæqualiter corrũpunt.Et cæteras habẽt quidẽ ſingulares eaſdẽ differẽtias,ſed eas ſine nomine pleraſq;. Nam extra intercurrẽtem & intermittentẽ alius nomen propriũ habet nullus. Quorũ intercurrẽs ex ſola inæqualitate eſt crebritatis.Intermittẽs verò ex inæqualitate cõſtat raritatis atq; paruitatis,alio atq; alio vtrobiq; modo.In raritatis inæqualitate,ꝙ quies ſit longiſſime producta.In paruitatis,ꝙ diſtentio minimum ſit dilatata.Vel potius ex pulſuum paruitatibus deficientes conſtant, intermittẽtes ex raritatibus. Iam pulſibus intermittentibus affines ſunt,qui Reciproci deficiẽtes vocantur, vbi duorũ ſpatium,vel trium, vel pluriũ etiam pulſuum motu omnino arteria nõ cieri viſa,iterum agitari incipiat.Atq; hæ ſunt collectiuæ inæqualitatis ſpecies.

Inæquales deficientes. Decurtatũ.

Intercurrẽs Intermittẽs

Reciproci deficientes.

De inæqualitatis vnius pulſus differentiis.

r

Elictum iam eſt, vt de inæqualitatis dicamus vnius pulſus differẽtijs. éſtq; eadẽ etiam hic ratio in ſingulis generibus & vniuerſis.Hũc enim abſolute æqualẽ appellamus, illũ abſolute inæqualẽ,alium pro quoq; genere,in quo perdi æqualitatẽ contingit.Igitur explicemus primo loco generis motus differẽtias.Nam ad hoc ſi exercitati ſimus,nullo iam negotio percipiamus reliqua.Ac inæqualitatis motus duæ cõſtituẽdæ primæ differẽtiæ ſunt. vna in vna arteriæ parte gignitur,in pluribus altera. Quorum iterum poteſt vtraq; in plures diſtribui.quas ſane par ſit omneis recẽſere,auſpicabimúrq; ab ea,quæ vnã partem tenet,ſed non eodem tẽpore.Qui enim vna eadémq; pars vno & eodẽ tempore non moueri ſimiliter videatur?Cæterũ temporibus diſtinctis motus eiuſdẽ partis ſæpe numero videtur non idem. cũ initio tardior, poſtremo celerior ſit.& cõtrà,initio celerior,tandẽ tardior.Quæ certe admodum frequẽs inæqualitas ſæpéq; in pulſibus inuenitur,multáq; denotare conſueuit,vt alio loco tradimus.Nũc iam ſingulas eius differentias ob oculos ponemus.Sunt autẽ tres primæ,modo cũ quies interpellat partis motum:modo cum continuus ille apparet,non paris tamen velocitatis:nonnunquam cum recurrit.At hæ habent alias ſingulæ.De prima ergo,quę primo loco eſt commemorata,agamus: in qua fit, vt abs quiete motus interpelletur. Nouem in hac differentiæ pulſuum inueniuntur, quę hoc pacto fiunt.

Inæqualitatis motus differentiæ.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 22 sur 282

©BIU Santé

Primæ differentiæ inæqualitatis motus membra.

It prior motus celer, alter trifariam conuertatur, fiátque vel celer, vel tardus, vel moderatus. Hic tres differentiæ pulſuum emergunt. Rurſus alteræ tres, vbi prior manet tardus, & trifariam ſecundus variat. Aliæ item tres, ſi permaneat moderatus primus, varietur autem tribus ſecundus modis. ¶ At verò inter non intermittentes diſtentionẽ inæquales motu pulſus, ſed perpetuam habẽtes nullà interciſam quiete inæqualitatem, quidam velociter motũ exordientes, tarditate finiunt. alij contrà tardi ſunt initio, celeres ſemper magis ac magis euadunt. ídq; horum vtriq; habẽt aut æqualiter, aut inæqualiter. Nam ſuperius, quemadmodũ inæqualitas quædam æqualis fiat, demonſtratum eſt. Illorum ergo, qui motum æqualiter minuunt, vel augent, quidam ab extrema tarditate ad moderatũ motum perueniunt, quidam à moderato motu ad vltimam tarditatẽ. Alij à prima celeritate ad tarditatẽ extremam. nõnulli ab hac ad ſummam celeritatẽ. Sunt præterea qui vtrinq; à moderato motu paululum deflectũt, híq; bifariam. modo enim celeriores, modo tardiores fiunt, vt ſex ſint earum cunctæ differentiæ, tametſi excogitari plures poſſunt. Verum nos, quæ aduertuntur, referamus. Neq; enim qui ab extrema tarditate ad extremam perueniret celeritatem, qui quidem de his eſſet, qui æqualem habẽt inæqualitatem, pulſum inuenimus vllum: nec item, qui ad tardiſſimum motum ex velociſſimo. Verum qui variant inæqualiter, in his illud, raro tamen accidit. Non etenim quemlibet affectum tanta poteſt mutatio cõſequi, vt tardiſſime initio agitata arteria, ad extremam denique celeritatem perueniat: aut primo concitata celerrime ad ſummam tranſeat tarditatem. Quod cum ſit, mutatio tum non poteſt non eſſe inæqualis: eáq; confertim magnis mutationibus, & non pedetẽtim fit, veluti exiliente arteria, cũ ex tarditate demigrat in celeritatẽ. Itidem vt ſi vinciatur & conſtringatur à quopiam, comprimatúrq;, vbi ex celeri motu in tarditatem ſubito, mediocritate quæ interceditſuperata, tranſit. Qui ergo affectus ſint, & quæ cauſſæ horũ, atq; quò tãdem hi deueniant pulſus, illic dicemus: vbi etiam de alijs omnibus vel cauſſas, vel quid nuntiare ſolent, cõmentabimur. nunc duntaxat differẽtias perſequemur.

Differentiæ pulſuum vna in parte inæqualiter inæqualium.

Oſteaquam iam inæqualium vna in parte pulſuum abundè diximus, vbi moliuntur æqualem inæqualitatem, ſex numero eſſe differentias: nec vllum nos de ijs inueniſſe, nec à tardiſſimo motu ad velociſſimum, neq; ab hoc deueniſſe ad tardiſſimum. de illis nunc, qui inæquali in mutatione ſunt, verba faciamus. quorum interim duæ apertè, tres interim differentiæ motus apparẽt. Nos quartam præterea aliquando, ſed obſcure animaduertimus. Poſſit, ſi qui diu verſetur in hac re, ſtudiúmq; nauet aſſiduum, & exerceat tactum, cognoſcere clare vel quatuor. Sed de his nunc, quæ manifeſtum nobis, tum his qui artem optime de pulſibus coluerunt, apparuerunt frequenter, ſermo erit: vbi differentias motus arteriæ duas ſenſibiles, vel treis efficit. Nam duæ ſi ſint, ſex erunt formæ concurſuum: ſi treis, quatuor & viginti. Quid autem, cum in vtroq; diſparium motuum inſint tres pulſus, velox, tardus, moderatus, ex concurſionibus eorum non nouem dicamus, ſed ſex prodire differẽtias: hac ratione intelliges, ſi noueris, qui eũdem bis deinceps pul-

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 23 sur 282

©BIU Santé

ſum ponat nulla intercedẽte quiete fieri, vnum eum totum æqualem pulſum effecturũ. Itaq; de nouem cõmiſſuris tres detrahuntur, in quibus non inæqualis iam pulſus, ſed redditur æqualis, vel celer, vel tardus, vel moderatus: id quod eſt ex tabella apertum. Nam ſecũdus in ea, & quartus, & nonus ſunt æquales: celer ſecundus, tardus quartus, nonus moderatus. Quòd ſi qua eſt horum ipſorũ mutua inter ſe diuerſitas, inter celerem & celerem, inter tardum & tardum, id in præſentia prætereatur. nimirum maiorẽ obſcuritatem afferet. Verum quaſi ijdem ſint, atq; inter ſe pares, noſtra oratio hæc inſtituatur.

TABELLA.

1 Celer	tardus	2 Celer	celer	3 Celer	moderatus
4 Tardus	tardus	5 Tardus	celer	6 Tardus	moderatus
7 Moderatus	tardus	8 Moderatus	celer	9 Moderatus	moderatus

Eadẽ ratione, ſi tribus poſitis inter ſe diſparibus motibus, in ſingulis ijs ternos pulſus cõmutatos cõmittas, vigintiſepté numero formę erunt. Ex quibus tres neceſſe eſt in æqualitatem recidant. éſtq; id etiam ipſum ex tabella planũ.

TABELLA.

1 Celer	celer	tardus	
2 Celer	celer	celer	
3 Celer	celer	moderatus	
4 Celer	tardus	tardus	
5 Celer	tardus	celer	
6 Celer	tardus	moderatus	
7 Celer	moderatus	tardus	
8 Celer	moderatus	celer	
9 Celer	moderatus	moderatus	
10 Tardus	celer	tardus	
11 Tardus	celer	celer	
12 Tardus	celer	moderatus	
13 Tardus	tardus	tardus	
14 Tardus	tardus	celer	
15 Tardus	tardus	moderatus	
16 Tardus	moderatus	tardus	
17 Tardus	moderatus	celer	
18 Tardus	moderatus	moderatus	
19 Moderatus	celer	tardus	
20 Moderatus	celer	celer	
21 Moderatus	celer	moderatus	
22 Moderatus	tardus	tardus	
23 Moderatus	tardus	celer	
24 Moderatus	tardus	moderatus	
25 Moderatus	moderatus	tardus	
26 Moderatus	moderatus	celer	
27 Moderatus	moderatus	moderatus.	

©BIU Santé

Itaque tres in his ſunt æquales, ſecundus in tabella, & tertiuſdecimus, & vigeſimuſſeptimus. Celer quidem ſecũdus eſt, tardus tertiuſdecimus, medius vltimus. Et iam alij duodecim pulſus in primã tabellam tranſeunt. Nam primo primæ tabellæ duo fient ſimiles, primus ac quartus alterius tabellæ, hic tarditatis plus, ille celeritatis habens. Et tertio tertius & nonus, ille plus obtinens celeritatis, hic mediocritatis. Quinto vndecimus & quartuſdecimus, ille maiore celeritate, hic tarditate præditus. Sexto decimuſquintus atque decimuſoctauus, hic plus habẽs mediocritatis, ille tarditatis. Septimo vigeſimus alter & vigeſimuſquintus, hic mediocritate, ille tarditate excellẽs. Reliqui de ſecũda tabella duo, octauo ſunt primæ tabellæ ſimiles, vigeſimus & vigeſimus ſextus, hic mediocritate præſtans, ille celeritate. Atq; controuerſia hic fuerit, quòd aliqui, ſi duo tantum diuerſi in diſtentione motus ſint, taleis in priorem tabellam pulſus omnes referant: alij magnitudinum etiam rationem ducant: itáq;, illi ſi pares ſint, in priore ponãt: ſed ſi alter duplus ſit, in altera. Equidẽ ſi magnopere duceré ad rem pertinere, hanc pugnã darem operam vt dirimerem. verum quando tantum ſatis eſt declaraſſe, interim alterum motum maiore ſpatio ferri, interim alterum, vel etiam vtrunque ex æquo: hoc qui meminerit (vt poſthac, quid ſolet ſignificare quiſq;, addiſcat) in vtralibet tabella prædictos pulſus locet licet. Nam duodecim alterius tabellę reliquos, qui prorſus ſunt inæquales, nihil cum illis prioris tabellæ conſentire clariſſimũ eſt, in quibus ipſa eſt inæqualitas aſſcripta: non quin alij illi duodecim, qui conueniunt cum prima tabella, inæquales ſint: ſunt enim. cæterum q̃ in ternis hi differentijs motuum aperta inæqualitate ſint præditi, cum in binis differentijs eam habeant alij. Sunt autem, ſi ordine à primo numeres, quintus, ſextus, ſeptimus, octauus, decimus, duodecimus, decimuſſextus, decimuſſeptimus, decimuſnonus, vigeſimuſprimus, vigeſimuſtertius, vigeſimuſquartus.

De tertia differentia pulſuum in vna parte inæqualium.

Hæc ego de his eſſe ſatis puto. Siquidem ad reliquam iam & tertiam h pulſuum vna in parte inæqualium differentiam redibimus, quos vt vnum Archigenes deſcribit, vocátq; Dicrotum. Sunt verò plures. Dicrotus. Quot autem ſint, & qui, paulo poſt explicabimus, ſi expenderimus prius, de illíſne ſit, qui ex arteriæ vna diſtentione conſtant, an duo ſint continẽtes impares pulſus. Sed id difficile ſanè ad iudicandum eſt, ni ad vnguem, qui pulſus hic ſit, teneamus, quem Archigenes Dicrotum appellauit. Nam in his eſſe eũ, qui iterum tactum feriunt, planè liquet. Atqui intermittẽtes in vno ictu obtinent idipſum. Et ſi ſolum quis ictum attendens, duos pulſus cenſeat eſſe eũ, qui bis feriat, in manifeſto errore eſt. Nam qui in vna diſtentione intermittunt, quanquam iterũ feriunt, non dixeris duos pulſus eſſe. Manifeſte etenim in illis deſtitutus motus cõtinuitate, quiete interrumpitur media. Dicrotorũ genus non item. ſed ſimulátq; omnẽ diſtentionem effecit, ſe pauliſper ſubducit, ac mox pulſat iterum. vt intermittẽtium quies media ictus intercipiat: Dicroti, contractio, vel congreſſus, vel reditus, vel vt libet appellare. Idcirco quidam duos pulſus eſſe Dicrotum, non vnum autumant. Hoc affirmabunt illi potiſſimum, qui arteriæ contractionem nõ animaduertunt, ſed ex ictu aiũt pulſum & interuallo conſtare. Iidem enim ab arteriæ primo occurſu fieri bre-

©BIU Santé

uem quietem contendunt,ſub quam alterum occurſum.atq; crebritate dicẽt eum pulſum æqualem eſſe.Nam qui impar habent,quod ictus diuidit,interuallum,hos crebritate inæquales vocant, vt dicemus paulo inferius. Quin nunc etiam,quòd diſtabunt vel horum ſententia ab intermittentibus in vna diſtentione pulſus Dicroti,faciemus vt demonſtremus. & quod ponunt illi, contractionem non poſſe ſentiri,dabimus.Nam vt hoc concedatur, quin arteria ab interuallis non videatur ſe efferre paribus, cauſſam quidem non dixeris certè.Iam in intermittẽtibus hoc perſpicuũ planè eſt.Etenim inferne arteria nonnunquam auſpicata motum,mox ſimul atq; deſtiterit moueri,initiũ iterum facit alterius motus,vbi prior deſijt.Dicroti verò non ita pulſant,ſed manifeſte ex altiore profunditate & interuallo maiore prior motus videtur cieri,atq; indidem continenter alter. Hanc ergo ab iſtis aſſenſionem expreſſimus,non eſſe perinde in vna diſtentione pulſum intermittere,ac bis,vt Dicrotus facit,ferire.At induci illi tamen inuiti,vt in vno ictu inæqualeis appellent Dicrotos,non poſſunt.Defendent enim binorum ictuum ſentiri aperte nec magnitudinem parem,nec tempus,imò nec robur quidem.Et pauco tẽpore dicent ſecundum excipere priorem. Atq; admittẽt inæqualem illi quidem eſſe hunc pulſum,non vno in ictu tamen:ſed differentias huic inæqualitatis crebritatis,& paruitatis,& cõtentionis accommodabunt.Qui contractionẽ autẽ ſentiunt,deſciſcere hi manifeſte à collectiua,quã vocant,inæqualitate Dicrotum animaduertunt.Nam iſta res inſtar habet geminorum ad incudem mallei ictuum, cum ex multo interuallo prior incutitur, validéque pulſat:ſecundus porrò,cum quaſi reſultat ab incude malleus non ita multũ, recidítque in eam nõ ita vt antea valenter,& breui interuallo.Ex eodem genere ſunt Dicroti.Nã arteria in occurſu quaſi repellitur,móxq; redit.Quòd autem præ cæteris pulſuum Dicrotorum clariſſime naturam doceat,& à collectiua inæqualitate ſeiungat,genus eſt receſſus.Neq; enim tum arteria contrahitur,ſed quaſi concuteretur,decidit.cuius delapſum à primo diſtẽtionis termino nulla dirimit manifeſta quies,vt animaduertitur in contractione.ſed ſimulatq; attolli deſtitit,recedit.atque illa pauliſper vibrata,mox occurrit iterum.id quod etiam vi tractis ramis,inde dimiſſis accidit.Qui quidem contẽdunt ad priſtinum locum,vbi nõ ſtatim reſiſtunt tamen. ſed eodem,vnde abierunt,reuertunt.Neque verò æquum ſumunt,ac antea,interuallum:ſed aliquãto minus.Iterúmq; ab hoc termino ad propriam ſedem ſe conferunt.iterúmq; recedunt,& redeunt,& tertio & quarto & ſæpius:dum reditum paulatim imminuendo, ad abſolutam aliquando euadant quietem. Tale etiam quid in Dicrotis pulſibus motui arteriæ vſuuenit.Ego itaque non iam ſemel vidi reuertiſſe,ſed iterum aliquando.Et breuiter vibrari omnino motũ oportet pulſus Dicroti.vt in ipſo primo ictu veluti euecta atque ex vniuerſo loco arteria demigrans potius efferatur,quàm diſtẽſa. Huiuſcemodi enim ſunt vibrati.Quòd illis vbi cum vi aliqua accidit,partes arteriæ aliter atq; aliter moueantur.vt verbi gratia,prima,ſecunda,tertia, & frequenter quarta, & quinta eius pars attollatur & delabatur.Itaq; fit aliquando, vt vno eodémq; tempore hæ partes attolli,decidere illæ appareant.Quæ forma cum Dicrotorũ pulſuum ſit,differentiæ in illis omnibus,quæ retulimus generibus erunt,pleni-

Vibrati pulſus.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 26 sur 282

©BIU Santé

tudinis,duritiei,magnitudinis,vehementiæ,celeritatis,& contrariorum: tam in ipſo primo motu,q̃ in reditu à diſceſſu.Nã magnus poteſt, & nõ magnus,& vehemens,& non vehemens,& celer & nõ celer, & aliarũ quarũlibet ſpecierũ altera eſſe, etiã vel æqualis vel inæqualis,quæ certe cõmutationes multas ſpecies conſtituũt Dicrotorum pulſuũ.Hæ Dicrotorum pulſuum in vna diſtentione ſunt inæqualitate vnam partem occupante differentiæ.

De inæqualitate diuerſarum partium in vna diſtentione.

Iam ad inæqualitatem diuerſarum partium tranſeamus,eiúſque explicemus omnes differentias: ac primas duas. iuxta quas aut continuus eſt motus,aut interciſus aliqua ex parte.Alias ſingulares ex harum diuiſione genitas.Nam continuus,aut eſt æqualis,aut inæqualis.Docuimus enim,qua ratione æqualis fiat,& inæqualis inæqualitas.Aequalis itaq; vel remittatur celeritas,vel increſcat à primo modis ſex neceſſe eſt.vti paulo ante declarauimus.Inæqualis ſunt plures differẽtiæ,pro pulſus magnitudine longa,vel breui,vel moderata.Nanq; duobus digitis ſi motus occurrat,ſex differentiæ exiſtent: ſi tribus, quatuor & viginti: ſi quatuor, ſeptuagintaocto. At quemadmodum,ſi occurrat duobus digitis,erunt neceſſario ſex differentiæ: ſi tribus, vigintiquatuor, duæ illæ ſuperius deliniatæ tabellæ planum faciũt. Iam quanam ratione,ſi quatuor etiã,octo & ſeptuaginta fiẽt,aſſequeris,ſi prius perſpexeris,quatuor rerum quarumlibet, quarum ternas ſingulæ differẽtias aſſecutę ſint,coniugationes neceſſe eſſe numero vt octogintavna ſint. Neque eſt difficile hoc inuentu,modo noris,eorum quæ treis differentias habent,cõiugationes eſſe vigintiſeptem. Si iam quartum accedat,cui tres ſint differentiæ,vnam & octoginta numero ratio poſtulat eſſe. Quibus ſi treis,quæ creant æquales pulſus,eripias:reliqui quidem ſeptuagintaocto erunt. Itaque ex ante deſcriptis duabus tabellis conſtat horũ vigintiquatuor quoſdam primis ſex futuros ſimiles.atq; illorum octo & ſeptuaginta,his vigintiquatuor. Præterea vt in illis,& item quoque in his duæ erunt ſectæ: vt hi conuenire exiſtimẽt inter tabellas,illi ſecus.

De differentiis motus interrupti.

Eſtat nunc,vt differentias recenſeamus motus interrupti.Erunt autem primę quatuor.quarum ſingularum complures.atque quatuor in hunc modum.Aut primus & tertius digitus motum ſentiũt,non ſecundus autem & quartus:aut primus & tertius & quartus,at non ſecũdus: aut primus,ſecundus,quartus,nõ tertius tamen: aut primus atq; quartus,ſecundus & tertius minime.Cum primus & tertius duntaxat ſentiunt,nouenę in ſingulis generibus differentię fiunt pulſuum.Vbi vero primus & tertius & quartus,vigenæ ſeptenæ.Totidem,cum primus,ſecundus & quartus. Cũ primus & quartus,nouenę.Atqui ſingularum apertus eſt numerus ex vijs rationibúſque ante traditis.Hęc eſt iam etiam inæqualitatis diuiſio,quæ diuerſis in partibus fit.Commiſcentur porrò varijs modis ambæ inter ſe primæ differentiæ,vt non iam diuerſas tantum parteis,verum etiam ſingulas teneat inæqualitas.Iam verò ſi quis vnius generis congruas differentias cum alterius confundere volet,nec id laboris,dum omneis connexerit,deprecari,operam non luſerit.Equidem cẽſeo,niſi hęc obiter,quæ hactenus ſunt tardita,percurreris,

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 27 sur 282

©BIU Santé

id nullo te negotio conſecuturum. Hac ratione inæqualitates motus in vna diſtentione omneis didiceris.

De inæqualitate quantitatis diſtentionis in diuerſis arteriæ partibus.

a T verò inæqualitas quantitatis diſtentionis, diuerſas quidem arteriæ parteis occupans, cum animaduertitur crebro, tum percipitur facillime,& interrupta & continua,æqualiter & inæqualiter. De quo genere,qui Decurtati vocantur in vna diſtentione,ſunt:& illi etiam,qui ab aliquibus Innuentes & Circumnuentes appellantur. In vna verò arteriæ parte,non recipiat huius generis inæqualitatem vnus pulſus.quòd prius,q̃ finem motus attingat,nequaquam liqueat magnitudo. cæterum quò innoteſcat,hoc vnum pulſuum genus requirit finem. Nam vehementiam,dum mouetur arteria,atq; celeritatem,& duritiem,horúmque contraria,& media cognoſcas. Magnitudinis & paruitatis differentiam,niſi iam moueri arteria deſtiterit,non poſſis. Nam ſimul vt deſtitit, quãtus eſt pulſus,apertum eſt.antea incertum etiam erat,quouſque moueretur. Qui fieri igitur poteſt,vt vna efficiat pars inæqualem in hoc genere pulſum? Qui enim,quò cognoſcatur,qui ſit,poſtulat motus exitum,hic in motu etiamnum quomodo perſpiciatur?

Innuẽtes & circũnuẽtes.

Inæqualitatis vitalis contentionis differentiæ.

i Næqualitas verò vitalis contentionis eandem diſtributionẽ ac inæqualitas motus habet. Nam aut eandem partem,aut diſtinctas tenet. eandem tribus modis,aut interrupto motu, aut perpetuo, aut Dicroto. Diſtinctas bifariam,vel cõtinuo motu,vel interciſo. Singulorũ præterea horum generum totidem ſunt ſingulares differẽtiæ,quot motus. Quin commiſceri etiam poſitas vna in parte inæqualitates neceſſe eſt, vt illas quæ in diuerſis fiunt.

De inæqualitate corporis arteriæ

s Ed inæqualitas corporis arteriæ, ex qua pulſus aut mollis aut durus redditur,in vna quidem non poteſt parte fieri, in diuerſis fieri duobus modis videtur,non aliter ac inæqualitas motus,& contentionis:vt aut continuus motus ſit,aut interciſus. Quo fit,vt & differentiæ huius generis ſint eædem,atque prædictę illorum. Verum arterię pars vna non poteſt initio eſſe diſtentionis mollis,dura in fine:aut contrà primo dura,in exitu mollis. Quare hactenus quidem ab hoc pulſuum genere duritiei & mollitudinis duo genera diſſident priora motus & contentionis.

De inæqualitate ab infuſa materia in cauitatem arteriæ.

p Orrò pulſuum genus,quod efficit infuſa materia in arteriæ cauitatem,in quo plenus & vacuus eſt,eaſdem habet quæſtiones,ac ſuperius,quod quãtitate cõſtabat diſtentionis, videbitur enim hic quoq; obtinere diuerſas parteis poſſe in vno pulſu inæqualitas, eandem non poſſe. Sed quærit genus totum hoc pulſuum prolixam orationem,neque eſt huius loci:in commentarijs de Pulſibus dignoſcendis explicabitur. Iam hoc etiam longiorem tractatum opus eſt ad tertiam notionem plenitudinis. cuius cum alij quidem,tum Archigenes author eſt. Proinde hoc quoq; in aliud tempus reijciamus. Tantũ tamen hic adijciamus,inde ad reliqua proficiſcamur. Quia euidentius in arteriæ ſede febris calor, qui ſit, quàm ſi aliam tangas partem,

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 28 sur 282

©BIU Santé

cognoſcitur:ideo quibuſdam probabatur inter alia hoc etiã genus pulſuum referri,quo caloris noſcimus qualitatem.cuius quidem generis æqualitas & inæqualitas verſantur in vna diſtentione.ac inæqualitatis erunt differẽtię,prima,tum quæ diuerſas parteis,tum quæ ſingulas tenet.Quas iterum ſi expræ-
5 dictis vijs & rationibus ſeces,alteræ particulares plures.

De inæqualitate à ſede arteriæ.

a Liud genus eſt vno in pulſu inæqualitatis,nec vllum dictorum pulſuum amplectitur hoc.quod ab ſede arteriæ proficiſcitur.Siquidem eſt,cũ partim eius dextrorſum,partim deflectatur ſiniſtrorſum, alia
10 etiam pars ſurſum,alia deorſum:quod accidit aut in duobus locis,aut pluribus.Eſt autem hoc in ſpeciem finitimum diſtentionis inæqualitati quantitatis.quæ vt ſunt diſtinguenda, in libris de Pulſibus dignoſcendis explicatur.

De pulſu vndoſo & vermiculante.

a Liud item inæqualitatis vnius pulſus genus eſt,quod vocatur Vn-
15 doſum.quod quale ſit,abunde declarat ipſum nomen. Nihil cauſſę eſt tamen,quin, quò res euadat apertior, aliquid & nos dicamus. *Vndoſus pulſus.*
Non videtur ſimul arteria in ea inæqualitate diſtendi vniuerſa,ſed primo prima eius pars,deinde ſecunda,mox tertia,ab hac quarta.neq; id temere tamẽ, ſed cum eleuatione quadam vndoſa,altera vnda ſemper priorem excipiente.
20 Neq; verò ab interrupto motu quid hoc genus abſit,vllius eſt negotij deprehendere.Nam prioris partis arteriæ diſtentionem,ſecundę conſequitur,vt interueniat pars à motu libera nulla.verum propemodum quieti ſimilis eſt vndarum finis . At non reperias tamen vllam partẽ prorſus quieſcere. Nã quæ motus cõnectũt in alto,veluti vndoſos æſtus,nõ illę quidem prorſus immotæ,
25 ſed breuem certe quendam retinent motum.A Vermiculante hic pulſus magnitudine differt.Attamen maximũ vndoſum ſi fingas perpetuo minui, tam puſillum inuenies aliquando redditum,vt vndoſus ſit,an vermiculans iam,nõ explices.Neque enim qualitas eos,ſed quantitas diſiungit.Eſt vtrique tamen quiddam commune,atq; ſpeciebus eorum omnibus:aliquid etiam proprium
30 vtriuſq;.Commune,vnde nomen vterque inuenit,vndoſo,exurgere quaſi vndas in arteria alteram ab altera: Vermiculanti, vermis aſſimilem eſſe greſſui. quod ipſum etiam animal in modum vndarũ mouetur . vt Democritus quodam loco dicit,vbi de ijs verba facit,quæ in modum vndarum progrediuntur. Initium fluctuationis perſpicuum eſt ſuperne eſſe,& ad arterię fines termina-
35 ri.Atq; hoc eſt commune.Differentiæ verò eorum hoc modo ſpeciatim fiunt. Quibuſdam recta fertur vnda.quibuſdam in obliquũ deflectit.Quidam etiam breui longitudine habent inſignem altitudinem.Sunt contrà, qui longiores altitudinem humilem.Aliqui lati,nonnulli anguſti . Alij etiam pari celeritate prædiți,alij ſecus.Et contentionis etiam hæc vnda plus,illa habet minus.Inte-
40 rim ſimul omnium eſt iſtarum differentiarum inæqualitas.Sed enim de nulla alia commemoratarum inæqualitatũ,id eſt nomen ſortitus,& habent vtriq; hi tum vndoſi,tum vermiculantes,vt tales ſint ex ſola diſtentionis inæqualitate quãtitatis,præterea nulla.Vna enim hæc inæqualitas,adiuncto ſibi vt partium motus alter anteuertat,alter cũctetur,huiuſcemodi pulſus gignit. Quo
45 fit,vt hos conſtitua nt,inæquales quãtitate in diuerſis partibus, & illi,qui non

Vermiculãs pulſus.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 29 sur 282

©BIU Santé

habent omneis ſimul parteis motas. Attamen hæc inæqualitas haud dum eſt ſola inuenta,vt prior arteriæ pars præ cæteris videretur moueri. cum autẽ incidat,omnino aliarum cũ illa aliqua,quæ ante commemorauimus complicata eſt.Nam quòd dicit Eraſiſtratus,ſemper priorem moueri prius videri, ſenſus non probat.imò vero longe aliud.Ille adductus ſuo dogmate in ré aperta mẽtitur.Sicut alia item multa multi cõmenta, qui pro placitis propugnant, pro teſtatis prodiderunt,quæ ne per ſomnium quidem viſa vnquam ſunt.

De pulſu formicante.

Formicans pulſus.

Am verò vt vndoſo pulſui ſuccedit vermiculans imminuto:ita formicans vermiculanti.cum motibus amiſſis multis in vnum eúmque prorſus paruum terminet.Quocirca nec inæqualem omnino dicas: quanquam eſſe ex genere veriſimile eſt inæqualiũ,ſed inæqualitas,vt eſt,parua fugit.Nomen inuenit hic formicans à ſimilitudine,quæ ſibi cum animante eſt formica,vt quidã volunt,paruitatis:vt alij,ſpeciei motus.vt hic ſit nominatus eadem ratione ac vermiculans & caprizans. Cum illi enim à ſimilitudine motus,quæ ipſis cum animalibus,quorum habent cognomen,intercedit,ſunt nomen ſortiti:tum ipſe hic formicans.Sunt qui propter vtrunq; ſic aiunt appellari eum,& quòd paruus eſt,& ob ſpeciem motus.Nos de his non contendemus.at formicans, qualis ſit, explicabimus.Eſt mire paruus, quo haud eſt minor alius,iuxtáque languidiſſimus planè,ac creberrimus:nõ tamen,vt quibuſdam viſus eſt,celer.At in libris de dignoſcendis pulſibus hoc demõſtrabitur.Nunc ſi reliquam partem differentiarum pulſuum in vna diſtentione inæqualium addiderimus,ad alios nos conferemus.

Formicás vnde dicẽs.

Qualis ſit formicans pulſus.

De vibrato & conuulſiuo pulſu.

Vibratus pulſus. Conuulſiuus

Vperſunt autem vibrati & conuulſiui, qui hactenus quidem ſunt inter ſe ſimiles quòd vnum locum arteria non tenet, ſed ſurſum agitetur atque deorſum naturali ſede deſerta. Diſtant tamen vel hoc ipſo,quòd non adeo is affectus in conuulſiuos cadat,in vibratos magnopere,& admodum perſpicue.iam etiam quatenus ex terminis vtriſq; retrahi contendíque,& conuelli videtur.Vibrati,omni iſto vacant.Adhæc magna frequẽter eſt vibratis diſtentio,parua ſemper cõuulſiuis. Et partes arteriæ quædam ſuperiora petere, quædam demitti vno eodémq; tẽpore aperte in vibratis conſpiciuntur.Conuulſiuis verò id perpaucis & obſcure accidit.Breuiter ſentias veluti fidem quandam intenſam in pulſu conuulſiuo.quæ illi res cum nullo alio conuenit.In vibratis nihil tale animaduertas.Maxime enim iaculis motum eorum,quæ magna vi emiſſa,cæleri impetu vibrantur,aſſimiles. Nam ita crebram illam & inæqualem concuſſionẽ appellant.qua quidem conuulſiui carent. Omneis autẽ hoſce pulſus,qui præter quinq; illa prima genera in vna diſtentione inæquales ſunt,duorum acceſſio horum conſtituit,quæ ſunt: genus inæqualitatis in arteriæ ſede,& cum maturius aut ſerius motũ partes auſpicãtur.primũ quidem horũ illum,qui inæqualis,& ſedem partiũ cõmutet, eſt,hoc ipſum ſolũ.Cæteros cum hoc,tum aliæ quædam inæqualitatũ adiunctę differentiæ primorum quinq; generum.Cõpoſitæ enim tam notiones horum, quàm generationes ſunt,vndoſi,vermiculantis,vibrati,conuulſiui.Formicãs autem inæqualis quidem,vt diximus,eſt:non videtur tamen,

©BIU Santé

De pulſu Caprizante.

Caprizans pulſus.

T qui pulſus Caprizans ab Herophilo eſt appellatus, eſt ille de in-
e æqualibus in vno pulſu.compoſitus item eſt,vtriuſque expers,quæ primis quinq; generibus adiuncta erat,inæqualitatis.verùm vbi motum arteria interpellat quapiã in parte,tum potiſſime exiſtit,non ſemper.neq; enim vniuerſum hoc genus Caprizans eſt pulſus. cæterum vbi motus à quiete alter celerior primo & vehementior ſit.Ei ſiquidẽ ſoli ex ſimilitudine,quam cum animalibus habet capris,attributũ hoc nomen eſt. Quippe quæ hoc modo videntur ſalire,quaſi geminum quendam motum facientes:quòd vbi aliquantulum ſeſe extulerint,& ſpeciem deſiti alicubi motus præbuerint, alterũ motus nec opinatum impetum capiunt,prioris longe citatiorem veluti in ſeipſas inſilientes.

De inæqualitate crebritatis,raritatis,& rhythmi in diuerſis pulſibus.

Collectiuæ inæqualitates.

Vnc de inæqualitate crebritatis & raritatis rhythmíq; agemus.Col-
n lectiuas dicunt tantũ eſſe eiuſcemodi inæqualitates.ita enim quæ ex pluribus pulſibus cõflatæ ſunt,appellãt.Primũ de his dicemus,quę aceruatim fiunt.deinde ad eos deſcendemus,quæ in vno pulſu. Atq; hic vnã exẽpli gratia ſectã de his,quę de crebritate ſunt,quæ ſcilicet eſt clariſſima ſumamus,quæ ex ictuum cenſet interuallo hoc genus pulſuum effici. Vbi ergo omnia ordine æqua ſint interualla per omneis pulſus, æqualem hunc dictitant eſſe.Sin partim maiora,partim minora,inæqualem nimirum eſſe in crebritate & raritate.Rhythmum iam etiam eodem modo ex proportione temporis ictus ad interualli tempus conſtantẽ,cũ deinceps maneat eadem,æqualem iam dicũt eſſe.Qui primam proportionem ſi variet,eſſe inæqualem:quomodo ſi interuallorum,quas quietes vocãt,mutentur magnitudines, inæqualitatem crebritatis raritatíſq; fieri.Hæc ſanè recte dicunt.atq; ab iſta ſecta proficiſcenti ad alias æqualitatem perſpicere licet & inæqualitatem vtriuſq; generis.quæ complures,quod diximus,complectitur pulſus,quam collectiuam vocitant.

De inæqualitate crebritatis,raritatis,rhythmíq; in vno pulſu.

Næqualitas vero illorum in vno pulſu, quam neglexerunt omnes,
i non perinde iam eſt aperta.Sed vt præſens lucubratio ne quid deſideret,faciam hęc etiam,vt quoad eius fieri poterit,clare explicem, ſermonis hinc inducto initio. Partes arterię aut omnes vnà motũ exordiũtur, aut partim earum maturius,partim tardius. Si iam moueri omnes ſimul cœperint,mox motæ minus æquis temporibus iterum diſtentionem alteram ſimul inceperint,duorũ generum in vno pulſu inæqualitas erit. q̃ ſit illa quidẽ cognita,vt ſecunda diſtentio cœpit,non tamen in ſecunda contineatur.ſicut nec ipſum rhythmum,nec genus crebritatis & raritatis.cum & hæc ipſa fiãt in vno pulſu,tamen omnino deſiderent,quo cognoſcantur,ſecundum. quòd quidem ante huius initium,prioris nequeat finis cognoſci.Iam incognito fine,nec crebritatem valeas,vel raritatem,nec verò rhythmũ aſſequi. Quare ad inæqualitatem conſtituendam,quam diximus,nil mirum eſt,ſi ſecundę diſtentionis principium expectetur.Hac tamen de cauſſa,nõ eſt collectiua nominãda.Scilicet prius,quàm altera diſtẽtio finiatur,ſtatim in eius principio cogno-

©BIU Santé

ſcitur,vt nec altero nobis pulſu ſit,nec tertio,nec reliquis opus.Atque ſic in prima ſola fit.Itaq; diximus,ſi vniuerſæ partes cœperint in prima & ſecunda diſtentione moueri,nec habeant par tempus motus,generari duorum generum inæqualitatem: vnam crebritatis & raritatis,inæqualitate interuallorũ: alteram rhythmi,proportione tẽporis ictus ad interualli.Tempus enim partis, quæ præter cæteros prima motu deficitur,minimum eſt:maximum poſtremę. Media pro portione,inquantum aut à prima,aut à poſtrema abſint. Cõtra ac tempora motus,quietum tẽpora,longiora ſunt in illis, quæ primæ à motu deſiſtunt:in illis,quæ poſtrema,breuiora.Quare tẽpus motus,quem habuit pars, quæ motum prima deſijt, minimum cum maximo tempore quietis eiuſdem partis comparatur.Et vltimæ tempus, quod maximum erat omnium motus temporum,ad minimum confertur quietis eiuſdem partis.Et item rhythmus in ſingulis cõmutatur,quatenus proportio temporis motus ad quietis tempus non eadem in omnibus manet. Quòd vero ſi prior diſtentio ex omnibus ſimul partibus moueri cœperit,ſed non pari in omnibus tempore: Deinde altera diſtentio motum auſpicata ſit non vnà omnium partium,ſed prius quidem eius,quæ prior quieuerat,atque eò prius,quò prius quieuiſſet: ſecundo motum eius,quæ ſecunda, atque ita deinceps: inæqualitas quidem ita rhythmi fiet,crebritatis & raritatis non item.Nam quies cum in omnibus æqua ſit,differentiam in crebritate & raritate efficit nullam. non reſpondebit tamen motus tempus tempori quietis. Siquidem motus non erat omnibus par tempus,quietis erat.Nec ergo idem omnibus rhythmus.Quòd ſi cũ moueri arterię ſimul omnes partes cœperunt,non item ſimul omnes alterã diſtentionem ordiantur, neq; priorem terminauerint ſimul,ſed ne quies quidẽ in omnibus æqua ſit, binas in eo neceſſe eſt differentias eſſe. Nam crebritatis & raritatis in alterutra differentia inæqualitas fit. at non rhythmi tamen neceſſario.Poſſunt enim omnium partium tempora motus quietum temporibus reſpondere.Et ſi hoc,erit item rhythmus æqualis.Sin autem eadem in omnibus partibus proportio non conſtet(ſanè enim poteſt etiam hoc fieri) ſimul perdetur rhythmus. Iam verò vbi vnà omnes partes moueri cœperint, motæq; æquo ſint tempore,alterę diſtentionis non idem omnes initium partes ordiantur,ſed quædam maturius,quædã inceperint ſerius: non rhythmus iam æqualis erit, neq; crebritatis raritatiſq; differentia. Hanc enim impares quietes inæqualem efficiũt.Rhythmum verò proportionum cõmutatio, cum æquo tempore omnes partes motæ ſint,non æquo tamen quieuerint tempore.Tot ſunt inæqualitatis vtriuſque vno in pulſu generis differẽtiæ, cum omnes vnà partes arteriæ diſtendi inceperint.At vbi hęc primo,illa ſecundo diſtendi cœperit, ſi omnes ſimul quieuerint,ac deinde diſtẽtionem vnà alteram auſpicatę ſint,inæqualitas in altero tantũ genere neceſſe eſt ſit rhythmi.Quãdoquidem æqua omnibus partibus erũt interualla,motuũ.Sic inæqualitas in hoc quidẽ genere nulla erit.Et ſi cum tẽpore quietis,quod ſit par in omnibus partibus,impar tempus conferatur cuiuſque partis motus, diuerſis proportionibus cuiuſlibet rhythmum partis conficiet. Quòd ſi alteram diſtẽtionem arteria iuxtà orſa ſit,atque priorem: vt in vtraq; diſtentione eadem pars prior altera pari interuallo incipiat, ídq; in omnibus partibus ſit cõſtans,ac illæ vnà

©BIU Santé

desierint priorem distentionem: non potest non esse in vtroq; genere inæqualitas. Nã omne tempus, quod est ex motu & interuallo conflatum, omnibus est æquabile arteriæ partibus. Sed motuum proportiones, quòd totũ tempus in æquas partes non distribuatur, non respõdent quietum proportionibus. Etenim partium, quæ moueri primæ cœperint, tempus quietis excedet earum tempus, quæ tardiores inceperint: interualli verò minus erit. Contrà partes, quæ cœperint posterius, tempus habent motus minus, quietis maius. Quare simul inæqualis rhythmus necessario erit singularum partium. &, quatenus tempora interuallorum differunt, etiam crebritatis atque raritatis coniungi cum ijs inæqualitatem est necesse. Si verò altera distentio perinde, ac prior fecerat, initium motus partiũ sit orsa, id est, si eadem vtrobiq; pars incipiat moueri, hæc primo loco, illa posteriore: non sit autem prioris finis distentionis in omnibus æqua, duæ erunt differentiæ. Potest enim & longe quidem quiescere prius, quæ prior est pars motum auspicata, potest etiam posterius. Nam si tanto quieuerit prius, quanto cœpit, fiet ita æqualis in vtroque genere pulsus. Sin multo prius, atque est auspicata, quieuerit, duorum generum efficiet inæqualem pulsum. At si quæ prior cœpit, desistat posterior, duorum generum omnino inæqualitatẽ creabit, siue multo tardius, siue paulo quieuerit. At verò si neq; prioris distentionis initiũ ex omnibus simul partibus fiat, neq; secũdæ, est cum rhythmus possit æqualis esse, & verò etiam crebritatis, & raritatis genus. & si quidem ita motuum tempora cum quietum temporibus sint partita, vt eadem sit proportio in omnibus, fit æqualis rhythmus. Si verò tempora sola paria fuerint quietum, æqualitas erit in altero genere. Sed hęc infrequẽtia sunt. Inæqualitates verò sunt permultæ. Nã omnes possunt simul partes à motu cessare, & non simul. ac cum nõ cessant simul, hæ prius, illæ posterius. iam etiam vel longe prius, vel longe tardius. At quæ & quot hac ratione differentiæ fient, ex superioribus inuenias. Quo me oportet breuiorem esse. Itaque si cõmonuerim, quod institutum erat, esse demõstratũ, habere suas etiam vnum pulsum inæqualitates tũ in genere crebritatis & raritatis, tum in genere rhythmi, finem hic iam primi libri faciã. Nam quæ in vna nos secta, quæ in ictum & interuallum pulsum partitur, exempli gratia retulimus, nullo negotio ad alias traducamus. Possumus enim perinde per omnes etiã illas in generibus his duobus, de quibus modo dixi, inæqualitates pulsus vnius demonstrare.

FINIS LIBRI PRIMI DE DIFFERENTIIS PVLSVVM.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 33 sur 282

©BIU Santé

GALENI DE PVLSVVM DIFFERENTIIS LIBER SECVNDVS. HERMANNO CRVSERIO CAMPENSI INTERPRETE.

Vſus huius libri.

NOn eundem vſum hic liber pollicetur, ac primus: ſed quam veratrum rationem habet,vel ſcammonia cum pane & carnibus,eandem,quæ nunc dicemus,cum ſuperioribus habẽt. Nutrire enim mentes illa ſanas,hæc reſecare prauas ſententias valent,vt morbos quoſdam.Tamen dũ errores detegun- 5
tur,ſimul bene dictis firma fides cõſtituitur. Quare hãc vtilitatem ſi propoſitæ diſputationi addas,inueneris compendij nõnihil adiunctũ.

De nominum vſu.

c St autem primum mihi cum Sophiſtis res de nominibus vſurpandis. Græcorum nanque nos inſtitutum (etenim apud eos alti ſu- 10
mus) tenemus: elaboramúſque, vt clariſſimis ſemper nominibus ſenſum interpretemur. Neque nos tamen ſcilicet in eos querimur, qui hoc floccipendunt.imò verò ſi vel ſingula voles verba vſurpare barbare,modo vt interpretationis lucem ne offendas,nihil laboramus. Nam linguæ, qua inter
Linguæ proprietate cur vtamur. nos commentamur,hoc nomine vtimur proprietate,quò mentem alterius aſ- 15
ſequamur.atque vt clariſſime quiſque mentem ſuam poteſt ſignificare,ita ſermone cenſemus eum vti optime. Noſtrum id eſt inſtitutum, modeſtum ſanè, & humanum. verùm interpellant Sophiſtæ: qui ſicut mutuo de nominibus contendunt res ipſas negligentes,& item nos ſemper agitant contumelijs,& illudunt,niſi ipſorum vocabulis vtamur. Qui ſi vniuerſi vnam linguam con- 20
ſtituant,eámque vt nouam monetã rogatione ferant, conemur fortaſſis Græcæ linguæ obliuiſci,ediſcere autem ab iſtis promulgatam. Quin ne ſi barbaram quidem linguam aliquam ſtatuerent vtendam, vt ijs morem vbique geram,dubitem diſcere.Quando verò Græcam nullam integram linguam, nec etiam ſemel barbaram,ſed confuſam quãdam ex omnibus,quaſi Carycam, aut 25
ſi qua Caryca varia magis,& abſurdior fieri poteſt,componunt:atque pro ſuo quiſque voto partim ex Phœnicia & Syria, partim ex Aegypto & Thracia,aut aliunde contrahunt,inde Græcorum commiſcent nominibus,nec ijs ſanè integris & legitimis,cæterum variæ corruptis: equidem,quid agam, me hercle non habeo:qui neque eas linguas poſſum ediſcere, neque adducere illos, vt 30
vnam addiſcãt linguam Græcam: nec poſteaquam horum neutrum obtineo ab illis,tertium poſſum,& quod eſt vnũ reliquum,vt in qua ſumus lingua educati,hac vt vtamur,permittãt. Atque hoc quidem habet tantum malum vſus vocum.

De definitionum vſu. 35

a Lterũ de definitionibus lõge hoc eſt atrocius.Sũt enim,qui ne olus quidẽ citra definitionẽ mihi videantur empturi,idq; cũ nec per trã-

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 34 sur 282

©BIU Santé

ſennam dialecticam viderint: proferúntque vt tales ſolent, & in talibus enutriti,ex nominibus aliquod illis præclaris,ex media petitis Syria vel Cilicia,atque definiri hoc imperant,id quod non audiuit fortaſſe quiſquam homo Græcus.Hoc ſi hic vt peregrinum & barbarum ignorat,ille iam ridet, cauillatur, exagitátque, & puerum & aduleſcentem appellat.Sæpe etiam nomen,quod in medium adductum eſt,græcum quidem eſt,at non,vt eſt rei cuipiam aſſignatum,ita accipiunt miſeri Sophiſtæ,móxque definitionem poſcunt. Hic ſi qui forte Græcus pro conſuetudine Græcorum definiat,tantum abeſt, vt aſſentiantur(Sanè enim tolerabile hoc ſit)vt irrideant etiam, & illudant. At verò tertij,qui non in nomine iam & ſignificatione,ſed in ipſa errant re: cum Dialecticæ quiſpiam peritus,horum definitiones aggreditur,aut non plenas, aut ſuperfluas,aut non diſtinctas,aut obſcuras,aut prolixas,aut falſas, aut omnino definitiones non eſſe probare:ſubito tanquam inſani,acerbe Dialecticam accuſant:ac tum fruſtra ijs & cum incommodo videtur in omnibus rebus artibúſque coli.Quare frequenter hercle obſtupui,cum inſtamus,ne cum definitionibus omnia conentur neque docere neque diſcere, & illi non adducũtur.Atque cum definitiones damus, & poſtea,quantum falluntur, aperimus: ibi nihil conducere aiunt definitiones:neque id vno die aut altero interpoſito, ſed in puncto temporis, vt eſt in prouerbio, mutata pelle, modo definitionẽ poſiti nominis quærunt,modo eſſe definitiones inutiles confirmant.Quare tum iam iſtorum in hiſce rebus peccatũ eſt,quòd non omnium neſciant eſſe definitiones:ſimúlque,vt qui id ignorant,definire ſtudeant cuncta, & inter ſe altercentur vociferentúrque nequicquam de rebus, quæ definitionem nõ recipiũt.Quintus porrò lapſus in definitionibus, quique præter cæteros eſt ſingularis,antea quàm homonymiam explicauerint,vnam faciũt eorum, quæ varia ſignificant,definitionem:quaſi verò non rerum ſint, ſed nominum definitiones. Me certè vnus aliquando de his præclaris Sophiſtis nihil factum eſt propius,q̃ vt enecaret.Cũ enim in hunc modũ poſuiſſet, Quid eſt plenus pulſus ? ſubieci variæ ſignificationis nomen eſſe : quare nec definitionem vnam habere,niſi diſtincta homonymia ſit.Nondum hæc dixeram, cum ille, neſcio inquit,quid nugeris.ſatis eſt mihi,ſi de te diſco, qui plenus ſit pulſus. Dialecticas mihi iſtas nugas,quæ Medicinã contaminant,mitte.At nihil me,inquã, audiuiſti vnquam laborare, vt in Dialectica definirẽ. Enimuero idipſum,inquit,abſurdiſſimum eſt, quòd neque definire audetis,& Dialecticis nobis nugis non deſiſtitis obſtrepere.Sed dic,loquere,reſponde, quis plenus eſt pulſus?Non poteſt fieri,inquam,prius quàm homonymiam explicauerim. Hic ille exclamabat,rurſúſque homonymiam aiebat,atque immenſas nugas adeſſe,quæ Medicinam labefactaſſent,ac nos perdidiſſent. Imò non nos,inquam, ſed vos,qui definire cuncta vultis,perdiderũt.Ecce autem,inquit, etiam cõuitijs nos inceſſit. Nõ magis,inquã,quàm tu me. Ibi ille exilijt,manus allaturus. Sed hic hominẽ,qui aderant,repreſſerunt.Ille,vbi ſuperbè inſultaſſet,diſceſſit. Senex autẽ quidam de illis,qui adhuc remanſiſſent, barba ad pectus promiſſa, atq; cętera mire tetricus(hęc enim nũc grauitas habetur)tacete,inquit,pueri. abſq; tumultu agite,ſinite ſociũ noſtrũ aperire nobis, quid dicat. Ego hominẽ intuitus,quid verò,inquã,rogas?Id,inquit,ipſum,de quo diſputatis,de pleno

Prouerbium

Galeni cum quodã Sophiſta contẽtio.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 35 sur 282

©BIU Santé

pulſu. Vis igitur, inquam, non properare nimium, vt te aſſequar? Tardus enim natura ſum, & feſtinantes non conſequor facile. Age, inquit, nihil properauero. Ergo concedes, inquam, mihi, vt exempli gratia nonnihil ex omnibus vobis in communi interrogem? Nam qui volet, reſpondeat, licebit. Permittit.

Lingua. Ego, vt hoc dediſſet, quid eſt lingua? quærebam. Mox reſpondet quidam, inſtrumentum animalis guſtui dicatum. Alter, ſermoni dicatum dixit. Tertius quidam, guſtui & ſermoni attributum. Quos ego reſpiciens, etiam calcei, inquam, & tibiæ ligula, inſtrumentum eſt animãtis guſtui & ſermoni dicatum. Cum ad hoc obticuiſſent, & ſenex ille auſterus, multo redderetur auſterior, iterum orabam, vt vnum adhuc ſimile liceret quærere. Ille admodum quidem grauiter hoc & ægre, tulit tamen. Ego verò ne cunctationem meam non

Canis. ferret, veritus, feſtinabundus propoſui. Quid eſt canis? Cum hic ex corona quidam reſponderet, animal quadrupes latrabile. Itaque marinus, inquam, canis animal eſt quadrupes latrabile: & ſidus item cæleſte, denique morbus faciei. Ad hæc ſenex, vt aſinus, aures iam concutiebat. Cæteræ coronæ aliquid videbamur dicere, volebántque omnes, vt quò tandem hæc ſpectarent, quæ exquiſiueram, expedirem: quandoquidem à primo ſtatim quæſtionem exempli gratia ſequentium receperam inſtituturum. Vbi ſilerẽt, & mihi aures darent, Tandem vos, inquam, animaduertere puto, accedere ad definiendum

Definitiões rerũ non nominũ ſunt. ante, quàm homonymiam diſtinxeris, quanta ſit offenſio. Neque enim nominum ſunt, ſed rerum definitiones. Quando igitur ab vno nomine res indicãtur multæ, neceſſario erunt totidem definitiones, quot ſunt res. Age ſanè, linguæ nomen eſt vnum, at tres ſunt ſignificationes & ſua cuique eſt definitio. Contrà fit, vt duo vnius rei nomina, & verò non raro tria ſint: vt hic, enſis, gladius, mucro: definitio verò vna, non perinde ac nomina, tres. Semper enim numero rerum reſpondet definitionum numerus. Quare vbi multis nominibus res contegatur vna, caue poſtules multas definitiones: neque cum vnum ſit nomen, ſed ſignificationes multę, vnam definitionem flagites. Pro numero enim rerum, definitionum ſemper rationem ſubduces. Proinde ſi nomen plenum vni rei ſubiectæ ſeruit, tum eius, ſi proponatur, poteſt definitio dari.

Pleni apud Archigenem varia ſignificatio. Si vero Archigenes omnium ſanè minime denotare nomen plenum vnam rem admiſit, noménque varie poſuit, atque multas in eo complexus eſt ſignificationes, non ſumus nos inſimulandi, qui ab definiendo deterreamur, ſed princeps ſcilicet eius turbationis. Nam proximos Medicos inuenio aliquos, vbi declarare, quis ſtatus ſit arteriæ tunicæ, ſtatuerunt, nomine pleni ibi & vacui vti. Alios, vbi materiam in capedine contentam, cuius hi quantitatem ſignificari per iſta nomina, illi qualitatem. alij vtrunque ducunt. Verum Archigeni hæc ſcilicet ſola, non ſatis faciunt. Adiungit enim ſignificationem facultatis ſpiritus. Vnde relinquitur, non vnam pleni pulſus fieri definitionem poſſe: ſed eius, qui quantitatem, vel qualitatem, vel vtranque infuſæ ſubſtantiæ ſignificat, aliæ definitiones faciendæ ſunt: aliæ eius, qui vim ſpiritus: illius, qui qualitatem tunicæ, aliæ. His ego expoſitis tacui. quia quod inſtitueram, confectum mihi erat. Illi commentationem inſtabant, quando ſemel inſtitueram, vt perſequerer. Illis igitur vſus ſum rogantibus. Quæ hoc loco non debeo omnia referre: quòd eorum maximam partem &

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 36 sur 282

©BIU Santé

commodiſſimam ſum expoſiturus in libris de dignoſcendis pulſibus. Quod ad inſtitutum refert,non præteribo.Nolo definiri omnia:neque,cum multas protuleris ſignificationes,facias vnam definitionem. In quod Archigenes de pleno pulſu incurrit.Quare cum ipſa eſt eius obſcura definitio, tum de corporéne arteriæ dicat, an de ſubſtantia,quæ in eius cauitate continetur,diuinare non habeo.Videtur enim nomen definiuiſſe, non rem.Omnino enim ſi rerum duxiſſet rationem,plures faceret definitiones. Sed nomen illum ſpectare ſolum, vel ex illis perſpicias, quæ ſtatim initio libri de pulſibus ſic dicit:

» Qualitates pulſibus comitari, magnitudiné, vehemẽtiam,celeritatem, crebri-
» tatem,plenitudinem, ordinem vel perturbatiõné ordinis, æqualitatem vel in-
» æqualitatem,rhythmum.Nanq; plenitudinis ſi nomen de compluribus rebus dicitur,miror qui octo etiam maneant. Age enim,ſi ſeptẽ illis alijs qualitatem corporis arteriæ addas,& infuſionis quam vocant,& etiam ipſius ſpiritus: ac decem iam eſſe omnes qualitates pulſuum dicas,quid tibi reſpondebimus? Aut hercle ſi in duo membra partiens infuſam ſubſtantiam,vnam quantitati huius,alteram aſſignes qualitati qualitatem.Adeo in nominibus Archigenes, non diſtinguendis ſignificationibus videtur permanere. Ac par eſt iam prouerbium proferre plebeium illud quidem,non à propoſito tamen alienum. Cum aqua,inquit,ſuffocet,quid inclamabimus? Nam ſi ita Archigenes labitur,ad quem adibimus? Quis huius nobis errata corriget? Etenim non in his tantum videtur:ſed ſi id,quod eſt,dicendum eſt,in alijs offendere paſſim. Vt, nulla duritiei & mollitudinis facta mẽtione inter primas octo qualitates,poſtea de ijs agit.Primo enim de magnitudine,ſecundo loco de vehementia, tertio de plenitudine,quarto de duritie tractat. Quòd ſi compoſitam aliquam ex ſimplicibus eam faceret,defendere hominé poſſis, ſi recte initio dicas prætermiſſam,vbi de ſimplicibus duntaxat meminit:ſed mox iure in cõpoſitas relatam. Nunc quarto eam loco ſtatuit,mediam, quantum poteſt maxime, inter ſimplices qualitates.Quam exponens quidnam ſit,occurſum dicit ſolidæ vel diſſolutæ arteriæ.Vnde certè de ſimplicibus illam eſſe vult.Hęc igitur Archigenes mox ab initio recẽſendis primis qualitatibus errata commiſit, quas ne demõſtrare quidem,cur tot ſint numero,voluit.verũ ita temere ſermoné effu-
» tijt.Octo dicuntur qualitates pulſibus comitari ἀει διηχημέναι quidem apud puros.Ego verò quid ſit τὸ διηχημένα, conijcere planè nequeo. Neq; enim nomen hoc apud quenquã inueni græcum.Quo minus,cui Archigenes rei tribuat, perſpicio:idque quòd de ſua ipſe lingua librum non conſcripſit.vt fecit Chryſippus de nominibus,quæ in Dialectica finxit. Ea demũ ſola eſt via, qua eum aſſequamur.Tamen ex tota oratione pro eo διηχημέναι vti eũ ſuſpiceris, quod apud omnes eſt peruulgatum & creditum. Quanquam ne id quidem ſuſpicari planè potes.Nam nõ apud omnes ait,ſed puros,quos ne ipſos quidé,qui ſint:ſcimus, etſi ſcito ſcilicet opus erat,vt diſceptemus,an credendũ ijs citra demõſtrationem ſit,nécne. Apud Ariſtotelem certe lemmata audiui probabilia,quæ omnibus hominibus,vel plurimis,vel ſapientibus probãtur. Hic an puri pro ſapientibus accipiendi ſint,me quidé prẽterit. Multo certè præſtaret aliquam apponere,ſi non firmã demõſtrationé,at rationem ſufficienté ſermoni de octo qualitatibus,vt ne quis initio ſtatim, quaſi in Moyſi & CHRISTI

Non omnia ſunt definiẽda.

Contra Archiginem.

Prouerbium

Διηχημέναι.

Chryſippus nomina, quæ in Dialectica finxit, interpretatus eſt.

Puri.

Lemmata probabilia.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 37 sur 282

©BIU Santé

ſcholam impingat,leges audiat nulla conſtitutas demõſtratione,ídq; vbi minime deceat.Nam cũ dicere de omnibus pulſibus(quod ex ijs,quæ ante ſcripſit,conijcias)inſtituiſſet,quot ſint nulla nos rationali methodo voluit inducere:ſed diſciplinã inſtituit empiricam, octo apud puros dicens peruulgatas qualitates eſſe.Quid ſi quaſdam illarũ negligẽtius puri præterierint, ſtatimne erunt nec ipſa quidẽ ſua natura plures? an quæ puris placent,hæc ſatis eſt retuliſſe pro veris?ídq; cum incertum ſit,quinam iſti ſunt puri:vtrum qui literas didicerint,vel primas diſciplinas, an cordati,vel prudentes, vel ſapientes. vt remittamus,quòd qualitates appellauit principes & generales pulſuũ differentias.Magnitudinis quidem & paruitatis certe differentia qualitas non eſt:niſi tricubitale etiam in qualitate pones.Equidem quãtum putarem.Sed & de magno & paruo non paruam ſcio diſputationem extitiſſe, vtrum quale ſignificent,an ad aliquid, an (id quod res habet) ad aliquid in quantitatis prædicamento ſit,nullo tamen pacto in qualitatis genere: vti nec rhythmus, nec ordinis perturbatio & ordo,nec æqualitas & inæqualitas:quæ item ex genere ad aliquid manifeſtè ſunt.Nam etiam commune genus exiſtimare magnitudinem magni & parui pulſus,vehementiam vehementis & languidi,celeritatem celeris & tardi,& crebritatem crebri & rari:itaq; deinceps in ſequẽtibus,plenitudinem pleni & vacui, duritiam duri & mollis,quis negabit maiorem in modum eſſe abſurda?Quòd ſi vno auet nomine totum genus complecti,quin hoc in ordine & perturbatione ordinis,in æqualitate,& inæqualitate ſuſtinuit?Aut ſi in his commune prædicamentum non deſiderauit, quæ erat neceſſitas, cur requireret in alijs differentijs? aut ſi in alijs auſus ſemel eſt Græcorum præterire inſtitutum,quid crebritatem de crebro dixit, & raro pulſu,æqualitatem autem dicere de æquali & de inæquali non fuit auſus? Hæc ego,quemadmodum ſibi conſtent mutuo,libenter didicerim.Nam hæc, vt ſi ſuſpiciat Græcorum morem,illa vt ſi contemnat, & perturbet, ſcribit. In vno ergo primo genere quia viam ſibi muniuit, oſtẽdit in alijs omnibus eandem rationem habiturum:ſed in audacia non permãſit.Oportebat verò à primo aut nihil conſuetudinem imminuere, aut perpetuo audacem eſſe. Nam qui magnitudinem pulſus generatim affirmauit dici. etenim paruũ etiam habere ſuam magnitudinem:Deinde etiam vehementiam confirmauit generatim,atque non ſolum de vehemente, ſed & de languido dici:qui fit, vt ſtatim in plenitudine labaſcat ſcribens ſic?Pleno pulſui & vacuo eſt cõmune quoddam genus,hoc nonnunquam plenitudo vocatur. Nam in hoc genere nonnunquam addidit:quod ſuperioribus nõ adiecit,quaſi reprehendens iam veterem dictionis vſum confuſum.Nam ſi illi quis obijciat,qui apud Græcos eſt educatus.Quæ bone vir in vacuo plenitudo ineſt?Quid hęc deſignas in communes Græcorum dictiones præter omnem morem?Vt hoc declinaret,addidit,nonnunquam vocatur. Enimuero nos rogabimus: quando autem? vbi? à quibus?Hoc enim vult illud,nonnunquam.Ille verò librum producere Græcorum,ex quo vſum illum confirmet,habebit nullum.Tantum fortaſſe homini ſatis erit dicere,apud nautas,inſtitores,cauponas,& balneatores. Nam ad iſtos ſemper teſtes confugiunt, vbi de nomine quæratur. Quæres de nobis. Quid tibi, tantine Græcorum eſt vſus,vt nemini permittas de eo ne latũ qui-

Magnitudo & paruitas nõ ſunt qualitates.

Magnitudo genus nõ eſt magni & parui.& ita de alijs.

Archigenes in audaciano permanſit.

©BIU Santé

dem vnguem diſcedere? Non equidem,dicam,me hercle,& per omnes deos. Imò ſi vel βίκος voles panem appellare more Phrygum,noſtra nihil refert.tantum me hoc primum doce idioma linguæ tuæ,vt aſſequar: neque dixeris,vocatur.Omnino enim quæram exte,apud quos?Certè quidem non apud Græcos.Sed forſitan dicunt,vocetur.At ſi cum hoc dixeris, hiſcere me amplius audias,capitis me damno.Nũc hic vocatur,dicis, mendacijs vſum Græcorum onerans.illic non abſolute,ſed addito nonnunquam: vt in plenitudine. Nam quid tandem ais,hæc nonnunquam plenitudo vocatur.Verum de plenitudine quidem hæc,cum labaſceret iam,ſcripſit.De duritie nõ etiam labens. Sicet deiecti iam victíq; prorſus iſta verba ſunt.Eſt autem mollitudinis & duritiæ pulſus commune quoddam genus,quæ durities,ſi receptum ſit,vocetur fortaſſe.Neque hic amplius auſus eſt addere hoc,nonnunquam durities vocatur.Tametſi nihilo erat plenitudo duritie præſtãtior,vt quod auſus illic eſt, hic vereretur.ſed quod dixi,paulatim labẽtibus ſimilis eſt. Atqui maioris erat ſtrẽnuitatis,puto,prẽcipitem ruere,nõ labi pedetentim:neque nobis neq; ſibi negotia faceſſere.Quæ durities,ſi receptum ſit,vocetur fortaſſe.A quibus fortaſſe,ſi receptum ſit?à tuis fortaſſis heredibus.Siquidem nos quemadmodum monetã qualibet in vrbe teſſeram eſſe ſcimus emptionis & venditionis,quam qui adulterant,in hos Legiſlatores animaduertunt: Sic linguarum inſignia multa eſſe ſcimus,quarum tueri,quam quiſque elegerit,volumus.Nos defendimus communem linguam,quam vocant:ſiue vna ea Atticorum eſt(multas enim ſumpſit Athenienſium lingua mutationes)ſiue omnino alia quæpiam. Nam alio in loco de hac re meam ſententiam aperio . Et hanc ſtudemus linguam ſeruare,neq; in eius leges quicquam committere,neque monetam inducere vocis adulterinam,neq; deprauare.Qua ſi mecum cupis colloqui,primum eam fac addiſcas.Sin alia quapiam vteris,id ipſum demonſtra.Nam ſi de Græcis eſt,ſanè nec illa nos fugit. Siquidem & Ionum, & Aeoliorum,& Doriorum reuoluimus ſcripta.Sin autem nulla harum,ſed eſt barbara aliqua,id ipſum dic:tantum ago,eam vt ſerues integram & puram,quæcunque illa ſit. Nec tria mihi ex Cilicia verba affer,quatuor ex Syria, ex Galatia quinq;, Athenis ſex.Equidẽ tot linguas ediſcere nequeo,vt homines intelligã adeo multarũ linguarũ. δίγλωττος & duarũ linguarũ peritus olim aliquis dicebatur,quod habebatur miraculũ,homo vnus duas callẽs linguas. Tu multas nos vis ediſcere,cum ediſcere te oporteat vnã, tam propriã, tam verò cõmunem omnibus, tam etiam facundam,tam denique humanam.Quòd ſi linguarum voces barbararũ aduertas,perſpicies planè,alias porcorum linguas, alias ranarum, vel graculorum,vel coruorum repræſentare turpes & inhoneſtas vel ipſa figura linguæ,labiorum,totiúſq; adeo oris.Aut enim ex intimis fere faucibus nõ aliter ac qui ſtertunt, loquũtur,aut labia diſtorquẽt ſibilántq;,aut vbique vocem intendunt,aut nuſquã prorſus,aut maxime hiant,& linguã iactant,& os aperire nequaq̃ valent,linguámq; habẽt otioſam,nec facile motã,atq; quaſi vinctã. Et tu iucundiſſimã negligis humaniſſimámq; linguã,ea porrò elegantia atque gratia:ex multis autem importunis & abſurdis congeris nomina?Vnam longe erat procliuius ornatiſſimam addiſcere,quàm ſexcẽtas deprauatas.At non tantũ ipſi repudiant,ſed & nos cogũt, in qua creuimus & inſtituti lingua ſu-

βίκος.

Quã quiſq; linguam elegit, hãc tueri debet.

Miraculo erat olim, qui duas linguas teneret.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 39 sur 282

©BIU Santé

Galeni pater ſingulariter erat græce doctus & pædagogus.

mus,hac dimiſſa,ediſcere ſuã. Quid tu,non vis bone vir addiſcere linguam græcam?Barbarè,vt velis ſonaueris.Tantum,vt ego permitto pro tuo tibi arbitrio loqui:ſic mihi vt doctus ſum, concede, vt dicam.Patrem habui,qui ad amuſſim teneret græcam linguam,eſſétque doctor & Pædagogus græcus.Inhis altus vocabulis ſum,neſcio tua.Nec mercatorũ mihi aut cauponũ,aut publicanorum vſum nominum adduce.Non vſus ſum iſta hominum natione, à puero in veterum vixi libris.Atque hæc dico, nec vlli dixi tamen vnquam, vel heus tu barbare ſonas,vel ſolœciſmum committis,vel parum bene & proprie appellaſti.Imò loqui,vt volunt,omnibus per me quidem licet,vt etiam gubernator dicat,Adduce pes,nil laboro.Phauorinus hæc & Dion, nõ equidem reprehendo.tantum ſermonem volo intelligere.Qui ſi me quando perplexum habet,vbi neceſſum quærere mihi eſt,quid interpretari nomen velit. Si aperit ſenſum,taceo:neq; incuſo,vel exprobro,q̃ à conſuetudine deſciuerit Græcorum.Vna duntaxat ſum cura capiendi ſenſum ſermonis.Iſtis hoc,vt videtur, non ſatis eſt:ſed cum nos vtamur Græcorum nominibus,tum nos illi primum accuſant: atque nũc dialecticos agunt,nunc phyſicos quoſdã, aliàs oratores, nonnunquã grammaticos.Varijs enim modis nos diuexãt.Deinde cum quis in longiorẽ cum ijs diſputationem neceſſario deductus,imperitiã detegat omniũ,quæ,quaſi noſſent,iactabant:ſtatim ſui ipſi obliti, quæ initio eſſe vtilia defendebãt,hæc ipſa accuſant. Quis eſt de iſtis audacibus, qui nobis nõ inſultet, quando differẽtias dicamus pulſuũ generũ tot eſſe:male differẽtias contendẽs nos dixiſſe,& multo etiã peius generũ?Nos autem,vt inanẽ contumeliã iſtorũ vitemus:age qualitates,dicimus,eas vocaueris,aut quomodocunq; cordi tibi ſit.Neq; enim de nominibus nos,ſed de rebus diſputamus.Nam quot pulſuũ ſunt prima genera,noſſe refert,ne iam in prima forte diuiſione genus integrũ prætereamus.Hi ne hæc quidem dicere nobis permittunt,ſed ſtatim os obturant,ac rei totius confirmant,non nominis eſſe ignorationẽ. Inde ea nos in ſe cogunt dicere,quæ diceremus inuiti. Mox conuicti, primum non de re, ſed de nomine quæri:deinde nominibus vſurpandis ipſos offendiſſe,nõ nos:indigniſſime ferunt, & inutilem vocant, velut de ſomno excitati argutam illam & anxiam de nominibus ſedulitatem . quaſi verò aliud nos à primo dixerimus aut contenderimus:ac non ipſi initium introduxerint iſtarũ ineptiarũ.

Nõ ſunt octo qualitates pulſuum.

Octo dicis tu qualitates pulſum comitari?Dabo tibi hoc,qualitatis te nomine ordine & recte vſum,de eo verbum non faciam.Oſtendam non eſſe octo:hæc de re quæſtio eſt,ad quam ego egregios hos ſophiſtas prouoco . Iſti quò hinc ſeſe expediant,dũ ego diſputo,nomẽ aliquod prehendũt. Cũ iam in vtriſq; coarguti ſint,rebus ſimul & nominibus,ſtomachãtur.Erat verò praua de rebus ſententia abijcienda,& nominũ vtendorum,quẽadmodũ illis per nos poteſtas eſt,& nobis item facultas ab illis danda.Sed nõ permittũt. Quare & ego de voce illorũ pauca neceſſitate adductus dixi.Ac nũc etiã orabo,vt depoſita de nominibus cõtentione,cõcedãt nobis Græcorũ inſtituto loqui: addiſcántq; male octo ſe qualitates dicere.Neq; enim omnia prima genera pulſuũ qualitates,vt demõſtrauimus,ſunt.Quomodo igitur,inquiũt,dicẽdũ eſt?Hoc,nõ quò diſcãt, quærũt:ſed anſam vt habeãt controuerſiæ.Tu ergo reſpõdebis,differẽtias dicẽdum eſſe primorũ generum pulſuũ:aut ſic certe differentiarũ pulſuum prima

Nõ recte dici octo qualitates pulſuũ

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 40 sur 282

©BIU Santé

genera.Illi,qualia genera,neceſſario rogabunt,& quæ,& quales differentias? Tu etiam ad hoc illis reſponde in hunc modum. Primum quæſo audi,quòd generum:inde audies,quòd primorum: poſtea,quòd differentiarum. Atque quòd generũ,hinc cognoſces.Dicitur quidam magnus pulſus,& ei cõtrarius paruus,ac quidam inter vtrunq; medius,moderatus in hoc genere.Et hercle eſt,qui longus vocatur,eſt qui breuis,& latus,& anguſtus,& altus, & humilis, &qui horum medij ſunt moderati.Horum tibi,quos cõmemorauimus,vnum eſſe pulſuum genus cenſes qualitatem?Innuent ſcilicet audace & confidente voce:tu caue hac re commoueare:ſume & recita Archigenis illis librum primum,qui capitis hunc habet primum titulum.De magnitudine pulſus. Deinde initium tractatus ſic ad verbum ſcriptum.Magnitudo pulſus generatim dicitur.obtinet enim magnitudinem & paruus pulſus & magnus.Tum paulum reuoluito librum,& rurſus ex tractatu de vehementia hoc caput recita. Igitur genus eſt vehementia. Eius ſpecies, vehemens pulſus, & languidus,& medius.Iterum librum aliquãtum reuolue,ac principium recita tractatus de plenitudine,quod eſt huiuſmodi. Plenus pulſus & vacuus commune habent genus.hæc nonnunquam plenitudo vocatur. Ac pauliſper intermitte recitationẽ libri,atq; dic iſtis:nihil nouare nos,ſed ſequi Archigenem.Eſt enim omni in pulſu commune plurium differentiarum genus:vt hoc loco ſunt ab Archigene tria hæc genera commemorata, magnitudo, vehementia, plenitudo. Tum quartum dic deinceps eum ſcribere genus,duritiem.Atq; caput recita, quod ita habet. Mollitudinis eſt & duritiei pulſus commune genus,quæ durities,ſi receptum ſit,vocetur fortaſſe.Clarius iam etiam in tractatu de ordine & perturbatione ordinis,æqualitate & inæqualitate,genera dicés harum differentiarum nomen non ſortita,hoc modo orditur.Herophilus, qui generatim pulſuum protulit alias differentias hoc pacto:Magnitudo,celeritas,vehementia,rhythmus:non coniunctim,ſed ſpeciatim ordinis meminit,& perturbationis ordinis,atq; æqualitatis,& inæqualitatis.Vnde curioſiores illum,qui generibus in partitione ſpecies opponat,reprehendunt.Hæc ad initium tractatus. Inferius, cum non Herophili iam opinionem exponit, cæterum tradit ſuam ipſius ſententiam in capite de ordine & perturbatione ordinis quid ait?Citius enim affirmauerim genus eſſe ſine nomine. Hoc autem quid ſibi vult? quòd magnitudinis & paruitatis commune genus magnitudinem appellauit: vehementiæ & remiſſionis, vehementiam: plenitudinis & vacuitatis, plenitudinem: duritiæ & mollitudinis, duritiam: celeritatis & tarditatis, celeritatem: crebritatis & raritatis,crebritatem.At ordinis & perturbationis ordinis mente quidem concipit,ſed nomen non poteſt amborum tale exprimere,quale magnitudinis & paruitatis,magnitudinem.Neque enim vt illic paruo pulſui magnitudinem ait ſuppetere, ita & hic dicere audet in inordinatum cadere ordinem:neq; verò etiam in inæqualem æqualitatem. Quare nec genus horũ commune nominatur æqualitas. Itaq; nomine ait vacare harum genera differentiarum.Genera ergo pulſuum differentias non nos modo,ſed Archigenes eſſe dicit, ſed Agathinus,ſed qui de pulſibus commentati ſunt, penè omnes. Vbi ergo ab illis diſſidemus?quòd vocabulis nos magis vtimur proprijs.Nam cum quãdam Archigenes magnitudinis qualitatem dicat eſſe, alteram vehe-

Genus, ſpecies,& differẽtia ab Archigene vſurpata.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 41 sur 282

©BIU Santé

mentiæ,tertiam plenitudinis,quartam duritiei,& quaſdam præterea celeritatis atque crebritatis, magnitudinis qualitatem nos quantitatem diſtentionis nominauimus. Neque eſt enim commune magnitudinis & paruitatis genus magnitudo potius, quam albedinis & nigritiæ, albedo. Sed ſi harum eſt color genus,quodnam magni ſit & parui genus,quærendum eſt.Nam aut quantitas eſt,aut ad aliquid,aut coniuncta cum ad aliquid quantitas. Neq; enim ſumus neſcij multis generibus eſſe commune ad aliquid.Siquidem albius & nigrius ſunt in genere coloris, & qualitas color eſt. Iam ſuperius atq; inferius etiam in genere vbi.Maturius item & tardius in genere quando.Et verò etiam alijs in pluribus generalibus prædicamẽtis ad aliquid verſatur.Quid igitur admirationis habet,ſi & in prædicamento quantitatis locum habet? Sanè nihil mallem, ſi quidem poſſet,quàm certo termino quantitatem diſtentionis appellare,ſicut in multis pedale, cubitale, bicubitale,& eiuſcemodi vocamus. Atqui quando eiuſcemodi ex accidentibus nihil inuenimus, quàm proxime certos acceſſimus.Nam cum teneamus quidem pulſum moderatum abſolute,& moderatum ad ſingulos nos: excedentes modum, & qui infra modum ſunt,damus operam,vt clare nominemus, atque ſic interim dicimus: aut ſi cum nemine loquamur,nobiſcum certe cogitamus.Hic pulſus aliquanto eſt moderato maior. Aliàs, non paulo hic pulſus moderato maior eſt.Idem etiam ſic dicimus, bene maior moderato,aut ſatis maior:aut etiam abſolute,hic magnus eſt pulſus.vel hoc modo,Pulſus hic ſatis magnus eſt.vel hercle,admodum eſt magnus hic pulſus,aut cum longius etiam intelligentiam protendimus,maiorem in modum dicimus magnum eſſe,aut denique maximum.Nam omnes hæ dictiones moderato maiorem denuntiantes, maius exceſſum & defectum oſtendunt. Quare optime valeas moderatum, qui requiritur, oſtendere,modo moderatum cognoſcas. In ipſo enim maiore quàm eſt moderatus,ſatis eſt quinque facere,aut certe ſex differentias.Eum,qui excedat omneis,qui nobis animaduertendus etiam eſt,non ſecus ac moderatus, maximum vocabimus. Qui medius eſt inter maximum & medium,magnum ſimpliciter. Iam interponendi huic & illi vtrinque bini alteri: vnus paulo maior moderato, alter, qui magno paulum concedit.Alius iam,qui magnum ſuperet:alius,qui proximus ſit maximo. Hæc adduxi,vt demonſtrarem magnum & paruum, vt videantur eſſe quammaxime prædicamenti ad aliquid,quantitatem ſignificare. Quocirca nos, qui de luce diſcipulorum laboramus,ex quantitate diſtentionis omnia diximus illa nominata eſſe. ſimúlq; vſum eos nominum docemus, nec perturbamus, cum in paruitate dicamus magnitudinem ineſſe. Nam ſi vel idiota ſis,&primarum diſciplinarum imperitus,quiduis potius,quàm hoc concedes. quas ſi antea attigiſti,profecto millies offendiſti ſcriptas apud Græcos, magnitudinem & paruitatem, éſq; ad concipiendum aſſuetus, magnum habere magnitudinem,atq; paruum paruitatem. Equidem noui quẽdam, qui olim Archigenis mihi de pulſibus librũ interpretaretur, qui paruo credebat nullam ſuppeditare magnitudinẽ.Nam ſi,inquit,cuipiam adſit paruitas,etiam eidem aderunt ambæ.Hic ego cum conticuiſſem,quãtitatem, inquit,aut tale aliquid paruo cogitetis ſuppetere,magnitudinem nequaquam.Hęc ego,quia vt parum recta non valeo calumniari, neq; inſtituendos tirones volo impor-

Magnitudo non eſt commune genus magnitudinis & paruitatis.

Ad aliquid multis generibus eſt cõmune.

Maximus.

Magnus.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 42 sur 282

©BIU Santé

tune confundere: quãdo homonymum eſt magnitudo,& de his quę bifariam dicuntur, ſatius eſſe dicendum duxi, diſtentionis quantitatem multas differentias pulſuum complecti. Nam eum ſcio paruitatis eſſe apud Græcos vſum, vt quoddam accidens & inſeparatum à paruis. Itaque Plato etiam ſpecies efficiebat magnitudinis & paruitatis: ac harũ viciſſitudine magnum & paruum generabat ratione. Atq; his ſi qui omnibus præteritis, magnitudinem paruis pulſibus aliquam de altera homonymorum ſignificatione det infrequẽtiore: quin lõgis iam,& breuibus,& latis,& anguſtis,humilibúſq;,& altis (cum eiuſdem ſint generis cum magno & paruo) ſuppeditare dicat magnitudinem? Nam longus eſt,qui longitudine naturalem excedit. Latus,qui latitudine. Altus,qui profunditate. quorum intelligitur nullus in tribus dimenſionibus arteriæ,citra quas nulla conſtet magnitudo. Siquidem quantitas vnius dimenſionis,non magnitudo,ſed longitudo eſt,ex qua aliquos longos & breues vocitamus, non magnos vel paruos. Neq; verò ita lineam vnquam appellamus, ſed aut longam,aut breuem. Verum enimvero illa demum,quæ trifariam corpora dimenſa ſint,magna dicimus & parua. Atque adeo ipſe Archigenes magnitudinem eſſe pulſus ait,tumorem aſſurgentis arteriæ. Atqui magnitudine linea caret,qui ſolis trifariam dimenſis conuenit. Proinde omnes clare,vel de illius ſententia à magnitudinis genere, qui ex vna dimenſione nomen ſortiti pulſus ſunt,reijciũtur. Quare aut peculiare faciat deinceps genus,vt magno & paruo magnitudinem: aut niſi faciat,non magni tantũ & parui quærat commune genus: ſed etiam longi & breuis,lati & anguſti,alti & humilis, cæterorúmq; adeo in ijs moderatorum. Verum,præter quantitatem,quod de omnibus dicatur in communi,nihil habebit. Atque ita euadet quoq; clara doctrina & diſtincta. Nam qui eſt tam plumbeus, vt non aſſequatur, cum dicitur, quantitas arteriarum diſtentionis? Vbi quãtitatem vnius dimenſionis demonſtrare volumus,hæc vſurpamus nomina: eum qui ſuperat naturalem longitudinem,longum: qui inferior eſt ea, breuem appellamus. Simili modo qui iuſta latitudine eſt latior,latum: qui ei contrarius eſt,anguſtum. Atque proportione horum altum & humilem in profunditatis dimenſione. At verò quantitatem in trinis dimenſionibus ad hunc modum vocamus: maiorem in modum vndique vltra moderatum auctum,magnum: & omni ex parte diminutum,paruum: qui modum ſeruet prorſus æquum,moderatum hunc appellamus. Cum verò à proportione tres illæ dimenſiones diſcedunt,atq; aliqua vel aliquæ illarum imminuuntur,vel exuperant,quatuor & viginti naſcũtur differentiæ pulſuum. quas nos,quò vigintiſeptem eſſe obtinentium treis dimenſiones pulſuum vniuerſas differentias oſtenderemus,cum prædictis tribus in tabella propoſuimus. Nanque referre hoc viſum mihi horum eſt,qui iam primum ad commentationem addiſcendam de Pulſibus appulerunt, omnium tenere eorum ſingulis in generibus numerum: id quod priores neglexerunt. Sed his ſane venia danda eſt. Quid enim cum iſtis lucteris, qui omnino conciderunt? Archigenem verò, qui non iure accuſem? quem ad ea oportebat inuenienda,dialectica vti. ille vbi minime decet,illic male eam oſtẽtat, obtundens tantum diſcipulos, nihil interim docens. Atqui præſtabat parata diuidendi componendiq; via & ratione, numerum per eam omnium differen-

Quãtitas diſtẽtionis multas differentias pulſuum cõplectitur.

Linea longa vel breuis.

Linea magnitudine caret

©BIU Santé

tiarum pulſuum inueſtigare: non tamen oſtentare his,qui iam ſenes demum ad diſcẽdum ſeſe conferunt, ſed ne indicare quidem hoc ipſum tironibus eſſe rationẽ & viam,qua conſtat tabella. Nam his qui humanis ſtudijs non ſunt inſtituti, nequicquam dicas. Qui illis imbuti ſunt,prius ex rebus ipſis, quàm tu admoneas,rationem illam & viam cognoſcant. Qui ergo factum eſt,vt nemo iſtorum quiſquam diuidendi videatur ratione vſus ad numerum cuiuſq; generis differentiarum ineundum, neq; ad inuenienda prima componendi. Etſi Dialecticis ſolis vtendi facultas datur harum viarum rationúmq;,interim ab indiuiſis & numero infinitis ad primum illud aſcendentibus omnium genus per genericas medias ad infinitum pergẽtibus. Sed horum eſt auſus nullus vlla conſtituere via & ratione numerum vel primorum generum, vel ab his diſtributis proficiſcentium differentiarum.Verum nos quidem hoc effecimus,& quaſi via progrediẽtes vigintiſeptem pulſuum reperimus,qui treis habent dimenſiones,& eorum nouem,qui vnam,vnum commune genus,quantitatem diſtentionis arteriæ.Quòd ſi etiam contractionem eſt tactu cognoſcere,& in hac quoq; erunt ſcilicet,totidem differentiæ.Sed de hac re in libris de dignoſcendis pulſibus diſceptabimus.At verò Archigenes(Nam hunc ſecũdum Herophilum quidem appellauerimus primum inclamãtes Homerum.

Vnicus ille ſapit, tibi mens inuoluitur vmbris.)

non in nominibus modo videtur,ſed lõge etiam in rebus prius perplexus eſſe.Quò fit,vt paſſim ſe non percipiat ſecum pugnare.Diſcas id ex his ipſis verbis.Sunt porrò alij pulſus,híq; nec medij,nec magni,nec parui ex magnitudine cenſentur,vel ex magnitudinis dimẽſionibus. Mox ſubdit.Eſt enim pulſus cùm longitudine arteria diſtenditur inſigni,ſed latitudine anguſta,& humilius eſt ſublata:vocetur longus.Alter,cum lata quidem diſtentio,ſed humilis & longitudine breuis occurit:appelletur latus.Tertius,vbi admodum attollitur,anguſta tamen & longitudine eſt breuis.Eſt autem hic rarior:vocetur altus.Hic erat illi de ijs propoſitum dicere,quæ vnam habent dimenſionem, remotis reliquis duabus.Sed de inſtituto argumento abductus eſt,quòd de illis etiam ſcribat,qui tribus dimenſionibus intelliguntur. Nam eorum primum non longum modo,verum etiam anguſtum & humilem fecit: neq; id tantum conceptione,ſed & verbis. Nam quid ait? Cum longitudine arteria diſtenditur inſigni,ſed latitudine anguſta,& humilius eſt ſublata. Nam latitudine anguſta,anguſtum pulſum ſignificat.Et humilius ſublata,humilem.Inde ſecundum,non latum tantum,ſed etiam humilem & breuem fecit,tam intelligentia quàm verbis.Eodem tertium modo,non altũ ſolum,verum etiam anguſtum & breuem. cum ſint hi tres de his,qui trinis dimenſionibus dicuntur,vigintiſeptem, quos in tabella proſcripſimus. Scriptus eſt autem,qui hic primus relatus eſt,in tabella nonus,hoc pacto.Longus,anguſtus,humilis.Qui hic ſecundus eſt,primus vigeſimus eſt in tabella deſcriptus in hunc modum. Breuis,latus, humilis. Tertius hic, in tabella eſt vigeſimuſquintus, qui ſic ſcriptus eſt. Breuis,anguſtus, altus. Quare aut initium de ijs ſermonis immutet, vbi magnitudinem dicit eorum ſpectari,aut magnitudinis certe dimenſiones ſimpliciter tradat pro magnitudine. aut quando appoſitum eſt, ex dimenſionibus magnitudinis,ne in magnitudinis amplius differẽtijs eos numeret.Nam quid

©BIU Santé

quærit,vtrum de his illos eſſe, qui trinis ſimul dimenſionibus æſtimantur, an de illis qui tantum vna? Vtrobique eſt enim defectus. Si eos, qui trinis ſunt dimenſionibus, accipimus, cum omnes prætereuntur vnius diméſionis, qui nouem numero ſunt: tum alij deſiderantur octodecim, qui trium ſimul ſunt dimenſionum. Ita enim nouem tantum videatur mentionem feciſſe: trium, qui primi commemorati ſunt, magni, parui, mediiq; inter eos. Deinde trium, quorum hic meminit. Ad hæc trium aliorum, qui his ſunt oppoſiti, quos poſtea adducit. Adhæc ſuperflue hoc orationi additum eſt, ex magnitudinis dimenſionibus. Sat enim dicere abſolute erat ex magnitudine. Contrà ſi de his, qui vna dimenſione æſtimantur, ſcriptum ab eo accipiamus: primum, alienum ſit reliquorum binorum in ſingulis meminiſſe: Deinde, non iam octodecim, cæterum quatuor & viginti illos ex tabella reliquerit. Tertio, male videatur dicere ex magnitudine cenſeri eos: cum non ex magnitudine ſit dicendum, ſed ex magnitudinis dimenſionibus: ſi quidem tumor, vt ipſe aſſeruit, eſt magnitudo. Quanquam non ſolum longitudo per ſe, ſed nec profunditas vel latitudo eſt magnitudo: cæterum, vt etiam appellatur, dimenſio. Neq; ſane perinde eſt magnitudo & magnitudinis vna dimenſio. In vtrunque igitur incurrit plane Archigenis oratio, quòd nec diſtincte nec diſtribute dixit, ſed intelligentia veluti ambigua. Cæterum in quam ille partē potius acceperit, ſi diuinando oportet pronuntiare, vel id audebo. Equidem voluiſſe dixerim hos deſcribere, qui vna dimenſione intelliguntur: idque adeo ipſum initio innuiſſe, cum dicit: vel ex magnitudinis dimenſionibus: ſed in narrando offendiſſe, vti toto in libro, & animo conturbato fuiſſe & attonito. Nam quòd hominem lateret eſſe ſeptem & viginti eos, qui tribus ſimul dimenſionibus intelliguntur, maximum eſt argumentum craſſa ratione miniméq; diſtincta de illis ſtatuiſſe. Nam eius eſſe hoc inſtitutū, & ab hoc illum deflectere inuitū, ex ſuprapoſitis liquet. Nam » quid tandem mox ſubdit? Etenim cum etiam binæ aliquæ ſæpenumero dimen » ſiones concurrant, vt ſimul & breuis ſit & humilis, vel breuis & anguſtus: At» que in alia cōiugatione, longus & latus, vel longus & altus. Profecto hinc pla num eſt eos illum, quos diximus, vna tantum dimenſione accipi velle. Hos ſiquidem binis diméſionibus duntaxat ſcribit, tertiæ ſtatum prætermittit. Nam quid dicit? Etenim cum etiam binæ aliquæ ſæpenumero dimenſiones concurrant, vt ſimul & breuis ſit & humilis. Nam in hac oratione, qui breuis ſimpliciter ſit, cognoſcendum eſt, & qui humilis ſimpliciter, alioqui nos fugiet breuis ſimul & humilis. Quin nec longus pariter ac latus, niſi ante vtrunq; ſeparatim commentere, erit clarus. Primum enim longus ſeorſum eſt intelligendus, deinde ſeorſum ipſe etiam latus, poſtea illorum intelligentię committendæ vnà ſunt. Ac tum dices deniq; longum ſimul & latum. Quapropter fit, vt à ſe ipſe quidem confuſus manifeſte diſſideat. Nam longum non ſatis habuit dicere, cum longitudine arteria diſtenditur inſigni, fieri: etſi hoc vnum ſufficiebat: ſed ſuperflue addidit, ſed latitudine anguſta, & humilius eſt ſublata. Rurſus latum parum erat dicere, cum lata quidem diſtētio: verum ſubijcit, ſed humilis & longitudine breuis occurrit. At ſi hæ mihi ſunt Archigenis notiones obſeruandę, qui longum eundem & latum intelligam, quod ſubdis, fieri? Nam à longi notione tu ipſe latitudinem diſcluſiſti, & à lati longitudinem, vt ſic di-

Aliud eſt magnitudo & magnitudinis vna diméſio

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 45 sur 282

©BIU Santé

cam. Atqui hæc inter ſe pugnant plane: cum primo loco à longi notione abſtrahat latum, retineat ſecundo. Non aliter in lato & alto. Primum à reliquis duabus dimẽſionibus ſeparat longitudinem, deinde ſeruat. In has ille omneis offenſiones nominibus exponendis, eo quòd in ipſis rebus multo ante lapſus ſit, incidit. In nulla enim diſciplina videtur vſus ratione vel diuidendi, vel componendi. Ne dicam illi vſu veniſſe, quod vulgo ſolet, & indoctis: vt naturæ frequenter compoſitionem in prima, & ſimplicia diſſoluere conaretur. frequenter autem, quando ſeparatim nil horum, vel ſolum poteſt eſſe, reſiſtat, & ſe ad compoſitionem recipiat. Rurſus quando indigeſtam compoſitio nec diſtinctam obtinet diſciplinam omninóq; plebeiam & rudem, ni in prima diſſecta ſit, à diuiſione neſciat manum abſtinere, inde ad compoſitum iterum diuertat: q̃ intelligentia nequeat diſtinguere ſingula ſimplicia. Atq; hunc orbem repetẽs & volutatus ſemper inter extrema, intelligentijs ambigat, nec vlla ratione his ſe pugnantijs poſſit explicare. Omnino, qui Dialecticum ſe facit, hoc volo meditatum plane eſſe, vt quicquid aggrediatur, ſi ſit compoſitum redigat ad prima notione & ſimplicia: non quò ſeparatim vnquã & ſola appareant (nam hoc effici non poſſit) ſed quòd mente ſola concipi poſſint, nec cogitando hæc cum vlla coniungamus differentia, quibus ſunt neceſſario alligata. Nam vt ſimum hominem intelligimus, & aquilum: neq; magnus is ſit, an paruus: albus, an niger: corpulentus, an gracilis, quærimus: ſic altum quendam intelligimus pulſum, non deſiderantes longitudinem, vel latitudinem eius cognoſcere. Quapropter qui nullum aiũt longũ ſimpliciter pulſum ſe complecti animo (Nam omnino eum aliqua præditum eſſe latitudine & profunditate) rudes ſunt primarum diſciplinarum: quas didiciſſe eos & in illis tritos oportebat eſſe, atque ad nos tum deniq; ſe conferre. Quia enim ſolus non poſſit longus conſiſtere, continuo nec intelligi confirmant ſolum poſſe. Quin ergo nec ſimum hominem cogitent ſeparatim, nec aquilum, niſi eius norint omnia reliqua, magnus ſit an paruus, corpulentus an gracilis, niger an albus, Græcus an barbarus, malus an bonus, valẽs an ægrotus, iuuenis an ſenex. Quid hoc autem? nónne importunum eſt, longum ſe quendam & altum & latum ſimul fateri intelligere, ac vno nomine magnum appellare: longum non poſſe ſeorſum, & ſolum concipere? Quaſi verò non eadem ratio ſit cũ toto pulſu magni, ac longi cum magno. Nam vt longus ſeparatim & ſolus ſtat nullus ſine aliqua profunditate & latitudine: ita neq; magnus eſt vllus pulſus, niſi ſimul celer, vel tardus, vel vehemens, vel languidus ſit, vel particeps aliarum ſit differentiarum. Imò verò, vt cogites omnibus differẽtijs arteriam moueri, ſeparatim non poſſit vnquam moueri. Quis enim extra corpus arteriam etiam conſpexit pulſare? Omnino itaq; eſt in toto corpore, & neruo alicui incumbit, iſq; qualitatẽ habet & quantitatem: ſubijcitur porrò venæ, & hæc eſt qualitatis & quãtitatis particeps: circumijciuntur iam corpora illi multa. atque omnia, hinc progreſſus, ſine quibus conſiſtere pulſus non valet, recenſeas. Sed vir prudẽs, ſi hæc exaudiat diſſerentem, de aſſiſtentibus aliquem rogauerit. Næ iſte ſcilicet ludit, vel inſanit, qui hæc nugetur. Quid, quæ ſine alijs eſſe non poſſunt, nónne mera fatuitas eſt, & magna vanitas, ne cogitatione quidem repræſentari citra illa profiteri? Nam longum quidem pulſum, niſi aliqua coniuncta ſit profunditas & latitu-

Prima & ſimplicia cõcipi animo, nõ videri poſſunt.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 46 sur 282

©BIU Santé

do,non eſſe poſſe,nemo cauſſam dicit.Atqui hoc non erat propoſitum:ſed an ne intelligi quidem poſſit abſque illis.Nam hoc ſi quis dicat,artes imprudens euertat omneis,atque adeo omnem in vita vſum nominum.Etenim curandi artem qui vnquam yeſtrum Pleuritici Dionis didicit? Nemo verò. Omnino non in homine Pleuritico, ſed in commentatione ſpecierum & generum artes poſitæ ſunt: primum pro ipſo affectu certis ſumptis diſtinctionibus.Siquidem vel ad clauiculam dolorem,vel ad præcordia pertinere cogitamus: neq; hic Dionem vſquam,vel Theonem vnà concipimus. Deinde ſuperiorem ſtatum & præſentem ſpectamus. Abundantia laborat Pleuriticus,aut cõtrà defectu humorum:bonos ſuccos habet,vel malos: atq; vtrunq; ſcilicet, nunc ne primum,an iam pridem.Et ſi iam pridem,vtrum à victus ratione,an ſua ſponte.Neq; hic quidem vſquam Dion vel Theon. Neq; verò etiam vbi de temperamento ægroti agimus,Dionem neceſſe eſt,vel Theonem appellare,aut animo concipere,aut aliquo modo deſiderare.Nam ea ratione Geometriam ſuſtolli,quid attinet referre? ſi quis ſe nec lineã,nec ſuperficiem dicat cõcipere, quòd carere ſolido corpore non poſſint. Quid cunctas res mundi,quæ à ſe diuelli mutuo non poſſunt, ánne abſurdum,ſi ne intelligi quidem ſeparatim admittas?Sed eam importunitatem nunquam ferret Archigenes:imò contrà facere ille ſemper aduertitur,deducendis ſingulis in prima & ſimplicia.Verum deflectit ab inſtituto interdum, & aberrat inuitus: quòd parum, vt equidem cẽſeo,ſit exercitatus.Certe in re propoſita,quod dico,perſpicias non obſcure. Etenim cum etiam duæ,inquit,aliquæ ſæpenumero dimenſiones cõcurrant, vt ſimul &breuis ſit & humilis.nos ſeparauimus hos,qui binis intelligũtur,ab illis,qui ſingulis dimenſionibus:tum quòd hos, qui trinis dimenſionibus intelliguntur,qui ſunt vigintiſeptem,prius docere non poſſem, quàm ſingulas diméſiones intelligere ſeparatim aſſuefeciſſem,nũc augeri, nunc minui,nũc moderatas eſſe & in naturali ſtatu perſiſtere: tum quòd multa nos ex vna diméſione cognoſcere poſſumus.Nam vt certam rem demõſtrare magnus pulſus ſolet, ita etiam altus ſolus, non ſimul cum ipſo alijs dimenſionibus animo conceptis. At vero pulſus binarum dimenſionum, nec ad viam & rationem quicquam faciunt eorum, qui trinis ſimul dimenſionibus intelliguntur: & à diuidendi ſunt methodo abducti.Vnde etiam diſciplinam habent,quę nulla arte conſtat,fruſtra tironem detinentes:vt ſi quis ita doceat, pulſum dicens eſſe aliquem magnum ſimul & celerem, alium magnũ ſimúlq; vehemẽtem, alium item celerem & vehementẽ:itáq; progreſſus, binos copulet:quod ne ipſe fecit Archigenes:vt quod nullius ſit artis, nulliúſq; prope rationis & vſus. Interdũ enim ex omnibus differẽtijs cum nos volumus conſtitutũ intelligere,tum ars requirit vt cognoſcamus vt propoſitæ rei totam naturã perſpiciamus. Interdum in ſimplices reducimus differentias. quòd abſq; eo exacte compoſitum non intelligamus.Nam niſi totam rei naturam in vnum complecti,atq; in vna differentia & ſimplici valeas conſiſtere,nulla erit ars,nulla via vel ratio, nulla etiam vtilitas.Quamobrem nos primum pulſuũ vniuerſam naturam deduximus in differẽtias, quæ ipſam conſtituunt:atq; hanc quantitatis diſtẽtionis appellauimus,illam qualitatis ictus,aliam qualitatis tunicæ,aliáſq; ordine cõmemoratas. Deinde in his ipſis rurſus ſimplices requiſiuimus notiones,vt quam

Artes non in ſingularibus ſed in generibus & ſpeciebus poſitæ ſunt.

Binarum diméſionũ pulſus nihil vſus præſtant

©BIU Santé

habet rationem differentia quantitatis diſtentionis ad totam pulſuum ex omnibus conflatam naturam, ita aliud reperiamus ſimiliter habẽs ad hanc ipſam. Nam hoc genus vt vniuerſam pulſus naturam conficit,ita idem iterum dimẽſionem efficit quamlibet.Sed binas concipere dimenſiones,nihil refert nec ad totum pulſum abſoluendum,nec ad vnam quantitatem diſtentionis.Vnde ſuperuacaneum de ijs ſit ſermonem habere,& nos ordine prætermiſimus.Contrà male Archigenes eum veluti dilacerauit,& ſex dũtaxat cõmemoratis coniugationibus,alias viginti vnam numero præterijt. Siquidem differẽtiæ vniuſcuiuſq; dimenſionis ſunt omnes omnibus aliarum copulandæ.vt in vnaquaq; binarum dimenſionum copulatione exiſtant nouem differentiæ,omnes viginti ſeptem. Adſcribam vnam, poſtea de reliquis etiam licebit diſcere.

1	Longus	latus
2	Longus	moderatus
3	Longus	anguſtus
4	Latus	moderatus
5	Moderatus	moderatus
6	Anguſtus	moderatus
7	Breuis	latus
8	Breuis	moderatus
9	Breuis	anguſtus.

In hac ergo tabella longitudinis treis differentias complicãtes cum tribus latitudinis,nouem effecimus differentias.Altera erit eodem modo tabella cum tribus longitudinis differentijs coniunctas profunditatis treis habens.Tertia præterea, in qua profunditatis tribus tres copulabuntur latitudinis.Neq; eſt obſcurum,quin ſingulæ tabellæ nouenas complectentur coniugationes.Itaq; omnes vigintiſeptem ſint.Iam igitur eſt apertum,horum, qui bini intelliguntur, prætermiſiſſe Archigenem permultos, vt etiam aliorum.Nos autem hos omiſimus ob cauſas,quas expoſuimus.Sed tradidimus eos,qui ſingulis dimẽſionibus intelliguntur,numero nouem:atq; eos qui trinis ſimul,quos in tabella deſcripſimus,ſeptem & viginti. Quorum fecimus omnium commune genus,non magnitudinem,verum quantitatem diſtentionis, explicamúſq; pulſuum differentias quaſdam nomine,aliquas definitionibus. Neq; enim nomina omnes ſortitæ ſunt:& imponere,ab re ducimus,noua:quando definitiones cõmonſtrare nihilo ſane ſecius valent. Equidem non multo peius exiſtimem, ſed multo etiam docere nominibus definitiones melius. quòd, vt alia omittã, pleraſq; etiam differẽtias in alias plures, vt in magno pulſu demonſtrauimus, diffindunt. Quippe cuius rurſus ſex concipias differentias,& definitione explices:ſi quẽdam ex illis maximum & conceperis & vocaueris eum,qui à moderato diſtat quamplurimum. Aliquem ſimpliciter magnum,qui inter maximum & moderatum medium locum tenet. ac inter vtrunq;, alias duas differentias ſtatuas licet,vnam paulo moderato maiorem,alteram quæ paulum infra maximum ſit.Nam huiuſcemodi diuiſionem,neminem fugit,qui operam, vel ſtudium in operibus artis poſuit,magno vſui eſſe ad præſagiẽdum.Etenim

Definitiões nominibus res melius explicant.

©BIU Santé

in calido, frigido, ſicco, humido, breuiter omnibus quæ ad artem pertinent, in minima facultas diuidendi,&paruorum exceſſuum obſeruatio,viri eſt cum prudentis,tum verò experti in operibus, nihilque potius ducentis quàm ſcopum artis in anguſtum quammaxime cogere. Non tamen in principio inſtitutionis ea eſt ſumenda diuiſio. Nam diſcipulis ea res minus doctis non parum confuſionis afferet:Docti vnum ex commemoratis intelligēt. Quæ cauſſa fuit, quamobrem nec eorum in primo commentario meminerimus: ſed ne nunc quidem dixerimus, niſi omnem pulſuum, qui ex quantitate nominantur & intelligūtur, ſtatuiſſemus aceruum ob oculos ponere.Si quidem exceſſus pulſuum,qui vna dimenſione intelliguntur,& defectus à principio potes diuidere, vt in magno demonſtrauimus. Nam moderati ſoli,ſingulis generibus ſinguli ſunt & indiuiſi.Alij plures diuiſiones recipiunt,ſua quidem natura infinitas. Quod enim genus maiorem,vel minorem exceſſum & defectum obtinet,infinitas neceſſe eſt habeat differētias.At non ad ſenſum tamen ſic habet: ſed vt ad illos te melius, vel peius exercitaueris,ita modo,vel minutulas differentias percipere poteris,modo inſignes tantum.Siquidem & vocis muſicus exceſſus non ad tonum & ſemitonum tantum, ſed & ad elementum ipſum vſque & minimum ſonum ſatis aſſequitur. Idiota nec duorum exceſſum tonorum poteſt exaudire. Nam nos quidem,vt nunc eſt, noſtrum ſenſum expoſuimus.Aſſequimur in moderati exceſſu & defectu cuiuſque generis differentias pulſuum ſex. Sed tironibus primum vnam, aut alteram ſatis eſt de illis ſentire, & diſcernere à moderato illas poſſe. Die certe, ſi hac in re verſentur diu, primum in duas parteis fortaſſe eas partiri, deinde in tres & quatuor poterunt. Hæc ideo omnia, vt multorum pulſuum eſſe declararemus vnum genus,diſſeruimus.Refert tamen etiam ſuo nomine ea cognoſcere.Nóſq; his, qui in diſciplinis profectum iam fecerunt, hæc dicimus, quibus ſcilicet ſolis dictauimus.Ergo eſſe quoddam genus pulſuum,qui in quantitate diſtentionis conſiſtunt,ſatis oſtenſum eſt.Iam de primis eſſe generibus(memini enim hoc quoque recepiſſe demonſtraturum) hac potiſſimum ratione perſpicias, ſi in ſingulis perinde alijs generibus coneris commentari, atque nunc in hoc fecimus.Id quod in hunc modum maxime feceris,ſi in ſingulis tractandis conſideres,ecquod ſupremum genus eſſe poſſit & huius generis, quod eſt quantitatis diſtentionis, & eius quod cum illo proponitur. Age enim, quandoquidem celer quidam eſt,& tardus,& moderatus in arteriæ motu pulſus: atq; horum commune genus qualitas eſt motus (quod in commētarijs de dignoſcendis pulſibus demonſtramus)ecquod inuenire cōmune genus valeamus qualitatis & quantitatis, attendendum nobis eſt. Si nequeamus, in prima referemus genera,tum quantitatem diſtentionis,tum qualitatem motus.Sed quando & qualitas corporis arteriæ aliud genus ſit pulſuū:ſcilicet in quo mollis ſit, & durus,& moderatus in ſtatu arteriæ tunicæ,videndum eſt rurſus,quodnam horum ſit commune genus: huius dico, de quo nunc egimus,& illius qui in diſtentionis quantitate conſiſtit. Si nihil reperiatur, ex primis etiam eſt hoc cenſendum.Nam q exercitatum requirit in prædicamentis,horum cōmentatio,apertū puto eſſe:vt cum,quæ in quæſtionē venerunt,in vnum ambo prædicamētum cogantur,non cōmune tamen vllum genus habeant, ne communi-

Partitionis in minima cō moditas.

Partitio i mi nima, initio non faciēda.

Quātitas ſu premum eſt genus.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 49 sur 282

©BIU Santé

tas nos prædicamenti moueat,vt pleroſque qui ſero ad literas ſe conferunt,& inexercitatos Pſeudodialecticos, vbi prædicamentum ſit commune, genus etiam reperies hic commune exiſtimare eſſe,vt qui diſtinguere homonymiam non valeãt.Sanè ſic habet in qualitate motus,& corporis arteriæ.Prædicamentum eſt qualitatis cõmune vtriq; generi: tamen genus non item ambo vllum obtinent commune.Nam per homonymiam vtrunq; non ſynonymiam qualitas dicitur.Neque enim eadem eſt in ambobus qualitas,ſicut in albo & nigro, atq; frigido & calido.Cęterum motui peculiaris eſt qualitas,& diuerſa,& corpori arteriæ peculiaris,diuerſáque.Scilicet non generis ſunt eiuſdem motus & ſtaus corporis arteriæ. Verum de his inferius fortaſſis amplius agetur. De pulſuum nunc genere in quantitate,qua ratione animaduertendum eſt,liquet: primorum ne generum,an ſecundorum ſit.Nam à genere motus, corporiſq; arteriæ plane diſtat,ſi quidem quantitas à qualitate diſſidet.Atq; idcirco etiam à genere contentionis,in quo vehementes quidam & languidi ſunt pulſus.Etenim qualitate hi vel ictus,vel vitalis roboris conſtant.Et verò à rhythmo etiam,& à genere ordinis & perturbationis ordinis, æqualitatis & inæqualitatis.Quę quidem prędicamento ad aliquid attribuuntur vniuerſa.Hoc iam ſupereſt, vt illud comparemus cum genere crebritatis & raritatis. Nam hoc conſtituere quantitas videtur temporis quietis. Sed ſub idem ſic rurſus prædicamentum reducentur,genus ambobus tamen non erit idem.Nam genere toto quantitas diměſionis corporis à quantitate abeſt temporis.Ac nullum eſſe apertum eſt in pulſibus genus altius quantitatis genere diſtentionis,vt nec aliorum quoquam cõmemoratorum.At meditatum oportet prius eſſe,qui aſſequi hæc volet, ad prædicamenta.Nam ſcitum eſt Arceſilaï dictũ. Nemo vlleus portat ad fullonem. Ordo eſt enim,vt lanificij,ſic inſtitutionis diſciplinarum.Nec legere quiſquam prius docetur,quàm ſyllabas omnes dicerit:nec ſyllabas ipſas prius,quàm vocis cuncta elementa.Neque validas luctas, ante ſimplices & leues: neq; has ante, quàm probe ſit frictus:imò ne id quidem,niſi præceſſerit more Athletarum vnctio. ſed omnium horum aliud primum eſt, aliud ſecundum, aliud tertium in omnibus artibus. Sic etiam in Dialectica,ante quàm quis ad prima ſe & veluti elementa exercitauerit, inſequentium non valeat aſſequi demonſtrationem.Sed hæc hoc loco ſatis de his ſunt. Reſtat vt de nomine differentiæ dicam. Primum in nomine nos nihil oſtendemus innouare. Deinde,quid apud authores ſignificat, interpretabimur.Nam noui nos nihil deſignare primus eſt Archigenes teſtis,qui in hunc modum in principio ſcribit tractatus de ordine & perturbatione ordinis, æ» qualitatis & inæqualitatis.Herophilus,qui generatim pulſuum protulit alias » differentias hoc pacto:Magnitudo,celeritas,vehementia,rhythmus:non con» iunctim, ſed ſpeciatim ordinis meminit & perturbationis ordinis, æqualita» tíſque & inæqualitatis.Hoc loco aperte Archigenes non modo differentias eſſe in pulſibus, ſed & aliquas generum eſſe,quaſdam ſpecierum memorauit. Neque initio hoc tantum fecit,oblitus autem poſtea eſt in toto ſermone:millies enim nominis meminit differentiæ & generum & ſpecierum, rectiſſime ſentiens ſciénſque, differentiarum quaſdam genericas, quaſdam eſſe ſpecificas. Ac harum etiam ipſarũ has magis genericas, illas ſpecificas magis. Qua-

Dictum Arceſilai.

De nomine differentiæ.

©BIU Santé

re paucula faciamus vt capita eius asscribamus ad confirmandum propositum. Primum hoc ex eodem de ordine & perturbatione ordinis tractatu. » Quidam sanè æqualitatem acceperunt in certis tantum differentijs. Equi- » dem in omnibus, in quibus ordinem. Mox addit. Inæqualitas est, imparitas » pulsuum in aliqua succedentium ei differentiarum. Perturbatio verò ordi- » nis, conturbatio dispositionis temporaria in aliqua pulsus differentia. Bis in » hoc quidem capite scripsit differentiæ nomen. Paulo post. Neque aperuerunt » ne de his quidem, an qui omni in differentia sit par, sit æqualis dicendus. Inde » rursus. Et qui est absolute ordinatus, hic nobis erit par magnitudine, vehe- » mentia, celeritate, rhythmo, & si qua alia eiuscemodi differentia, dispositus at- » tenditur in omnibus esse. Sed aliqua ex parte, qui in vna horum differentia » dispositus videtur esse, vel duabus, vel pluribus. Hoc rursus loco nomen dif- ferentiæ bis appellauit. Cui annectens sequentem orationem, primum sic di- » cit. Nam illa integra & omnium differentiarum absoluta paritas. Interim sic. » Et inæqualem pulsum eum, qui prorsus vel vna differentia est impar, voca- » mus. Interim hunc in modum. Nonnunquam alia per tres, vt dixi, respondet. » Vehementia verò, quasi quotidiana est, cum sit æqualis & par deinceps, aut » alia quæpiam reliquarum differentiarum, aut alia. Huic subdens proximam » orationem dicit. Conuenientibus pulsibus & simul omnibus differentijs, & » vna vel pluribus. Postea. Interim sunt alia omnia ordinata, aut certe æqualia: » vna autem aliqua differentia, vt magnitudo: vel duæ, vel plures semel inor- » dinatæ sunt. Post hæc in exitu tractatus. Accipienda sunt enim, inquit, quæ re- » tuli, de celeritate & tarditate, denique de omni pulsus alia differentia. Atque hæc ex hoc tractatu adducta sint. Quid enim plura cites. Digrediamur iam ad alium, vt ne ex vno loco testimonia videamur capere. Asscribamus igitur capita ex insequentibus, atque etiam ex præcedentibus. Ac sequitur quidem » hic titulus. Quæ sit vno in pulsu inæqualitas. Statimque scribit ab initio tra- » ctatus in hunc modum. Sunt enim plures differentiæ inæqualitatis, puta in » vno pulsu. Inde. Frequenter autem cum hisce differentijs, & cum magnitudi- » nis coniunguntur inæqualitatibus. Mox. Alia porrò est differentia in magni- » tudine vnius pulsus inæqualis. Hæc ex hoc tractatu proferas. Porrò asscriba- » mus his pauca adhuc, ex ipso initio libri. Vnum quidem est caput hoc tracta- » tus de pulsus vehementia. In vehementia autem eiuscemodi inuenias præter- » ea alias differentias. Alterum iam. Hunc in pulsus languidi differentias re- » feras. Et inde aliud. Quidam non remissus quidem, sed quasi impeditus, & in- » tro vergente præditus grauitate, repressus, & demersus, differentia erit vehe- » mentię pulsus. Postea, vbi de plenitudine agit, interim sic scribit. Numerus tot » differentiarum. Interim sic. Differentia tantum ad contrarium simpliciter » æstimetur. Rursus in tractatu de crebritate & raritate in hunc modum scri- » bit. Nonnulli videntur turbare differentias. Et ad finem totius tractatus. Ha- » bes celeritatis & tarditatis differentias. Rursus vbi agit, qui sit pulsus per par » & non par. At enim non est hæc peculiaris pulsus differentia, sed species eam » complectitur, vel rhythmi, vel ordinis. Sed satis iam de differentia, ne im- prudentes forte à proposito aberremus. Nam Archigenis si de pulsibus ve- lis totum librum reuoluere, alterum ex eo librum conficias de nomine diffe-

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 51 sur 282

©BIU Santé

rentiæ. Nam nũc quidem ne exquinta parte quidem hæc excerpſimus. ac multa protulimus capita, non adeo quò de nomine differentiæ laboraremus, ſed vt ſignificationem eſſe variam oſtenderemus. Etenim genera non raro differentias appellauit cum prima, tum ſecunda: & ſpecies item generum: Ac quæ neque genera, neq; ſtatuit ſpecies eſſe, quæ quidem differẽtiæ ſunt ſolæ, etiam vocauit has differentias. quæ pſeudodialecticis res imponit. Nam quando differentiæ cum apud alios Græcos, tum apud priſcos Philoſophos de tribus his, quæ modo memoraui, accipiatur, de generibus & ſpeciebus communius: ſed de illis, quæ in diuiſionibus reperiuntur, quæ nec ſpecies ſunt nec genera, peculiarius: huius iſti tantum ſignificationis meminerũt, communi omnino neglecta. Enimuero agitati nemeſi ſuis ipſorum ſcitis non conſtant. Quæ me res induxit, vt non ex alijs authoribus de nominum ſignificationibus admoneam, quæ mihi de omnibus promptius ſit mutuari, quàm de Pſeudodialecticis his. Nam qui expoſituros nominum notiones recipiunt, & Dialecticæ hoc commentationis principium conſtituunt, cum non exponunt, ſed ferunt non aliter ac leges, hoc nomine ſum ſolitus iſtos appellare. Nam Archigenes quidẽ, ſat ſcio, omnia citius ſubeat, quàm differentiæ nomen attribui ſpeciebus quoque fateatur. Etenim vt præteream alia, vel ſecta eorum ciuitatem prius, quàm placitum, ait eſſe prodendam. At tu, ſi dum leges illi ferunt, fileas: nec reſiſtas quicquam, inde de re quapiam facias poteſtatem diſſerendi, cum ſuis ipſi ſtatim decretis pugnant. Quod ſane proauo huius eorum ſectæ frequẽs eſt Chryſippo. Nomina enim ſanctius ille ſciſcit, quàm Athenienſibus de appendendis numis Solon ſuis tabulis: confundit autem ipſe ea primus. Et ſi quæras de ſucceſſoribus eius ſciti: Quin tuetur ſua decreta? Abutitur, inquiunt. At licet cedo abuti, nec qui hoc admittunt, peccant? licent inquiunt. Nam quid dicant aliud, vbi in puteo (vt in prouerbio eſt) ſint oppreſſi? Qui autem alijs hoc hominibus minus permittunt? An vni Chryſippo iſthuc, eiúſque facere permiſſum eſt æmulis? At quã quæſo ob rem? quòd terra ſit natus ſcilicet Atticus de Codri familia & Erechthei? Atqui ſi quidem illorũ ſit nepos, non adulteraret quaſi numum aliquem antiquæ inſtitutũ vocis. Nũc verò, quod quis ferat? neq; Athenis natus nec altus, ſed ex Sicilia pridẽ adueniens, prius quàm probe Græcam vocem didicerit vllam, Athenienſibus ſtudet legem de nominibus ferre, pica Sirenem imitans. vt picam, non graculum dicamus, vel coruum, vel quippiam aliud, quem verius appellaueris tam audacem. Sed Chryſippi in linguam Atticam contumelias poſthac fortaſſe detegemus. Archigenis delicta hæc, quæ nũc in manibus habemus, mire confitearis aperta eſſe: quiveretur dicere prima genera, & primas differentias, genericáſq; differẽtias, & genera differentiarum. tametſi frequẽtia apud Græcos hæc ſint nomina, ab Herophilo verò & Herophilijs prope omnibus millies prolata: ſed omnibus commune nomen commẽtus eſt qualitatis. Atqui differẽtiæ nomẽ poteſt omnibus aſſignari, qualitatibus, quantitatibus, relationibus, vno verbo vniuerſis. Nam ab eo q̃ differat alterum ab altero, nomen differẽtiæ factũ eſt & conceptũ. Differunt autẽ quædam ſtatim primis generibus prædicamentorum, vt homo, album, bicubitale, dextrum. Nam vnũ illorum eſt ſubſtãtia, alterũ qualitas, aliud quãtitas, aliud ad aliquid. Quędam ſubiectis generibus ſub his, vt albũ & trian-

Differẽtiam varie Archigenes vſurpauit.

Differẽtia à veteribus tribus modis accipitur.

In Chryſippum.

Prouerbium

Prouerbium Chryſippus in linguã Atticã fuit contumelioſus.

Differentia vnde dicta. Differunt quædã prædicamento. Differunt quædam genere.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 52 sur 282

©BIU Santé

gulare. Color enim illius eſt genus, huius figura. Hæc rurſus ambo prædicamento ſubiecta qualitatis ſunt. Itaque albo primum prædicamentum cum triangulari conuenit. Eſt enim vtrunque qualitas: cæterum generis ſunt diuerſi, hoc figurarum, illud colorum. Alia iam ſpecie differunt, cum non differant genere: vt album & flauum. Genere ſunt enim eadem, nam colores ſunt: ſed ſpeciei habent quandam differentiam. Nam ſpecies coloris, vt nigrum, rubeum, cæruleum: ita album, & flauum ſunt. Iam alia differunt indiuiduo, & vno numero: verbi gratia, album quod oſtendi poteſt ab hoc albo, quod poteſt oſtendi, peculiari quadam diſtat differentia: ſed eidem ſpeciei tamen ſubditum eſt albo. Et idem eorum etiam genus color eſt, atque commune prædicamentum qualitas. Adeo quodlibet à quouis, alterum ab altero prorſus aliquatenus differt. Quando igitur differentia à differendo eſt appellata & inuenta: differre autem tum indiuidua, tum ſpecies, tum genera inueniuntur ſubalterna, & ſemel omnia, quæ aliquo modo ſunt: etiam differentia oportet in omnibus ſit, quæ ſunt: non item qualitas. Male ergo prima genera Archigenes differentiarum pulſuum vocauit qualitates. Nos recte atque ordine cum hæc, tum alia omnia differẽtias. Quare etiam vniuerſo operi titulum fecimus de Pulſuum differentijs. Quid iam ſupereſt, quod produximus? nihil, niſi vt verum Medicorum aliorúmque authorum vſum nominis differentiæ declaremus. Nam ſuperior quidem oratio ipſius teſtimonio Archigenis fidem fecit, neque ex omnibus tamen eius libris, ne ex illo quidem de Pulſibus toto. Quòd ſi alia opera inſpicias Archigenis, etiam febrium differentias reperias hominem appellare, & morborum victuúmque: atque vti millies in his, quas memorauimus rebus, nomine differẽtiæ. Quòd ſi aliorum Medicorum vſum, & omnino Græcorum aſſcribam, res mihi tam fore videtur prolixa, vt libros conficere maximos poſſit. Omnium ergo primum ſit, vt quiſque excerpat. Nam ſe ſtatim Authorum vocabulis aſſuefecerit, minúſque nobis exhibuerit negotij ad inſequentem diſputationem. Etiam duæ cuilibet ad manum ſunt lucubrationes noſtræ, & de Atticis nominibus, & de Medicis. Poteſt fieri, vt de Ionicis quoq; conſcribam aliquando: vt, quæ de dictione & omnino de nominibus quæruntur, diſcas ex illis. Nunc ſeriem orationis perſequamur, atq; hunc librum quidem hic finiamus. In ſequentibus libris addamus reliqua.

Differũt nõnulla ſpecie.

Differũt indiuiduo alia.

Omnia, quæ ſunt, aliquatenus iter ſe differunt.

De pulſuum differentijs hoc opus inſcriptum.

Galeni de Atticis nominibus & Medicis duæ lucubrationes.

LIBRI SECVNDI GALENI DE DIFFERENTIIS PVLSVVM, FINIS.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 53 sur 282

©BIU Santé

GALENI DE PVLSVVM DIFFERENTIIS LIBER TERTIVS. HERMANNO CRVSERIO CAMPENSI INTERPRETE.

CONtentio nobis de rebus, cuipiam neceſſaria fortaſſe videatur eſſe, alij iuſta eſſe, alicui etiam condonanda. Nam vt ait Poëta Tragicus.

» Si amor ſapientiæ atque honeſti ſingulis
» Iuxtà placeret, nulla foret mortalibus
» Contentio ambigua.

Nunc quia non videtur omnibus idem, neque honeſtum, neque ſapiens eſſe, neque etiam verum, neceſſario exiſtit ſcilicet contentio. Vt verò Philoſophus
» dixit. Etenim ſi vel maxime ſint, inquit, definita, non tamen ſcio: ſed eſt in om-
» nibus opinio. Ex opinione hac par eſt naſci controuerſiam, vt ſentiunt illi, qui
Cõtrouerſia ex opinione naſcitur. ſcientiam firmam eſſe & congruentem ducunt, ſed non facile inueniri: qui eam non aſſequitur, huic eſt habenda venia. At de nominibus pugnare, nec vllum hic modum facere, & multum elaborare, ſolidóſque implere libros maximos hiſce præſtigijs, nec neceſſe eſſe, nec par, nec venia dignum mihi videtur. Nam rerum cum ſit ea obſcuritas, vt, ſi vel in triplum hæc vita noſtra prorogetur, ne tunc quidem exacte nos omnia cognoſcamus, & hac adductus re
» dixerit Hippocrates. Vita breuis, ars longa. Quomodo, qui in his, quæ ab re
» ſunt, tempus ſuum ponit, importunitatis propulſabit vitium? quaſi verò tam
ei multum ſuperet temporis, vt & hunc ei liceat cumulum addiſcere, & neceſſaria per otium indagare. Quid hoc? nónne faciunt, qui eiuſcemodi conſcribunt, vt Archigenes in libro de vehemente pulſu? Eſt vero prolixa oratio, nec conuenit omnem hic aſſcribere. Nihilo minus qui eam requirit, ex opere de Pulſibus legat. Nam quartum eſt à principio caput, quod orditur
» in hunc modum. Vehementiam pulſus non eſſe in ſimplicibus qualitatibus
» confirmat Magnus. Proinde quaſi hoc de vehementia caput legeris, quæ ſentio, aggrediar dicere. Miror enim non hoc modo, quòd de nomine certat. Nam hoc quidem delictum pleriſque propè non Medicis tantum, ſed Philoſophis iam ſolenne eſt: verum quòd ne id ipſum quidem percipiat, ſibi de nominibus eſſe litem. Quapropter cum arbitretur, puto, de re diſputare, extẽdit orationem, quæ præter alia abſurda etiam ſcripta obſcure librum alium quærit, neq; eum paruum, qui ipſam exponat: vt perpetuo hæreamus ſcilicet de aſini vmbra ambigẽtes, neq; tantũ in Dialectica nobis ſit profectũ, vt quę de nominibus perſpiciamus, quę de ipſa ſit re quæſtio. Siquidẽ, vbi pulſus aliquis ſit violẽto occurſu, vt impellat tactũ & euertat, ſi, qua ipſum ratione dignoſcas, quæris, & præterea cauſſas, à quibus proficiſcitur, & quid denũtiare is pulſus ſolet,

©BIU Santé

de re tum commentaris. Sin autem,quo ſit appellandus nomine,de nomine. Quò igitur intelligamus,de nominibus laborare,operam eſſe ludere:ipſas verò res conſiderare,artes augere, vocemus illum pulſum Dionem, inde dicamus,quemadmodum exacte dignoſcatur, hoc eſt, ſi comprimamus arteriam, non leuiter attingamus. Deinde robore fieri vitalis facultatis,vt in commentarijs docemus de cauſſis pulſuum. Poſtea ſignum in morbis ſalubre eſſe, & alia quædam,etiam quas iudicationes ſolet promittere. Nam quando in quatuor parteis ſit omnis diſtributa de Pulſibus commentatio:in partem de differẽtijs eorum, de cognoſcẽdis ijs, de cauſſis, & quartam de Præſagatione per eos:vt pulſum valenter pulſantem,appellemus Dionem,illorum nihil labefactatur. Siquidem quatenus ab alijs diſtat,perſpeximus,ſiue Theon,ſiue Dion, ſiue quid aliud vocetur: & quomodo dignoſcetur, & à qua gignitur cauſſa, ac quid ſignificat.Diſputet iam licet in Magnũ Archigenes contaminantem & eum fortaſſe conſuetudinem Græcorum in nomine, at tantum certè intelligentem,controuerſiam fere cum veteribus ſibi de nomine eſſe.Nam quæ » ſunt Magni verba? Debent igitur magnitudinem pulſus inſignem habere, » & plenitudinem, velocitérque digitis occurrere, ſi proprie vocare vehemen» tem pulſum velis.Probe igitur hoc nouit Magnus, non ſibi de re,ſed de proprio vel non proprio nomine concertationem cum Medicis eſſe. Apertiſſime hoc etiam inferius declarat. Nam Demetrium vult, cui libros hos de inuentis poſt Themizonis memoriam dicauit,ſimul etiam hoc cõſiderare.nempe qui,cum Philoſophus etiam eſſet,& quod proprium nomen eſſet, & quod ſecus, exactius teneret. Atque eius hæc ſunt verba. Nihil enim cauſſæ eſt, » quin ipſa verba aſſcribamus Magni.Qua ratione ergo recte in ſimplicibus dif « » ferentijs hunc ſtatuit, tu mihi expedi. Nam ad te pertinet magis proprieta« » tem verborum iudicare, & ex nominibus conijcere ſignificatorum ſubſtana« » tiam. Poſtea clarius etiam facit hiſce verbis. Equidem de mea ſententia ha« » ctenus non diſcedo.Tantum dico vehementiæ nomen ſignificare non ſimpli« » cem differentiam pulſuum,ſed moderatum ex magnitudine,& celeritate;at« » que plenitudine.Proinde hoc etiam loco de nominis ſignificatione diſceptare ſe agnoſcit. Omnino ſane, ſi omnem diſputationem euoluere voles, quam in ſecundo libro Inuentorum poſt Themizonis memoriam tradidit, ſentire animaduertas ipſum de nomine quæri.Fortaſſe cuipiam ergo veniet in mentem deſignationem mirari Magni. Etenim non mutatas oportebat nominum ſignificationes, ſiue recte ijs, ſiue ſecus priſci Medici ſunt abuſi. Nam meditationem indagare, quæ ad artis opera intereſt, non ſolum Magno eſt vertendum in vitium,ſed nec cuiquam,qui facultatem eam habet:ſiue hodie ſit is,ſiue à ſexcentis annis naſcetur. Verum de nominibus pugnare, quibus tantarum rerum eſt propoſita commentatio, alienum eſt.Sed ſi hæc mireris ac reprehendas, facis tu quidem probe, cæterum inſtitutum te videtur iſtorum hominum fugere. Nam his omnibus ſatis ſunt, qui Pneumatici vocantur,Stoicæ ſententiæ. Proinde vt Chryſippus eos de nominibus contendere, quorum in Philoſophia vſus eſt, aſſuefecit, nec in Medicis ipſi nominibus hæc dubitant facere. Iam Zeno verò Citienſis prius etiam nouare ſuſtinuit, & præterire Græcorum vſum nominum. Quare nihil habet admirationis, ſi

Certare de nomine eſt operã ludere

Magnus itel ſigit de vocabulis ſe certare.

Significationes nominũ à veteribus inſtitutæ nõ mutandæ.

Pneumatici.

Zeno Citienſis.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 55 sur 282

©BIU Santé

eò deuenerunt cõtentionis de eis proximi Philoſophi & Medici,ſed quid habes,quòd de ijs mireris:niſi q̃ ne de nominibus ſe quidem animaduertunt digladiari? Quemadmodum nec Archigenes,alioqui prudens,noluit,cum hoc ipſum oſtendiſſet in nomine vehemẽtiæ Magnum nouo exemplo vti,tum accedere deniq; ad vtiliora:ſed ſurſum atq; deorſum id loci verſatur,cum in alijs offendens,tum quòd ipſa verba non ſemper Magni profert:quæ cum ſua ſint ſcriptura multo apertiora,immutat. Iam verò aliud maius crimen hac de nominibus curioſitate committũt propè,qui ſecũdum Herophilum de Pulſibus ſcripſerunt,omnes. Nam cum debuiſſent,vti paulo ante nos diuiſimus,& ipſi item diuidere, tum ſeorſum de pulſuum differentijs, ſeorſum de dignoſcẽdis ijs,ſeparatim etiam de eorũ cauſſis,ſeparatim iam de præſagitione per eos docere:omnia ſimul(mirum)confundunt atq; conturbant,ac partim eorum ſemel omiſerunt, partim leuiter attigerunt, nonnulla ab re & præter modum extenderunt: alia temere coëgerunt, vt ſi vnum ſint, in vnum, cum multum interſit inter illa. Atq; hoc ipſo in capite de vehementia Archigenes,vbi ſcribit, ſi per ſe æſtimetur, manifeſte apparere ſua ſponte vehementiam contentionem eſſe, vt dixi, arteriarum motus: cum cauſſam explicauit vehementiæ, ipſam putat ſe aperuiſſe vehementiam. Nam quidem ſi hoc Archigenes eſt vehementia,da mihi eius cauſſam. At non poteris,aut eandem iterum dicere cogeris cõtentionem,erítque contentio tibi motus arteriarum ſimul & cauſſa vehementiæ,& ipſa vehementia. Ita multo ſcripſerunt rectius, qui anteceſſerunt Archigenem,de pulſibus. quorum aliqui reniſum, alij violentiam, alij robur, nonnulli impulſum occurſus arteriarum vocitarunt vehementiam.

Vehementia quid ſit ſecũdũ Archigenem.

» Nec hoc quidem ipſum latet Archigenem. Nam quid ait. Sunt quibus in tactus ictu videtur poſita eſſe. Vnde & ictum quidam arteriæ illam appellant. Mox haud ſcio quomodo putat illorum ſe ſententiam premere:vbi ſic ſcribit. » Apparet verò per totam diſtẽtionẽ firmitas impetus.ex qua,ſi obijciamus digitos,etiam firmior occurrit ictus. qui,non ad finem diſtentionis,ſed etiam ante » eum fit. Hæc eius ſunt verba. Iam attendendum eſt, nihil eum efficere contradicendo. Nam quid ad rem facit,ſi etiam ante finem diſtentionis qualitas ictus fiat manifeſta, nequaquam ictum arteriæ eſſe vehementiam. Nam hoc ſi illi ante Archigenem dixiſſent, vehementiam non eſſe renitentem ictum, qui in fine diſtentionis fit, recte contradiceret, ac ipſe ſubijceret, iam ante finem etiam apparere occurſus violentiam. Sed quandoquidem dixerunt abſolute, renitentem ictum eſſe vehementiam: ſtultum ſit iam ante etiam finem diſtentionis animaduerti talem, demonſtrare. Verum demus hoc, quod contendit Archigenes,contentionem & robur eſſe quoddam vehemẽtiam,ſed vim ictus non eſſe vehementiam, rogemus eum, quæ ſit cauſſa vehementiæ pulſuum.

Non idem eſt vehementia & vehementiæ cauſſa.

Neq; enim idem vehementia eſt & vehementię cauſſa. Nam illa quidem aperta eſt,& omnis Medicus in ægroto quærit. Et verò quãtumlibet imperitus,ſtatim pulſum cognoſcit vel vehemẽtẽ,vel languidum eſſe,cauſſa non perſpicitur ſtatim tamẽ. Vnde fit,vt de ea nihil cõueniat. Siquidẽ Herophilus vitalis facultatis robur arteriæ affirmat cauſſam vehemẽtis pulſus eſſe. Athenæus vitalis cõtentionis vim. Aſclepiades vtrũq; deridet,& contẽtiones & virtutes, eáq; dicit omnia eſſe inania nomina:at cauſſam vehementiæ ad copiam refert &

De cauſſa vehemẽtis pulſus diſſenſio.

©BIU Santé

ſubtilitatem ſpiritus,vt etiam Eraſiſtratus ſcilicet.Nam nec hic quicquam tunicis ipſis arteriarum tenſiuæ virtutis aſſignat: ſed cum ſpiritū valenter cor exprimat,huius per arterias tranſitu reniſum ait in ictu gigni. Sed quò hæc afferimus?cum Magnus,qui ſe quoque eſſe Pneumaticæ ſectæ fingit,aliter dicat ac Archigenes,ictus fieri vim.Verum ea diſſentio non eſt huius loci.Tãtum referamus tamen ad rem præſentẽ,robur ictus in tactus impulſu,repulſu,ſubuerſionéq; poſitũ eſſe,omnibus eſt in profeſſo.At à qua cauſſa fiat,controuerſum eſt.Ridiculum verò eſt,vbi diſceptatur,quid ſit nam quiſpiã pulſus,non hoc docere:ſed à quo fiat tradere.Nam quid ſit clarum oportet eſſe, à quo gignatur,ratione inueſtigare.Planum eſt ergo,nec quid inter pulſum vehementem interſit & cauſſam,quæ ipſum coſtituit,probe Archigenem tenere.Quapropter in contẽtione motus arteriarum, vehementiam ſtatuit:cũ hanc cauſſam debuiſſet vehementiæ dicere eſſe,& illam in ictus qualitate poſitam eſſe,ac violentum quendam eſſe & renitentem occurſum. Nam quòd confundat res,nec quicquam diſtincte doceat,ex illis,quæ infert,cernas,cum » pulſus inſtituiſſet definire.Nam quid ait? Vehemens ergo pulſus eſt,qui ma » iorem contentionem habet motus, & ſtridulus eſt.Languidus,qui remiſſam » habet contentionem,nec incitatum ictum.Neq; enim dixit ſimpliciter, vehemens ergo pulſus eſt,qui maiorem contentionem habet motus, ſed addidit, & ſtridulus eſt.quod mediuſſidius non intelligo quid ſignificet.Nam poëticum eſt nomen ſtridor,non ciuile,neq; etiam vulgare eſt: nec quid denotat, oſtendit.Verum grãmaticis ſi habenda fides eſt,enarrantibus,quod eſt apud poëtam de Cyclope.

Ad montem cogit pingues ſtridore bidentes.

celeritatem motus ſtridor ſignificat.At nõ hoc ſanè Archigenes ipſe voluit, quando in Magnum diſputat. niſi oratorẽ agit:frequenter reprehendit,quæ nõ intelligit.Sed mihi quidẽ non fit veriſimile.Quid tandem igitur eſt,quod ſignificare vult ſtridor,niſi celeritatem:num vim ictus? Atqui ita duorũ rurſus fecerit definitionem, cauſſæ efficientis & effectus,ac maior erit hæſitatio: vtrunq; ne horum eſſe velit vehementem pulſum,tum contentionis magnitudinẽ,tum vim ictus:an ſimul ambo. Nam ſiue vtrũque,ſiue ſimul ambo,nõ recte.quòd nequeat,vt oſtẽſum eſt,cauſſa eadem eſſe cum ſuo effectu.Sed enim quòd dicit maiorem contentionem motus habere vehementem pulſum,obſcurum eſt.Nam quid vel hic dicat, equidem non aſſequor:vtrum à maiore contentione & robore vehementem pulſum fieri,an maiorem contentionem eſſe vehementem pulſum. Nam priore ſignificatione, non quid ſit vehemẽs pulſus,cæterum à quo fiat,explicatum ſit.Altera rem obſcuram & cõtrouerſam inter ſectas docet. Vehementem verò pulſum oportet, ſi quid aliud, eſſe de rebus ſenſibilibus.Atqui contentio nõ eſt ſenſibilis,aut omnino apud omnis ſit teſtata: quando ſunt,qui ſe, à nomine contẽtionis quid ſignificetur,cũ intelligant pulſum vehementem ſentiántq;,planè affirment non aſſequi.Quidam nomen agnoſcunt, ſed negant eſſe.Adeo non idem eſt contentio motus & vehemens pulſus. Siquidem hic ſenſu percipitur.illa non modo ſenſus latet,ſed ambigua eſt & prorſus obſcura.Quid ergo,quod de vehementi pulſu docuit, & obſcurum eſt, & omnibus ſignificationibus falſum:de eius cõtra-

Vehementis pulſus & languidi definitio ſecũdum Archigenẽ.

Stridor.

Cauſſa nõ eſt eadem cum effectu.

Vehemẽs pulſus ſenſibilis eſt.

Cõtentio obſcura eſt.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 57 sur 282

©BIU Santé

rio quod ſcribit languido,apertiúſne eſt atque verius? Poteſt enim,vt oppoſitio aliqua ſuperiorum nobis ſenſum aperiat.Cedo ergo eius verba. Languidus eſt,qui remiſſam habet contentionem,nec incitatum ictum. Hic manifeſte quidem magnæ contentioni remiſſam oppoſuit.Par erat verò nõ hanc,ſed paruam opponere,aut male in vehemente magnam dixit.Præterea ſtridulo, non incitatum ictum.Iam ſi,quidnam non incitatum ſit,caperem,fortaſſis ſtridulum intelligam:nunc ſtridulo hoc ipſum multo obſcurius eſt.Itaq; neutrũ interpretatur alterum.An enim pro tardo accipiendum ſit non incitatum,an pro imbecillo,an molli,an facile ſubuerſo,an diſſoluto,quid conijciam nõ habeo.vnum quidem certe mihi quiddam profectum hoc modo arbitror,qualitatem etiam illum ictus ad notionem vehemẽtiæ aſſumere: tametſi à primo, cum refelleret Magnum, ſolam contentionem dixit arteriarum motus. Hic autem etiam nõ incitatum dixit ictum. Atqui cum illis paulo ante pugnabat, qui in tactus plaga eum ponunt.Equidem hæc omnia attoniti eſſe,nihilq; certi,quod diceret,habentis duco.Tu ſi quidem ſentis aliter,at proxima non dubito,ſi non ipſe ſanè ſophiſta es etiam,ſed Medicorũ operum ſtudioſus,quin meras nugas dicas. Porrò caput hoc Archigenis huiuſcemodi eſt. In vehemẽtia autem eiuſcemodi inuenias præterea alias differentias. Remiſſus occurrit ictus,& leuis:quem obtuſum pulſum nunc nonnulli vocitarunt.Alius grauis ille quidem,cæterum remiſſus: hũc in differentias languidi pulſus referas.Quidam non remiſſus quidẽ,ſed quaſi impeditus,& intro vergente prędito grauitate,repreſſus, & demerſus:differẽtia erit vehementiæ pulſus. Atque in vehementi quidam fuerit ictus cõnitens, humidius impellens tactum, qui maxime à cibo recente efficitur.Alius eſt,qui ægrius pungitur,veluti motore obnixo. Et qui in affectibus quibuſdam & in carnis ſuperfluitatibus apparet.Hæc per deos vtrum miracula dices,an deliramenta?Vitã quidem pro artis prolixitate breuem, hic ſcilicet non breuem facit, ſed planè corrumpit: qui tanto oneret eam aceruo falſæ meditationis.Vnde nobis ergo rurſum hi adſunt pulſus grauis & leuis?Quin hãc initio prodidit differentiam, cum diceret octo pulſuum qualitates eſſe?Nam vt magnitudinem,celeritatem,vehementiam,& reliqua:quò minus grauitatem quoque adiungeret, quid cauſſæ erat?Vnde hęc denuo noua tragœdia?Grauis pulſus qui eſt?quot ponderum? Archigenes explica nobis. Quod ni facias,nomina tantum ſcripſeris,rem dixeris nullam.Eſt quidam vehemens pulſus,vt illi tradiderunt, qui mõſtra nõ prodiderunt,in ictu renitens.Cognoſcas,ſi premas arteriam,non leniter palpes.Cauſſam alius aliã facit,aliam etiã vos.Pneumatici vim contentionis. De grauitate mihi itidem expedi,naturam,rationem dignoſcendi eius, cauſſam. Nam ridiculoſiſſimus ſis,cum qui vehemẽs pulſus ſit,qui celer, qui magnus, exponas &definias:quos etiã citrà definitiones intelligamus,niſi ſemel ſimus Græcæ linguæ rudes:grauis verò hic pulſus qui ſit,quem nouum inducis nobis,non exponas:ſed ſi nomen ſcripſeris tantum,arbitreris aliquid conſecuturũ te.Enimuero non eſt hoc dicere,ſed blaterare.Si igitur vis,vt dixit Comicus,eſſe Garrire doctus,verum ineptus dicere:alia erit ratio. Quòd ſi non garrire velis,ſed dicere aliquid ac docere,quonam ſenſu,quáq; ratione in notitiam veniemus grauis huius pulſus,demonſtres fac nobis. Equidem certè

Incitatus ictus.

Obtuſus pulſus.

Grauis pulſus & leuis.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 58 sur 282

©BIU Santé

ne lapidis quidem valeo grauitatem vel ligni cognoſcere,niſi manibus ſuſtollam,vel humeris imponam,vel appendam collo. Num igitur etiam manibus noſtris arteria eſt ægroti libranda,aut attollenda vt cognoſcamus ita demum pulſuum grauitatẽ,aut quid imperas Archigenes?His quidam ab illius ſchola ſenex nonagenarius:Heus tu,reſpõdit,remiſſus & ſegnis & tardus & cunctans pulſus erit.Rurſus hic requiſiuimus. Quem tu nã remiſſum pater appellas?tardúmne,an rarum?Nam non aſſequimur.Qui poſtquam aliquantiſper conticuiſſet,tardum reſpondit.Sanè quidem de ſegni,inquam,te non rogarim,quem planè etiam dices tardum eſſe.Imò etiam cunctans,inquã,tardus mea ſententia eſt. Hinc ſenex cũ ex omnibus his quatuor nominibus rẽ declarari vnam animaduertiſſet,tarditatem pulſus,ſtomachari cœpit,rixaríque. Atque primum quem cunctantem appellaſſet pulſum,non in tarditate motus dixit,ſed in quietis longitudine eſſe poſitum.Nam cunctari eſſe,incipere tardare.Deinde remiſſum & ſegnem veluti imbecillum eſſe.Nam remitti, fatiſcere,& imbecillum eſſe atq; debilem,idem denotare.Tum illi ſubieci. Nil laboro.Etenim ſi iterum ac tertio eandem rem enarrare voles,dabimus tibi. veritatem nos indagamus, non litigamus contentioſe.Age cunctantem, inquam,de quietis magnitudine accipiamus,& remiſſum ſegnémque de imbecillitate.Proinde grauem pulſum memineris te remiſſum confirmaſſe eſſe & ſegnem & tardum & cunctantem.Cúmque de ſignificationibus explicatius cuperem diſcere,primo planè præter vnum tardum nihil demonſtrabat.Nũc autẽ remiſſum & ſegnem dicimus quaſi imbecillum eſſe:cunctantẽ de quietis longitudine accipi,tardũ,tardum adhuc manere. Quare hoc quoq; mihi denuo reſponde,an rarum eſſe languidum dicas.Verum,inquit.Quid autem diu quieſcentem,nónne hunc etiam dices rarum?Innuit.Igitur ex confeſſis, inquam,efficitur grauem pulſum languidũ pulſum ſimul & tardum eſſe rarúmque.Cõticuit ad hæc ſenex ſanè cum magna grauitate. Verum ſi hoc,inquam,ſic habet,non erit qualitas diſtincta ab ijs, quas omnes in ore habent, illa grauitatis:ſed nomen concurſui trium qualitatum attributum.Quandoquidem ſimul lãguidum & tardum atque rarum eſſe dicimus grauem. Quid dicas,inquit,non intelligo,& rixas concitas inanes, ſimúlque cũ dicto diſceſſit,oculíſq; nos acerbis intuitus eſt,ac ſtomachi plenis. At paucis diebus apud ægrotum quendam cum hoc ipſo præſente ſene, tum alijs multis magni nominis Medicis, cum de ſymptomatibus, quæ tenerent ægrotum, omnes attoniti eſſent,ventris fluxum prædiximus.Mox illi,vnde id prædiceremus,requirebant.quibus reſpondimus.Vellus ad fullonem nemo portauit.Innuentes ijs multũ abeſſe ipſos,vt hoc intelligerent, qui ne leuiſſima quidem ſcirẽt. Paucis poſt diebus de ſiniſtra nare præſagiuimus ſanguinis profluuiũ,deinde etiam parotidas,poſtea alia atq; alia tum prædiximus,tum curauimus, quorũ illi erant imperiti:vbi cum illi inſtarent,vt ex qua re eas cõmentationes prænuntiatis & obitis,aperirem: perpetuo ſilui, nec quicquam illis reſponſi dedi:ſed vobis ipſis dixi Comici illud.

Proverbium

» Vt ligna tortuoſa nunquam corrigas,
» Virides nec arbor vetus,aliò ſi tranſferas,
» Produxerit ſtolones.

©BIU Santé

Citius enim Moysi assecle & CHRISTI decedant de sua disciplina, quàm qui sectis sunt addicti & consecrati, Medici & Philosophi. Itaq; tandé ego cognoui magnas me & importunas ineptias lucrari, de re nihili cum illis disputando. Egóque in eo sum & ero. Et hos libros cum certo sciam, nisi vni forte aut alteri, qui singulari ingenio sit, doctrináq; vtatur & meditatione, & præ his omnibus insania liber sit illa circa sectas, nemini propemodum fore vsui: attamen scribo, simul nec indocte ludens, & præsidio obliuiosæ senectuti, vt dixit Plato, commentarios mihi ipse comparans: simul familiarium etiam quorundam precibus gerens morem. At de insigni imperitia atque etiam cõtentione hactenus est satis. Iam ad institutum redeamus, ac ostendamus illis, qui id valét assequi, nomen tantum esse grauem pulsum, rem verò nullam. Nam si, vt ex Archigenijs nostra memoria sapientissimus, cum ad eum exponendum compelleretur, sumebat: languidus erit & tardus & rarus. Quem si pulsum ostendere dicant à repletione naturam onerari, atque eò hunc esse appellandum grauem pulsum, eadem opera non grauem modo, sed & crudum vocent, & frigidum: vt qui nõ secus atque repletionem, cruditatem humorum possit & frigiditatem arguere. Itidem certe bilioſum quoque & pituitoſum pulsum nõ dubitabimus appellare. si semel apud nos sit receptum, caussarũ illos efficientium ad eos esse nomina transferenda. Quare quod semper testor, quia apud illos non distinctum est, peculiariter de differentijs pulsuũ opus, separatim de dignoscendis ijs, priuatim de eorum caussis, priuatim etiam de præsagatione: eò in has ineptias impelluntur. Ac Archigenes quidem in primo omnium genere pulsuum magnitudine, de caussis eos efficientibus, vel præsagatione per eos verbum nullum fecit: sed differentias docuit huius generis pulsuum, nomẽque earum cuiusque tradidit: Pauca quidem nonnullis locis de dignoscendo inferens. sed ne id quidem sciens, vt inferius demonstrabimus. At verò de secundo genere vbi agit vehementia, treis simul tractatus cõfundit, non tantum de differentia & dignoscendo, sed & de caussis eorum efficientibus differens. Vbi de plenitudine, confusior est etiam. Deinde quãdo de rhythmo tractat, pauculum asperſit dignoscendi meditationis, in prima fere perstitit. In solo verò tractatu de ordine & perturbatione ordinis, æqualitate & inæqualitate, primam partem de pulsibus cõmẽtationis seruare synceram potuit, nec dignoscendi rationẽ hic, nec præsagationem ex ijs, imò nec caussas attigit. At quo loco de graui & leui (vt vocat) narrat, inter alia, etiam id mirifice scripsit ad hunc modum: quem obtusum pulsum nunc nõnulli vocitarunt. Qui quæso erat dicendum, in qua illi nam nati Scythia? vt cognoscant nomen obtusum vltra languidum nihil significare. Græci ἀμαυρὸν illud, hoc ἀμυδρὸν appellãt. Ambo enim eidem rei tribuunt Græci: sed apud eos τὸ ἀμυδρὸν est frequentius. Ita duobus his pulsibus graui & leui Archigenis muneribus tantum est profectum, vt prolati temere sint: & nullum habeant, quo dignoscantur, vestigium. Qui consequuntur, longe adhuc absurdius conflati sunt. Nam quæ sit differentia Pulsuum, quæ grauitatem obtineat intro vergentem, me sanè præterit. Quæ me res de integro coẽgit ex illius discipulis quærere, quodnam sit ænigma. Qui cum intricatius & absurdius responderent ipso authore, animaduerti planè, esse homines, qui quæ non intelligunt, suspiciant. quo Ar-

Senectus obliuiosa.

Grauis pulsus nihil nisi nomen tãtum est.

©BIU Santé

chigenes cognito,mihi videtur de induſtria ſcripta ſua obſcurare multis locis. Equidem quoties vergentis intro grauitatis mihi in mentẽ venit, nõ poſſum me à riſu abſtinere. Apertum eſt enim aliam,quę foras vergit,grauitatem eſſe. Atque hæc cuti ſcilicet hominis grauis eſt,altera oſſibus. Alioqui quomodo vna foras,altera diceretur intro vergere. Quid iam impeditam & repreſſam, & ſubmerſam appellare pulſus aliquam differentiam,nónne interpretes etiã deſiderat? Quænam impedita eſt? Sanè quæ tardius,ac par eſt, mouetur, impedita eſt: & quæ rarior iuſto eſt,tũ quæ intermittit,& quæ deficit: Præterea omnis inæqualis & inordinata,arhythma etiam,adhæc iuſto minor,atque languidior,omnino hæc ſcilicet in impeditis ſunt. Nam impediri quidem cauſſam potius,quàm differentiam pulſus denuntiat. Repreſſa verò vtrum ipſa quoq; languida eſt,an parua: aut quid tandem à demerſa vult differre? Si quidem demerſam dixeris paruam aliquam eſſe. At enim tardi prorſus nos fortaſſe ſumus: Archigenes,qua eſt prudentia,tantum non ipſe Mercurius. Ergo eum par erat,vt,quaſi deus ſit,homines doceret,operam dare: non vt nomina tantũ conſcriberet,ſed,quod in clarioribus fecit,& indicia quibus dignoſcamus,aſſcriberet. Verum ſi omnino ſtuduiſſet apertis indicijs eos diſcernere, nõ tam inania verba fudiſſet imprudens. quaſi verò non poſſimus nos item alios verbotenus plures fingere: & iure quidem,primum ſubuolantem pulſum. Nam qui illi magis demerſum licebit dicere,quàm ſubuolantẽ nobis? & hercle natantem alium. Iam glutinoſum etiam quendam, & friabilem dicam. præterea nigrum,ſplendidum,purum,turbidum,difficilem, hilarem. Quinetiam βλιτυριζόμενον pulſum dixero,& σκινδαλῳζόμενον, ſi nomina tantum requirũtur. Sed enim τὸ βλίτυρι aiunt,& τὸ σκινδαλῳὸς planè nihil ſignificant, Archigenis clara ſunt nomina. Quid tu bone vir dedita opera nugaris? Etenim τὸ βλίτυρι pulſationem quandam ſignificat,& τὸ σκινδαλῳὸς non tantum ſerui,ſed etiam inſtrumenti cuiuſdam eſt nomen. Sed quid (dices,ni fallor) hęc ad pulſus? Quid verò,quæ tu profers nomina,ad illos faciunt,cum illa,quæ paulo ante recenſui, tum præruptus,ſtridens,humidus apparẽs,ſopitus,ὁ βομβῶν, ὁ ἐκτεθαμβημένος, ὁ ἀναλυθὶς, ὁ ἀτενὶς, ὁ ἀσθενὶς, ὁ ἀποπεπηγὼς, ὁ διαπεφυσημένος, ὁ διηγκωνισμένος, ὁ ἐγκαλυπτόμενος, ὁ ἐξώσης, ὁ ἐμβριθὶς, ὁ ἐγκρέκων, ὁ νότυλος, ὁ κατανενευγμένος, ὁ διανενευγμένος, ὁ λαγαρίζων, ὁ ὑποκλεπτόμενος, ὁ ῥακώδης, ὁ σισοβημένος, & qui tetrice recedit,& qui arteria cũ tractu occurrente, atq; id genus nominũ immenſus numerus: quæ ſeparatim & ſola aliquid ſignificant: ſed cũ pulſibus nihil ipſis cõuenit: ſicut nec quod dicitur humidius impellere quendam pulſum. Nam hoc rurſus loco Archigenes à pulſuum doctrina deflectit, cum humiditatis meminit, rei illius quidem ad præſagiendum conducentis, at nõ ex pulſuum commentatione. Miſcuit ergo cum cõnitente eam, quem ille vocat, ictu, qui à vehemente pulſu nihil diſtat, ac differentiam quandam ſe hanc fingit aliam docere, cum non alia ſit, cæterum vehemens pulſus cum humiditate. Deinde ignaro ſpeculationis huius imponit, quaſi mirificum quid ſit, quod aſſcripſit, qui à cibo potiſſimum recente efficitur. Nam connitens ictus, inquit, cum humiditate ab humidiore cibo potiſſimum recente fit: hic ſubeſt aliqua Archigenes ratio, dicíſq; verũ: indiſtincte tamen & cõfuſe, itaq; obſcure. Nam ſic erat dicendum: ex cibis recẽter mactatis, vehemẽs generatur pulſus cum humiditate. Atqui hunc quem alium, ac vehemẽtem pulſum dicas, &

Impeditus pulſus.

Repreſſus pulſus.

βλίτυρι. σκινδαλῳὸς.

Connitens ictus.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 61 sur 282

©BIU Santé

aliud quiddam, quod omnino pulſus non eſt. Iam etiam importunè hoc loco tractat de commentatione, quæ tractatui communis eſt de pulſuum cauſſis & de præſagatione per eos. Sanè præſtabat illic retuliſſe, à cibo qui fiat pulſus. nóſque Archigenes dicimus, non ſic, vt nunc tu negligenter, ſed adhibitis proprijs diſtinctionibus. Neque enim omnino fit à cibo quidem omni vehemens cum humiditate pulſus: ſed modico quantitate, & qualitate humido. Nam copioſior cibus non vehementem pulſum, ſed inæqualem ex languidis & vehementibus mediiſque: neque humidum efficit ſiccus. Proinde humiditate alimenti cum humidior aliquando euaſerit cutis: Neque enim eo ſemper, ſed ineſt aliqua diſcretio. etiam moderatum quantitate cum cibum excipiat vehementia, humiditatem præſtat nequaquam appellare, quæ per ſe quidem pulſus nunquam immutat: ſed mentione cibi moderati facta vehementem dicere ex eo pulſum oriri. At hoc, etſi verum ſit, tamen præcipue ad commentationem pertinet pulſuum cauſſarum, deinde ad præſagia. Sed de his non inſtitueras agere. Quòd ſi confuſe datur facultas ſimul & intempeſtiue ſcribendi, non tantum à recente cibo ſcito eum pulſum, ſed & à balneis interdum, & ab exercitationibus, iráque generari. Eſt enim, cum ex his generetur. Atq; quomodo generatur, & qua ratione, ſi expoſuiſſe tantum habeamus ſatis, nihil ad docendum nobis profectum eſt. Sin diſtincte explicemus, receſſerimus ab inſtituta lucubratione. Quare inanes iſtas nugas mittamus. At ſi quam nobis aliam potes differentiam pulſuum, ac ſcimus, tradere: trade. neq; tantum nomina profer, ſed ſignificationẽ etiam eorum, & totius modũ dignoſcẽdæ rei. Cæterũ rurſus, vt hæc omittamus, ijs mox adiungis τὸν δικγκωνισμένον pulſum, τὸν διεξωσμένον relinquens, & ἀποπεπαλεγμένον, & προβεβηκότα, & ἀποβεβηκότα, & λακτίζοντα, & γονατίζοντα, & γαρεῖζοντα. Nam quæ eſt iſta nomi num lex, quendam vocare δικγκωνισμένον, & præterire cæteros? Quin δικγκωνισμένον, inquit, quaſi indignantẽ pulſum vocamus. Iam male præteris quaſi triſtãtem, iraſcentẽ, & ſuccẽſentem. Extra iocum, inquit, nam validum ſic appellamus. Serio ago bone vir. tu verò, cum validus dicẽdus ſit, δικγκωνισμένον vis nos dicere. Nam validum ſi diceres, qui ſit hic validus, te rogem: & qua illum ratione dignoſcamus. Nempe vehemẽtem quidem, vbi, cum premimus arteriam, renititur: & contrarium illi languidum, cum obſcuratur prementibus nobis, dignoſcimus. Validi verò, ſi etiam explices rationem dignoſcendi, fructum tulerit aliquem tua doctrina. Si minus, etiam nomen hic modo, rem tradideris nullam. vbi magna vi, inquit, ſubuertat tactum & impellat. Atqui ſubuertebat & vehemens. At minus, inquit, quàm hic violenter. Ergo magnopere vehementem appellas validum hũc & δικγκωνισμένον pulſum? Scilicet, inquit, hoc ipſum. Igitur iam etiam magnopere velocem, faciundum eſt nobis, vt non velociſſimum, ſed aliud quid appellemus: & magnopere magnum, non maximum, ſed alio nomine, itáque reliquos. Quòd ſi illis hoc ſatis eſt, ſi velociſſimum dicant & maximum, tardiſſimum, rariſſimum, creberrimúmque: quin hic quoque ſufficiat vehementiſſimum dicere. Neque eſt ducendum, finitimam aliquam vehementiæ memorari aliam differentiam. Nam quocunque in genere fiant, non excluduntur acceſſiones genere. Neque enim admodum albũ, aliud ac album eſt: neque admodum nigrum, quicquam eſt

Humiditas cibi perſe pulſus non immutat.

δικγκωνισμένος.

Acceſſiones cuiuſcũq; rei ſunt eiuſdẽ cũ re generis

©BIU Santé

præter nigrum.Itaq; nec admodum vehemens aliud eſt atq; vehemens.Quare ſunt hæc omnia mera deliramẽta:quæ neceſſario conſequuntur, quòd iſti ordine non diſtinguant ac digerãt,nec notionem ſingulorum pulſuum,nec cauſſas,quæ eos efficiunt. Nanque quod ſæpe iam diximus, qui veritatẽ ſpectat,debet ab ipſis rebus ingreſſus,quot hæ ſunt & quæ explicare,deinde nomina ipſis ponere,mox de ijs dignoſcendis agere,ab his de cauſſis,poſtea de præſagatione:id quod nos fecimus.Atq; in hoc opere pulſuũ differentias perſecuti omneis ſumus.In opere de pulſibus dignoſcendis,quo pacto in quaq; harum applicatis digitis,exacte debeant ſentiri. Inde lucubrationẽ de cauſſis compoſuimus.Secundũ hanc de præſagatione.Sed hoc loco agimus de prima,quæ quid referat ad artem colendam,primo in libro explicauimus.Nunc ſummam faciamus de vehementia diſputationis.Pulſus eſt quidam,qui tactũ ſubuertit,id eſt,valde,& cum reniſu quodam pulſat.Hunc ſiue vehemẽtem, ſiue contentum,ſiue quicquid viſum eſt vocare, hoc conſtituto dignoſci ſcito eum,vbi plurimum digitos infigimus,non leniter palpamus.Cauſſa eius,facultatis robur pulſus efficientis.Proinde ſi de Medicis vocabulis primo omnis noſtra poteſtas ſit inſtituendis,contentum eum pulſum, non vehementẽ appellemus.Nunc quia à plurimis iam pridem vehemẽs eſt vocitatus,nomen nihil mutamus:tametſi vulgo nõ ſimus neſcij vehemẽtiæ nomen actioni ſemper tribui contentæ ſimul & citatæ.Si quidem luctæ vocantur vehemẽtes. Et hercle genus leonum appellant omnes vehemens,quoniã huius quoq; contentam actionem atque citatam conſpiciunt.Quam ob rem ſi mihi nomen ſit inſtituere liberum,ſimplicem pulſuum qualitatẽ renitentiũ & euertentiũ tactum,vim,vel robur,vel contentionem appellem,vel quid tale aliud.Quæ verò ex hac eſt & celeritate conflata, vocem vehementiam.Nunc verò quandoquidem vehementiæ nomen maxima pars Medicorum vſurpauit pro vna de primis differentijs,eſſe illud ſtatui non vitandum.Atq; ea re pulſantem robuſtius pulſum,nominaui vehemẽtem:imbecille,languidum.Neque quicquam intereſt,robuſte dicas,an valenter,an violẽter,an cõtente.Huius cauſſam, mo uentis arterias robur dico facultatis eſſe.dignoſci,ſi digitos alte infigas.Nam cum ita attrectes,validus pulſus videtur validior:quòd acrius digitis premẽtibus reſiſtat. At imbecillus adeo nonnunquam concidit & deijcitur ab illis, vt priuatum pulſu hominem dicas. Verum in ſequentibus lucubrationibus de his tractabimus.Hic mihi finis eſto huius diſputationis.Nam ad decãtatam illam mihi certum plenitudinem me conferre:in qua omnes ſudarunt Medici proximi,nec minus nobis certe negotij exhibitura, non in hoc quidẽ ſolum opere(nam hoc quidem feras)ſed multo plus,vbi de dignoſcendo diſſeremus.cuius fatemur quidem eſſe euidentem notionem, ſed notitiam eius repræſentari negamus ſenſui vllam. verum de ea dignoſcẽda poſt hac dicemus.De notione nunc,quam etiam ſunt,qui conturbent,verba faciamus.Itaque à rebus ipſis exordiamur.Aut arteriæ corporis erit quædã qualitas plenitudo,aut infuſæ ſubſtantiæ.A nominibus hinc maxime incipias.Plenum dicimus dolium vini eſſe,& plenũ farinæ culeum. Sic etiam Theatrum, ſic curriculum,vel curiam eſſe plenam hominum dicimus.Et contrà vacua. Haud aliter ventrem & os interdum dicimus plena eſſe,interdum vacua.

Vehementiæ ſignificatio.

Vehementis pulſus cauſſa

Cõtra Archigenẽ de pleno & vacuo pulſu.

Plenum.

Vacuum.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 63 sur 282

©BIU Santé

» Os tibi ſit plenum Thyrſis mea melle decorum.
» Atque fauis plenum,Aegiali tibi carica cibus.

In ſumma quoduis vas,quod quidem internam habet vllam capedinẽ vel plenum vel vacuum dicimus eſſe,cum eius ab alio corpore vno vel pluribus capedo occupetur,plenum:Vacuũ,ſi præter aerem contineat nihil. Ita proprie omnes mortales & præcipue vocant.Hinc iam quidam,ad ſuas artes qui traducunt,non iam proprie vtique neque prima ratione,ſed ſecunda & allegorice,hic lanam appellauit plenam,vinum ille,alius aliud,vſu quiſque rem æſtimans.Nam quod perſeuerantem eum & conſtantem habet,hoc plenum vocant.Vt qui vinum guſtarunt,cum diutiſſime ſentiant qualitatem perdurare. Nam ſi abeat extemplo & pereat vel qualitas,vel vis,vel vtilitas,vacuum illud vocant.Et verò ſic ſermonem quoque aliquando falſum vacuum appellant. Non tamen cum mentem aliquam dicant vacuam, metaphora iam vtuntur. Nec item cum graciles homines corpus habere vacuũ carne dicant, & craſſos plenum:ſed intelligentiam in his vaſis ſeruant & cõtenti,in quibus(vt expoſuimus)proprie & præcipue plenum & vacuum recepta ſunt.Iam alia corpora διάκενα,hoc eſt,fiſtulis inanibus cauernoſa dicunt,non κενὰ,id eſt,vacua: vt ſpongiam & pumicem.Nanque aerem non numerant corpus, ſed regionem quandam,& locum vacuum ad excipiẽda corpora appoſitum. At non qui ratione quicquam ſunt de aere commentati Medici iuxtà ac Philoſophi,vacuũ eum prorſus eſſe putant:ſed quidam in quorum etiam nos ſententia ſumus, vnum eſſe corpus vndique ſibi continuum,quod nuſquã habet quicquam intextum vacui.Alij multa corpora in vacuo parua & prima committi,concurrere & repelli:non connecti tamen,nec confundi. Sed enim vacuum pulſum ita non queas appellare,ac vulgus dicit vere vacuũ. Quippe tale non ſit quicquam in orbe ne per excellentiam quidem . Nam cum nullum exiſtat omnino vacuum in mundo,qui ſit per excellentiam quicquam vacuum?Quare vacuum relinquitur vt vocemus, quomodo culeũ, vel vtrem,vel calathum,vel ſaccum,vel omnino quodlibet vas.Quòd ſi ita accipiamus,bifariam talem pulſum interpretabimur:vno modo,vt dolium,vbi aerem cõtineat tantum: altero,vt vtrem,vel culeum,vel aliud tale,vt non poſſint tunicæ conſidere:quemadmodum inflatus vter vino manet perpetuo vacuus,ſed aeris plenus. quem ſi tamen euacues,vt vndique conſidat planè,ibi fit vacuus. Itaq; arteriam eſſe, aut eo modo vacuam dicemus,vt quæ aerem contineat: vt quanquam ſit plurimum inflata & diſtenta,vacua ſit tamen appellanda. Aut non ſic,verum vt de vtribus retulimus,quando & aerem ijs exhaurias: Prima quidem ſignificatione erit pulſus talis,qualem Eraſiſtratus eum natura ſemper aſſerit eſſe. Altera,nihil à paruo differet.Nam tertiam ſignificationem,nec Archigenes, nec Agathinus,nec Magnus, nec Athenæus, nec alius ex Pneumaticis Medicis agnoſcet vllus, cum pauca inquam corpora arteria contineat, regionem autem vacuam plurimam.Nullam enim in mundo reperiri exiſtimãt talem:vnitam verò ſibi totam ſubſtantiam.Reſtat ergo ſicuti diximus,vt aut paruũ pulſum,aut aereum vocemus vacuum.Itémque contrarios ijs plenos, magnum, & eum,qui humidam ſpeciẽ habet, ὑγροφανῆ Græci appellant.Sed hos ſcilicet infuſæ ſubſtãtiæ ratione : cuius quidẽ maxime ratione appelles proprie vel ple-

Vacuus ſermo.

Διάκενος.

Aer non eſt vacuus.

Vacuũ in mũdo nihil.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 64 sur 282

©BIU Santé

num vel vacuum vas. At aliter arteriæ corporis ratione, id eſt, eius tunicarum. quas rectius ſanè duras & molles: non plenas voces, vel vacuas. Quòd ſimilare corpus (niſi per methaphoram, quæ ab diſciplina ableganda eſt artificiali) quod vacuum vocetur vel plenum, ſit nullum. At ſi nomina propria ſuppetant, his vti nos par ſit. Si non, definitione præſtet ſingulas res explicare, quàm à metaphora nomina mutuari: ſi quidem docere inſtituas, non obtundere. Tamen apud eum quidem, qui iam rem didicit, quo compendioſius explices, nominibus à methaphora ſumptis & abuſu, nihil eſt cauſſæ, quin rem exprimas. Verum omnium doctrina prima rerũ artificialium, quò aperta ſit & diſtincta, propria nomina quærit. Ergo arteriæ corpus, hoc eſt, eius tunica, aut iuſto durior eſt, aut mollior, aut moderata certe & in natiuo ſtatu. Nec verò in hoc ipſo iam, vel aeream quandam dicemus, vel humidam contineri ſubſtantiam. Vnum eſt enim, quod vndequaq; ſibi cohæret, niſi foraminibus quibuſdam præditum ſit valde minutis. quæ tamen omnino complectantur etiam neceſſe eſt vel aeream ſubſtantiam, vel humidam, vel halituoſam: vel conſideant vndique. Verùm quæ conſederunt, inſtar ſunt nulla planè obtinentium foramina. Quæ humorem verò, vel vaporem, vel aerem continent, mollius reddunt corpus arteriæ. Itaque eodem reuoluimur, quòd dicebamus à primo, aut duram eſſe arteriæ tunicam, aut mollem. Nam qui intercurrit ſermo, nullam demonſtrat tertiam naturam aliam, ſed duarum commemoratarum diuerſas generationis cauſſas. ſed hæc res, quam dico, nihil ad inſtitutum pertinet. Equidem vel omneis libenter expoſuerim durorum & mollium generationes. ſi id mihi vllum fructum poſſet ad præſens inſtitutum ferre: idque dabo operam, vt, quantum facere poſſim, breuiſſime explicem. Quando omnia corpora ex terra, aqua, aere, & igne conflata ſunt: in quibus exuperat, vel terreſtre elementum, vel aquoſum ſi gelu concreuerit, non poſſunt ea non dura eſſe. In quibus igneum vel aereum, vel humidum elementum excellat non concretum, mollia hæc omnia eſſe. Et item ſi foraminibus ſint prædita vel meatibus, ſi ſuperior ibi ſit terreſtris ſubſtantia vel aquoſa concreta, facit neceſſario ad totius corporis duritiem. Sin ſubtilis & humida, ſed non concreta, ad mollitiem. Quæ cum ſic habeant, iure iam de illis quæſierimus, cuinam potiſſimum rei ſubiectæ aſſignent nomen plenitudinis. Sanè enim aut duritiem vocant plenitudinem abſolute, aut aliquam de commemoratis eius differentijs. Differentiæ erant, cum vel ſiccitas excellit terreſtris, vel concretio humida. Aut ergo meatus quoſdam hæc res habet, aut non habet. Similiter vacuitatem, vtrum mollitiem vocent, an quam eius differentiam. cuius quidem erant etiam differentiæ in excellentia aut ſubſtantiæ ſubtilis, aut aquoſæ inconcretæ. Verum nullam committent vt reſpondeant harum. Nam ita nihil profecto eſſe plenitudinem aliud ac duritiam ſtatuerint, & vacuitatem nihil aliud ac mollitudinem. Recedunt vero à ratione omnibus modis, quidam impudentius, nonnulli ſanè verecunde. fuga honeſta quidem illa ad ſpiritus recipit ſe facultatem. Nam quemadmodum vini, aiunt, qualitas dicitur plenitudo, ſic ſpiritus quædam eſt pleni-

Durorum & mollium cauſſæ

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 65 sur 282

©BIU Santé

tudo. Atqui cum iam hic petimus, vini quam plenitudinem appellent, vt declarent: non posse dicunt rem explicari. Quomodo igitur cedo, audetis nominare, quod explicari non valet, aut discere de vobis nos speratis? Nam si nec docere rem valetis, nec explicare oratione, qui tandem aliquid discamus de scriptis vestris, aut iudicemus? Enimuero en vobis, inquiunt, in ægrotis ostendo plenum pulsum. Proinde recte feceris, mihi crede, si quidem exprimi oratione nequeat, sed monstrari, si nihil de eo conscripseris, rem autem nudam ostenderis nobis. At & scribis, vt si explicare possis, & ostendere non vales. Siquidem doctrina constare citra interpretationem in ostendendo nulla potest. Admouere igitur me digitos iubes scilicet arteriæ, in de subijcis. En tibi plenus hic pulsus est, quem nunc sentis. At hæc, si simplex accidat & vna pulsibus qualitas, recte dicatur. Nunc quando variæ hæ vel vestra sententia sint, occurrant porrò repente omnes, absque interpretatione, non potest fieri, vt iam vllam ex illis intelligamus. Atqui iam tango, vt vis, arteriam: sed quia, quid tu ex accidentibus eius voces plenitudinem, me latet, nihilo ego ex tua ostensione intelligo clarius rem, ac nuper, cum ostenderes nihil. Distendatur sanè, cum admoueam pulsui digitos, plurimum in longitudinem & circulatim: si stringam etiam & premam, violentius in tactum incurrat: Videatur præterea durus & velox. Et si violentum eius occursum putem plenitudinẽ appellari, quid an non res ostensioni accidat absurda? Nam quem antè didicimus vehementem pulsum vocare, hunc iam obliuiscimur, ac discimus appellare plenum. Quare aut aliud symptoma distentionis arteriæ adduce, cui plenitudinis me iubes vocabulum tribuere: aut si nullum præterea sit aliud, nomen inuehis pulsibus, rẽ doces nullã. Nam si tibi hoc satisfacit, si rem dicas nõ posse explicari oratione, dabis certe mihi quoque, vt dicam alias esse præter illas, quas vos recensuistis, qualitates pulsuum, quæ in distentione arteriæ aduertantur, numero treis, male à vobis neglectas. Si me rogetis, quasnam has? nominibus proprijs exprimi dicam non posse: sed metaphora, si vultis, audebo docere. Nam vt vocem quandam albam esse, aliquam nigram dicimus: sic pulsum etiam quendam album dixero esse, quendam nigrum. Atque hanc primam statim qualitatem à vobis esse prætermissam. Alteram porrò, ex qua vel dulcedo aliqua eorum, vel amaritudo conspicitur. Esse autem per metaphoram accipienda etiam hæc nomina: quòd exprimi oratione res non possit, demonstrari possit tamen. Ecce tibi pulsum ostendo hunc amarum. Iam tertia qualitas est, non illa quidem verbis expressa, sed quæ tamen possit monstrari. Voco eam, vt eam describam, acerbitatem. Nam in gustu vt animaduertimus acerbum succum, ita in tactu arteriæ occursum quasi acerbum. Qua si quis via insistat, vel triginta dicat, nedum treis pulsuũ differentias esse præteritas. Et hoc mihi præter cætera fac attendas, esse humorem, qui proprie acerbus appelletur: plenum vinum proprie nullum. quod si sic quis appellet, metaphora vtitur, quemadmodum superius exposuimus. Sanè omnibus hominibus à proprijs nominibus potestas est transferendi: à tralatitijs autem alias ducere methaphoras, non item. Neque enim hoc est

Doctrina nulla cõstat citra interpretationem

Albus pulsus & niger.

Dulcis pulsus & amarus.

Acerbus pulsus.

Plenum vinum nõ proprie dictum.

Metaphoras ducere à trãslatiijs non licet.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 66 sur 282

©BIU Santé

permittendum, ne Poetis quidem: nedum his, qui ſcientiam aliquam & diſciplinam profitentur. Quare ab humoribus tranſferenti ad tactum nomen acerbum, quod ab humoribus proprie incepit, ignoſcendum eſt. At ſi à plenitudine, quæ in guſtu eſt, ad plenitudinem velis traducere, quæ percipiatur tactu, parum legitime ſanè facies trãſitum. Quin etiam qui ducit alteram à prima methaphora, licentiam is ſuperat Poetarum. Nam hoc ſi ſemel conceſſum ſit, hercle etiam tertiam ab ſecunda audebit, & quartam à tertia, atque quintam à quarta facere metaphoram, vt planè enecentur, quos obtundunt. Tametſi nec à proprijs licet quibuſlibet nec Poetis tranſferre. Imò ſi vel Pindarus ſis, & Oceani ſolia dicas fontes, non collaudere. ac multo minus cum veracem autem ſuper incudem fabricare linguam, aut aliud quid tale dicas. Sed enim nihil ita loquacitatem efficit, vt qui deſignat quicquam, & temerarius eſt in illis, quæ ignorat. Nam differentias cuiuſq; rei, quot ſint qualéſque ſpecie, viri eſt inuenire logicam nauiter meditati. Deinde nomina eis inſtituere, oratoris partes, aut uerius Dialectici ſunt. Vbi ergo homines, qui nec logicam ſpeculationem exacte tenent, nec interpretari valent, ad res aſpirare, quæ ſuperant ipſorum facultatem, audent, cum ipſi verba funditãt, tum reprehenſores impellunt, licet maxime ſtudeant breuitati, in eandem orationis prolixitatem: id ſcilicet, quod mihi nunc vſu venit. Si quidem à mea perpetua breuitate diuellit ipſorum me numerus erratorum. Tamen faciam etiam hic, vt ſim, quantum poſſum, breuis. Quod quidem aſſequar, ſi generalia peccata atque communia omnium reprehendam, & ſingulorum priuata prætermittam. Communia & generalia hæc ſunt: vtrum certam qualitatem arteriæ tunicæ denuntiet plenus pulſus, an contentæ ſubſtantiæ quantitatem vel qualitatem, an innati ſpiritus (Nam & hoc ſunt auſi quidam dicere) aut facultatem quandam aut qualitatem. Ipſius enim corporis arteriæ qualitates, quod paulo ante demõſtraui, neque plenitudo vocari, neq; vacuitas: ſed duritia & mollitudo iuſtius debuit. Ipſius verò infuſæ quantitatẽ ſubſtantiæ, recte quidem plenitudinem voces, & vacuitatem. At inter has nihil intereſt & magnitudinem paruitatémque. Quòd ſi nõ quantitatem, ſed qualitatem ſubſtantiæ contentæ in illis denotari à nominibus iſtis dixerint, haud quaquam appellauerint proprie. eſſe tamen confirmauerint quandam differentiam, ſed eam ſenſui incognitam: vt in libris de dignoſcendis pulſibus oſtendemus. Spiritus verò plenitudo & vacuitas ſola longe etiam minus percipi poteſt. Nam ſi quis vt cauſſam eam in oſtendendo ſumat, roboris eius vehementem pulſum ſtatuet ſignum, & imbecillitatis languidum. Qui autem hæc poſuerit, de ſecta erit Pneumatica. Quare vel hic, quod liquet, nec communem notionem, nec ſenſus affectum ad cognitionem peruenientem proferet, ſed ſuum placitum colet. Atqui non eſt in explicanda rei notione, neque in dignoſcenda ea admittendum placitum: ſunt enim communia omnium, ſed in ſolis cauſſis prædicandum. quod nos faciemus in commentarijs de cauſſis pulſuum. In quibus, vt cauſſas, quæ pulſus variant omnes referamus, placita attingere cogemur. Hoc loco contrã, nullum debet oratio, vel leuiſſime attingere decretum. Hæc duco hic de plenitudine & vacuitate ſufficere, quarum in libris de dignoſcẽdis pulſibus am-

Metaphora non valet vbique.

Communes errores.

Qualitas arteriæ corporis, durities vel mollitudo vocatur.

Qualitas infuſæ ſubſtantiæ plenitudo & vacuitas dicitur.

Placitum in cauſſis tantũ prædicandũ.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 67 sur 282

©BIU Santé

pliorem mentionem faciemus. Et etiam quæ longiſſime nugatur de ijs Archigenes, in examinando eius libro de Pulſibus explicabimus. Nam ita à primo ſtatueram, vt quatuor his lucubrationibus eſſem contentus, quarũ iam mentionem frequenter feci, primæ huius quam nunc in manibus habemus, alteræ de dignoſcendis pulſibus, tertiæ de cauſſis, quartæ de præſagatione. Verum quia alij me multi, vt in librum Archigenis de pulſibus ſcriberem, induxerunt & impulerunt, atque demonſtrauerunt, modo bene illum dixiſſe, alicubi etiam offendiſſe, reddiderũt hanc nobis compẽdioſiorem narrationem. Nam hic à ſingulis ſeparatim diſcedemus, ac ipſa generalia poſthac perſequemur. non perinde vt in ſecundo ante hunc. Etiam hoc ipſo in libro, quo loci de vehementia dixi, vt errata declararem, ipſa verba citaui Archigenis. Quare ad diſputationem iam de duritia & mollitudine digreſſus, faciam, vt hic quoque iſtos oſtendam in nominibus eſſe lapſos: quam ob rem in dignoſcendo etiam præſagiendoque ſunt hallucinati. Nam cum vna ſignificatio ſit propria vtriuſq; nominis, miror è metaphoris hos metaphoras ducere. Nam quem fugit ferrum, lapidem, lignum dura nos corpora vocare. Oleum verò, vel lac, & aquam mollia. Arbitrum enim omnes nos homines habemus duri corporis & mollis, tactum. Hũc cum obiectis applicamus, quæ illum offendimus recipere, & quaſi ſubeunti cedere, mollia appellamus. Contrà quæ vim afferunt cuti noſtræ, & protrudunt, ſi hæc cedens vrgentia intus excipiat, dura illa vocamus. Nam omnino ſi cedat, & deijciatur ab vrgente, quod concidit, imbecillius omnes: quod deijcit, validius vocant. Nam hoc modo validus ventus non nos tantum proſternere & deturbare ſolet, verumetiam arbores maximas atque naues. Et etiam nos ipſi, æs, ferrum, lapides, ligna, & ſiquid his ſit durius, ſi modica ſint mole, facile diruimus. Atque hactenus diſtat à duro validum. Hoc enim, vt modo diximus, exturbat priſtina ſede & euertit, ſi quid attingat. Durum, ſed non validum, non exturbat quidem, ſed ſubit rem molliorem, excauãs, ſuffodiens, cogénſque eam. Atque hæc Plato etiam dixit: dura eſſe, quibus cedit noſtra caro: Mollia, quæ carni. At multo hæc Ariſtoteles elimatius, qui non, quod cedit, vocat molle: ſed ei addit, modo, quod in ſeipſum, modo, quod loco non mouetur. Siue enim ſic dicamus: Molle eſt, quod in ſeipſum cedit. ſiue hoc modo: Molle eſt, quod cedit, nec de loco migrat: ordine definierimus. Iam ſi etiam ſimul vtrunque addamus. vt in ſecundo libro Ariſtoteles de generatione & interitu fecit, ac molle dicamus eſſe, quod cedit in ſeipſum, nec migrat, adhuc definiemus apertius: quod duobus prorijs ſymptomatibus ob oculos ponamus molle. Etenim tum in ſeipſum cedit, tum loco non mouetur. Vtrunque autem ſoli accidit illi. Nam cedere quidem commune ſymptoma eſt mollis & imbecilli. at in ſeipſum, ſolius eſt mollis. vt non in ſeipſum, imbecilli tantum. Itémque vt in vicinum locum migratio proprium infirmi eſt, ita nõ demigrare vnius mollis. Proinde quod cedit in ſeipſum, nec migrat tamen, omnes vocant molle. Et id, quod eò illud adigit, durum. Neque ſunt, vt aliorum quorundam nominum, diuerſæ ſignificationes, ſi proprie appelles, non allegorice, mollis & duri. Omnino enim ea peritiſſimus omnium in diſtinguendis ſignificationibus exponeret Ariſtoteles. quomodo inferius hoc in ipſo ſecundo libro de generatione &

Cõtrà Archigenẽ de duritia & mollitudine.

Duritiei & molſtitiei tactus arbiter eſt.

Molle.

Durum.

Imbecillum.

Validum.

Duri & validi differẽtia

Mollis definitio.

Mollis duo ſymptomata

Duri & mollis vna eſt ſignificatio.

©BIU Santé

interitu differens de humido & ſiccо, vtrunque docuit hoc varias ſignificationes habere: at non durum & molle, nec illo in libro multis dixit attribui, neque verò alio in vllo. Nec etiam Plato. Cæterum nominis vnam vtriuſque ambo illi viri repererunt ſignificationem: ſi quidem proprie, vt diximus, non vtaris allegoricè. Metaphora enim immenſum ſignificationum numerũ ſuppeditabit, non horum tantum nominum, ſed & ſignificationum aliarum omnium. Adeóque Plato ipſe ait in Sophiſta. Duros mihi narras & obfirmatos homines. Neutrum corpori quidem vocabulum tribuens, nec durũ, nec obfirmatũ. Verum animo eiúſque præſertim moribus. Ad eundem modum vinum dixeris durum, per metaphoram quidem: & vocem duram, ſtudiũ etiam, & vitam: præterea inſtitutum, legem, ventum, aquam: ſi aut ſeuum, aut ſolitarium, aut moroſum, aut triſte, aut concoctu, aut ſuperatu difficile, aut eiuſcemodi quid aliud ex metaphora voces. At durũ corpus, quod proprie & primarie appellatur, renititur, & nihil tangenti cedit. Eodem verò modo hominem durum vocant, qui eſt ſolitarius, & difficilis, atque vbique repugnat. Legem etiam duram & iudicem, qui à venia danda ſunt omnino alieni. At vinum durum, cũm forti ſit qualitate, & violenter pungat vel caput, vel ſenſum guſtatorem. Iam aquam duram, quę non facile concoquitur, tardéque in corpus permeat, & diutiſſime ſecundum præcordia ſubſiſtit, & quicquid aliud, quod durum vocamus, non quidem proprie vel præcipue, ſed per accidens, & à quadam traducentes ſimilitudine, eo pacto appellamus. Quia verò multa corpori duro accidunt, vnumquodque eorum metaphoras ſuppeditat, nihilo magis idcirco tamen prima eſt negligenda ſignificatio & propria. Tangibile eſt etenim durum, ac durities qualitas tangibilis. Cum ad guſtum iam, vel olfactum, vel viſum, vel auditũ diriues in oratione nomen, ibi auditorẽ oportet ſimilitudinem cum propria recordari. Etenim examen hoc eſt metaphorarum, recte ſint, an ſecus ſumptæ. Nam apertam quæ ſimilitudinem illuſtrémque habeant, probamus. Obſcuras & tectas repudiamus omneis. At neque quicquam norunt aliud recentiores Medici probatæ interpretationis, quò illis fit vt nihil ſit obſcurius: neque metaphoras, niſi in tempore, non eſſe vſurpandas. Sed enim ſi obſcura ſint duntaxat ſcripta iſtorum, minus fortaſſe culpes. Nũc quando ipſam rerum veritatem, quas aggrediuntur docere, ineptis iſtis metaphoris labefactant, acerbius eos iure reprehendas. Cũ verò eò inſuper quis deueniat ſtuporis, vt cũ prima & peculiariſſima nomina ſuis aſſignet rebus, accipiat per metaphoram ſignificationes, qui feras? Nam vocem albam ex metaphora intelligas, cæterum colorem album etiam æque ex metaphora nõ accipere potes. Nã hic niſi proprie albus dicatur, quid iam aliud ex illis, quæ proprie dicũtur? Sic etiam hominem acerbũ vocamus per metaphorã: vinum verò acerbũ nõ item per metaphorã, ſed præcipue & proprie. Nam vt, ſi quis vinum Theræum acerbum vocet, mox reprehenſus ſit, perperam cenſere, qui vinum dulce, quod prorſus abeſt ab omni acerbitate, ſic vocet: ineptus videatur, ſi ea ſe ſignificatione dicat vſurpaſſe acerbum vinum, qua homines interim eſſe dicimus acerbos, perinde ac iniucundos. Ita ſiquis tangibile aliquod corpus appellauerit durum, ac eo modo vocabulum velit interpretari, quomodo vinum dicitur durum, hic ſanè parum mihi ſapere videa-

Humidum & ſiccũ varias habent ſignificationes.

Durum proprie.

Durum per metaphoram

Duro corpori multa accidunt.

Propria ſignificatio examen metaphoræ eſt.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 69 sur 282

©BIU Santé

tur. Nam posteaquam omnes qualitates tangibiles sortitæ nomina sunt, ex metaphora stultum est alia illis accommodare. In olfactu verò non omnium qualitatũ sunt nomina, vbi translatitijs nominibus permittas vti. In tactu omnibus sua nomina sunt: id quod quodam loco Aristoteles docuit, atque nomina eorum ordine omnia expossuit, quæ ipse quoque narrabo. Calor, frigus, siccitas, humiditas, grauitas, leuitas, durities, mollitudo, lentor, friabilitas, aspe-

Tangibilium qualitatũ nomina.

ritas, læuor, crassities, tenuitas. Itaq; exprimi tangibiles omnes qualitates possunt, & corpora non secus ijs prædita. Quippe horũ pariter septem sunt oppositæ coniugationes, & nomina quatuordecim. Prima est oppositio calidi & frigidi. altera sicci & humidi. tertia grauis & leuis. quarta duri & mollis. quinta lenti & friabilis. sexta asperi & læuis. septima crassi atq; tenuis. Quare insulsi nihil obsecro nugeris, nec vocabulis latinis & omnium cõmunibus domo abs te imponas significationes: sed corpus arteriæ vel durum vel molle primo dic & præcipue. at pulsum, eius statum denuntiantem nõ proprie nec primo, sed per accidens durum vel mollem voces licet. Siue enim ipse arteriarum motus pulsus est, non proprie dixeris, si motum appelles durum. Siue is, quem tactui nostro infligit, ictus. siue sensus ictus, nihilo magis hic proprie & præcipue durus dicitur. sed denominatur scilicet duri corporis durus pulsus. Illud verò solum non aliunde denominantes, neque per accidens aut per metaphoram aut abusum appellamus durum, cæterũ proprie & præcipue. Proinde vbi quis pulsum durum aut ex qualitate spiritus dicat repræsentari talem, aut ex proprietate caloris, aut alia de re, quæ enuntiari verbis valet, non doceri tamen: reijciemus eum, qui ista nugetur & garriat, quod etiam facit Archigenes in suo de pulsibus libro, & in secundo de signis febris.

TERTII LIBRI GALENI DE DIFFERENTIIS PVLSVVM FINIS.

©BIU Santé

GALENI DE PVLSVVM DIFFERENTIIS LIBER QVARTVS. HERMANNO CRVSERIO CAMPENSI INTERPRETE.

QVantum ad artis opera complexus ſit vtilitatis primus liber, diximus initio ſtatim ſecundi libri. Etenim quantus ſit vniuerſus numerus pulſuum,declarauimus:atq; nomina, quæ quidem nomina ſunt,recenſuimus:iuſſíque illi,qui ad commentationis huius voluerit commoditatẽ aſpirare, opus reuoluere de pulſibus dignoſcendis,quod ſecundum hoc eſt quatuor libris explicatum:ab illo de cauſſis lucubrationem quatuor libris: denique ad præſagationem ex ijs inſtitutam pergere: quæ quatuor etiã libris continetur.Nam quæ in hoc opere de differentijs pulſuũ à primo libro diſputaui,& hercle quæ nũc inſtitui ſcribere, propter recentiorũ Medicorum inanem loquacitatem diſſerui,amicorum,quibus equidem multum reluctatus ſum,precibus adductus.Satius enim ſtatuebam eſſe nequaquam inania & ſuperuacanea attingere,nec volentem nolentẽ cũ nugatoribus pugnare nugis. Sed enim quidã audacia ſunt intoleranda: qui neſcij cũ ſint,quantum in definiendo inſit difficultatis,temere tamen definiunt nõ pulſus tantum,ſed alia cuncta. tametſi definitionum ſit nullus vſus,vbi res ſint & ante definitiones apertæ.vt in pulſus nomine,quod intelligunt etiam omnes mortales,nedum Medici.Nam vbi manum protendentes ijs porrigũt carpum,Medicóque iubent pulſum tangere,eſt verò tum arbitrandum pulſus eos nomen ita vſurpare,vt ſi σκινδαλῶδες dicerent,aut rem aliquam deſignantes eam vocem proferrent?Equidem rectius dixerim,rem eos certam intelligere, illíque aſſignare nomen pulſus.Vtrum iam ita proferunt pulſum,vt Hippocentaurum,& Sirenas, vel Scyllam:an rei certæ,quæ extat,nomen tribuunt?Rectius eſt hic quoque dicendum, ſi quid ſentio, certæ rei, quæ reperiatur, eos attribuere nomen pulſus : atque hanc rem eſſe arteriarum motum. quas quidem moueri omnibus hominibus, dum viuunt, conſpiciunt omni in parte corporis, vbi certe inſunt. Iam in partibus etiam inflammatis pulſum quendam ſe aiunt animaduertere. Adhæc tempora pulſare per febres vrentes, & à potu meri largiore,præterea in quibuſdam doloribus capitis,maxime à ſolis ardore profectis.Quæ cum ſibi inuicem declarant, non requirunt multa verba, quibus ſcatent iuniorum Medicorum libri cum præclaris iſtis confutationibus,quas inuicem inſtituunt de definitione pulſus, & de ſingulis eius differentijs : vt vehemente, magno, pleno, æquali, ordinato, & reliquis : de quibus amplius in illis diſputaui commentarijs:quibus enarro pariter & examino Archigenis de pulſibus librum. quando etiam cum alijs Medicis iunioribus hunc ipſum τῆς φιλοφισίας morbus eſt depaſtus,vt nouã in re noua vocẽ vſurpem. Etſi iſto malo Archigenes eſſet indignus, in colenda arte vir non ignauus. Sed vt

Pulſus clara ſignificatio eſt.

φιλοφισία.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 71 sur 282

©BIU Santé

pſora & lippitudine,qui propius accedunt,quidam corripiuntur inuiti,ſic ad iſtas definitionum nugas vir ille illectus eſt:tametſi ad artem colendam præter cæteros ille cõtenderet. Quòd ergo quæ maxime ignorant,hæc affectant, breui illis oſtendo,iubeóque vt nomen quorũlibet ponant.Deinde verſiculorum ab ijs numerum requiro, quanto velint interuallo percurrere definitionem eius, qua de re agitur. Sanè, quanquam mire ſtupidi ſunt, pungit hoc tamen illos ſpecimen.Nam hæc ſi de omnibus perinde dicamus,ſingulis de nominibus,ſinguli libri conſcribi poſſint: ſint porrò verſiculi amplius mille.At nunc indignam rem videar ſubijſſe,qui inducar,quò illorum inanes nugas detegam,de pulſibus mihi aliquid proponere.

Pulſum varie definiuerunt.

Pulſus diuerſe definitiones.

It ergo hoc ipſum primum atq; clariſſimũ,pulſus.In quo ſi demonſtrem,in quam inciderunt loquacitatem,ſimul de alijs apertus erit ſermo.Pulſum igitur motum definiuerunt arteriarũ eſſe. In quos diſputantes aliqui,primum peccatum eſſe in definitione contendunt, quòd præteritũ ſit,& cordis.Nam in hunc modum definitum oportebat.Pulſus eſt arteriarũ & cordis motus.Alij nõ cordis aiunt,ſed arterioſæ cordis partis addẽdum eſſe, vt hæc ſit definitio.Pulſus eſt arteriarũ motus,& vẽtriculi in corde arterioſi.Aut hercle ſic.Pulſus eſt arteriarum motus, & arterioſi ventriculi cordis.Quos rurſus inſimulant alij,qui volunt malè dictum eſſe,pulſum eſſe motũ abſolute:eſſe ſcilicet præterea arteriarum alios motus,& cordis: vt qui concoquit ſanguinẽ in illis contentũ,& attrahit eum,apponítq;:præterea qui excernit recrementa.Quare definitioni adijciendum aiunt fuiſſe genus arteriarũ motus:vt propria illorum,& non multorum motuũ ſit communis. Itaq; hanc definitionem inſtituerunt.Pulſus eſt arteriarũ & cordis diſtentio atq; contractio. Cuius quidem etiã definitionis tot fuerũt correctiones,quot ſuperioris.cũ ei quidam adiungerent cordis: alij non ſimpliciter cordis, ſed arterioſæ partis cordis:nonnulli arterioſi ventriculi,puta ſiniſtri.Sunt enim, qui & hoc annectant,vt tot exiſtant definitiones.Pulſus eſt arteriarũ & cordis diſtentio contractióque.Pulſus eſt arteriarum, & cordis arterioſæ partis diſtentio & contractio.Pulſus eſt arteriarum, arterioſíque ventriculi cordis diſtentio & contractio.Iam cum omnibus his bellum eſt aliæ virorum cateruæ,qui non tantum hæc,ſed & membranas cerebri confirmant pulſare.Sunt qui etiam cerebrum.Alij vtraq;.Aliqui præcipue cerebrum,membranas per accidens.Contrà alij nec membranas cenſent,nec cerebrũ pulſare præcipue: cæterũ ad arterias hoc pertinere,atq; per accidens ad illa.Nam attolli illa vnà cum arterijs aiunt,quas habẽt frequentes. Quam ob rem ſi cum illis tantum attolluntur,nullam ipſa obtinẽt facultatem eius, quem commemorauimus, motus,nihil ſuperiores definitiones amplius acceſſionis deſiderant.Quòd ſiquã,vt arteriæ,obtinent facultatem peculiarem, cerebri & eius membranarum in definitione erit neceſſaria mẽtio,atque tota definitio hæc erit.Pulſus eſt diſtentio & cõtractio cordis & arteriarum,atq; cerebri,& eius membranarum.Sin autem alterum modo illorum ea eſt facultate, eius faciemus vnius mentionẽ,atq; vel hunc in modũ definiemus. Pulſus eſt diſtentio & cõtractio cordis & arteriarum menyngúmq;. Vel ſic. Pulſus eſt diſtentio & contractio

Membranas cerebri quidã dicũt pulſare

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 72 sur 282

©BIU Santé

cordis,arteriarum,cerebríq;.Ac ſimilis vnoquoq; in genere cõmemoratarum definitionum acceſſio fiet.Nam quibuſdam ſatis,vt dixi,fuit dixiſſe,Pulſus eſt diſtentio & contractio cordis & arteriarum.Quidam non ita abſolute,ſed vel arterioſi cordis ventriculi,vel ſiniſtri,vel partis arterioſæ eius adiecerũt. Iam cuilibet harum definitionum,hi cerebrum,illi menyngas, alij vtrunq; adiungent,exiſtétq; definitionum numerus non paucarum.At verò de cordis ventriculis eſt non minor illis diſceptatio.Quia aliqui dextrum non arbitrantur pulſare:Alij pulſare quidem,at non primo & ſua ſponte,ſed vnà cum illo qui ſpiritualis vocatur,moueri.Proinde qui ſiniſtri ventriculi cordis,aut arterioſi,aut quoquo modo aliter appellent,fecerint mentionẽ,ab illis hi diſſidebũt, qui etiam putãt dextrum pulſare. Alia præterea maior diſſenſio Medicis iam olim de arterijs fuit. Nam eas quidam ſua ſponte dicebant pulſare, ingenita præditas perinde ac cor ea vi.de qua Praxagoras natione eſt. Alij pulſare quidem:Nam ipſam diſtendi tunicam earum,contrahíq;,non ſecus ac cor:ſed facultatem non habere,qua hoc agunt,innatam,ſed cordi referre acceptam. in qua opinione Herophilus eſt.Eraſiſtratus neutrum probat.Contendit enim pulſare contrà ac cor arterias.Illud,cum diſtenditur, repleri eo, quod comitatur vacuatum: Arterias, cum replentur,diſtendi. Repleri autem immiſſo ã corde dicunt ſpiritu.Simul itaq; fieri vtranq; eſt neceſſe,diſtentionem & repletionem earum.Verum alteram antecedere alteri rationẽ cauſſæ obtinentem, in corde diſtẽtionem,repletionem in arterijs.vt cernitur & in externis rebus. Folles fabrorum,quia diſtẽduntur,proinde replentur.Sacci,culei,vtres,quòd impleantur,idcirco diſtendũtur. Quare definitio,quæ totam rei eſſentiam eſt ob oculos poſitura,nihil debet eorum,quæ illi præcipua ſunt & propria maxime,omittere. Sed quandoquidem controuerſia de eſſentia eſt,neceſſario ſua erit cuiq; ſectæ definitio. Proinde eſt Eraſiſtrati diſcipulis ita definiendum,vt Eraſiſtrati peculiare placitum in pulſuum eſſentia appareat. Herophili aſſeclis,vt peculiare Herophili,aliiſq; ſimiliter omnibus,definitio ſigillatim efficiẽda eſt ſuo placito conſtans.Sed hoc verò ipſum,qui ſciat,eſt illorum propè nemo.Iam illo eſt operæpretium magis ſcire,definitionum eſſe genera duo prima.alterum,quod plane rei notionem explicat.quam,qui ponunt nomen,habent.Alterum eſt,quod docet eſſentiam.Virtus eſt ſua vtrique definitioni.Illi quæ notionem explicat,vt omnibus ſit teſtata,qui eadem vtuntur lingua: & ad rei eſſentiam ne aſpiret. Huic, quæ eſſentiam docet, vt ei quæ notionem ſubijcit,cõſentiat:non ſit tamen cum ea eadem.Itaq; hoc tibi primum ſit indicium hominum inanium & vanorum,vbi eos rei propoſitæ afferre vnam definitionem audias.Nam ſunt,in quibus non iam duas,ſed treis præſtat,vel quatuor facere. Primam, quæ eiuſdem linguæ omnibus hominibus ſit confeſſa. quæquidem de rei eſſentia nihil ſtatuit,ſed in nuda limitatur notione. Alteram iam,quæ aliquantum recedat de notione,atq; nonnihil accedat ad eſſentiam. Ad hæc tertiam, quæ amplius cum de notione, tum de eſſentia aperiat. Poſtremo quartam,quæ doceat totam eſſentiam.Atq; hanc quidem oſtendendum eſt ad tertiam referri,quam rurſus ad ſecundam,atq; illam quoq; ad primam. Prima verò debet ex ſeipſa habere fidem, res perſpicuas explicans manifeſtáſq;.Vnde definitionem eam Ariſtoteles nominis appellauit:vt ſi defini-

Diſſenſio de cordis ventriculis.

Arteriæ an ſua ſpõte pulſent,diſſẽſio.

Definitionũ duo prima genera.

Definitio nominis.

©BIU Santé

Definitio eſſentialis.

tionem diceret nomen interpretantem. Alteram definitionem (quidam eſſentialem vocauerũt) definitionem dicit eſſe, quæ quid ſit, explanat. Nam quæ ſit cuiuſque definiti eſſentia, hanc dicit docere. Propria verò accidentia eius vnà complecti definitionem notionis. Putat aliam præterea eſſe definitionem, quæ eſſentiam rei doceat. Sed quid orationem produco tantis de rebus, quæ commentaria flagitauerunt duo, quæ in Ariſtotelis librum ſecundum conſcripſi ſecundorum Analyticorum. In ipſo tibi pulſu hæc faciam, vt ſigillatim, quàm potero breuiſſime, ob oculos ponam. Qui verò verſatus prius eſt in illis commentarijs, facilius, quæ paro dicere, aſſequetur. Quibuſdam in partibus cutis percipimus motũ quẽdam, non modo ſi attingamus, ſed interim oculis etiam. Hic in omnibus valentibus motus multis corporis partibus cernitur, de quibus eſt carpus manus. Atq; palam quidem animaduertimus quiddam de profundo aſcendere, & nos ferire. Ab ictu interdum aperte id recedere, inde requieſcere. Interdum à primo ſtatim ſpecies repræſentatur requieſcẽtis, ac deinde aſcendẽtis iterum ferientíſq;, atq; mox recipientis ſe rurſus atq; quieſcentis: ídq; iam inde à natiuitate hominis ad obitum vſque faciẽtis. Eum motum

Pulſus.

omnes homines pulſum appellant. Hunc qui breuibus poterit interpretari, optime definitionem ille notionis effecerit: modo vt prætereat nihil, nec quicquam addat ſuperflui, vltra quæ commemoraui modo. Nam ſi quid etiam puſillum addiderit, ſi quidem additio ſit inutilis, inaniter garriat: Si vero ſit vtilis, diſcedat ea re ab notione ad rei eſſentiam. Vt ſi dicat, talem motum arteriarum eſſe pulſum. Ea enim definitio, non motum tãtum, ſed & quorum eſt, declarat. cum aperte ſentiat quidem vulgus, eſſe talem in corpore motum: ſed non corpus ipſum cognoſcat, quod mouetur. Quòd ſi quis non ſolum ſic leuiter arteriæ viderit detracta cute externam figuram, ſed tunicas etiam quot ſint & quales perſpexerit, hic prætergreſſus notionem eſt: & longe verò etiam illo priore magis, qui foris eam tantum viderat. At verò ſi facultatem quoque repererit, qua pulſant arteriæ: atq; motus vtrum principium ab ſe ipſæ habeãt, an à corde: Ac ſi ab hoc, qui tandem, ſpiritalémne materiam immittente in vaſorum internam cauitatem, an facultatem quandam per tunicas illarum: Ad hæc qui vſus demum ſit earum motus, is plane tenebit ſcilicet vniuerſam eſſentiam pulſuum generationis. Veruntamen iſta quidem nequeas definitione vniuerſa complecti. Neque enim volunt definitiones, quibus illæ ſunt cordi, adeo eſſe immenſas. Vnde fit, vt nulla pulſuum ſit definitio prorſus eſſentialis: aut prælonga erit. Addidi prorſus, quòd cum illorum, quæ ad eſſentiam pertinent quidam ex proximis Medicis alij aliud adiecerunt, eſſentialem arbitrantur ſe definitionem pulſus explicauiſſe. Vbi præterea in eo maxime peccant, q̃ ſolam definitionem protulerunt, quam vocant ipſi eſſentialem: nec ante dederunt definitionem, quæ explicet notionem. quam, vbi de his egimus, arbitramur definitionis eſſentialis oſtendimus. At huius etiã ignoratione merito pronuntiant, quod ſtulte in mentem ipſis venit. Quare de integro exordiamur ab notionis definitionibus: quas, præter quòd perſpectum eſt omnibus hominibus, nihil demonſtrauimus explicare. Talem autem inuenio nullam proditam, ne ab Empiricis quidem, quorum erat præter cæteros hiſce vti definitionibus: quas artifices iſti & experiẽtes in nominibus ne definitiones dignãtur;

Definitio notiõis arbitra eſſẽtialis eſt

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 74 sur 282

©BIU Santé

ſed deſcriptiones & illuſtrationes vocare. Ac fiant quidem deſcriptiones tales. Motus ſpontaneus, qui in partibus eſt quibuſdam animalium ſanguine præditorum,quiete interpellatus. Quinetiam ſi naturalem dixeris eum motum,vel non voluntarium,vel citra appetitionem, nihil refert. Si item ad paruas parteis cutis fieri,aut non diuturnum eſſe, in deſcriptione colligas, integriorem intelligentiam reddas.Iam ſi nondum declinaueris Sophiſtarum calumnias,appones motus nomini ſenſibilis.Quanquam hercle ſtultum potius timorem iſtæ additiones,quàm probatam fiduciam arguunt. Nam motus nomen omnes homines illi ſolent tribuere,quem aperte ſenſus animaduertit. quãdoquidem illos,quos ratione perſpicimus,argumẽtum eſt quoddam probabile,quod ſemper adeſſe omnibus corporibus,vt non videãtur moueri,demonſtrat.Iam ipſum nomen hoc ſenſibile duo denotat,rem ſenſui repræſentari iam nunc,quo tẽpore dicatur:Alterámq; etiam,quæ licet non ſentiatur in præſenti,poſſit tamen:quomodo lapidem in alto dicimus ſenſibilem ſua ſponte eſſe, nimirum quòd de natura ſit ſenſibilium. Senſibilis ergo motus, quem quibuſdam in partibus corporis per totam vitam animaduertimus,pulſus appellatur. Hic quiete, vt diximus, interpellatur. quod cautius quidem Medici putant dici, quàm diſtentione & contractione conſtare totum motum.& quidem nihil eſt apertius,quàm motum in altum latum & longum extẽdi in gracilibus magniſq; pulſibus.Porrò alij his timidiores peculiares affectus ſentire ſe tactus aiunt,pronũtiare veriti rem externam vllam eſſe,quò illos Sceptico-rum & hæſitantium, qui vocantur, induxit inſtitutio. Quare ab his diſcedamus.Fortaſſis enim nec hoc,vllum ſe percipere motum, dicere ſuſtinebunt,ſi iſtis hæſitatoribus credunt vndequaq;.Sunt quidem certe nonnulli in his,qui ne ſuos quidem ipſorum affectus probe fatẽtur ſe agnoſcere,quos vocant iure ἀγρυπνοκατευθύνοντας.Ad illos verò nos conferamus,qui non diſſimulanter motum videre ſe putant cuiuſdam ſubter cutem corporis in longum,latum, profundúmq; extenſi,quando alijs ſunt commodiores:atq; admoneamus eos diſſciſſa cute vel de induſtria noſtra, vel caſu aliquando,vt attendant,quid ſit,ſub ea quod moueri videtur.Sane enim vas aperte cernent aſſimile venæ, niſi quatenus duplicem tunicam,& lõge robuſtiorem habet, quam arteriam vocamus. Clare etiã,quod obſcurius videbant antea,perſpicient,hoc vas in omneis parteis diſtendi.Haud aliter denudatum moueri cor conſpicietur, ac cerebrum etiam: vt audeant dicere tandem, motum, quem in pulſuum generatione animaduertunt,in corporibus fieri, quæ cõmemorauimus. ſed primóne & per ſe cordis dexter ventriculus,an vnà cum ſiniſtro motus, ijſdem atq; ille modulis pulſare videatur,nolet inquirere,qui primo trãſitu ab notione vulgari progreſſus eſt ad eſſentiam. Nec ſecus in pulſu, qui in cerebro animaduertitur, indagare deprecabitur,vtrum primo id & per ſe agat,an vnà cum ſuis arterijs attollatur multis illis ac ingentibus.Qui autem hoc eſt audacior in decernendo de pulſibus,iſtud addet etiam. Integram definitionem pulſus facias,ſi ſuperioribus coniungas vſum eorum generationis:quem in commentario nos de vſu pulſuum,innati caloris eſſe diximus tutelam.ſi quidem ſciat,qui eam definitionem facit,quo fiat pacto,vt natiui caloris mediocritas ſeruetur: vtrum q motu vẽtiletur,an quòd frigidi aeris cogatur occurſu,vt digeratur difficilius:

Motus.

Senſibilis.

©BIU Santé

an ꝙ fumoſis purgetur atq; fuliginoſis excrementis. Facere præterea ad animalem procreandum ſpiritum oſtendimus ſubſtantiam quam ſpiritualem habent arteriæ. Iam & ad eſſentiam pulſuum pertinet: vtrum cum arteriæ diſtenduntur, tum accidat ipſas materias allici: an vbi conſideant. Atq; de excretione alicuius ex arterijs, eadem eſt ratio. Siquidem attrahi demõſtrauimus, cum diſtendũtur: & cum cõtrahuntur, excerni. Qui verò de ſecta ſunt, quam Pneumaticam vocant, in cõtractione putant attrahi, in diſtẽtione excerni. Alius porrò his definiendo pulſu cauſſam eius efficientem addet: de qua in quæſtionem venit, vitalis ne ſit, an animalis facultas, an omnino ne facultas quidem, vt aſſerit Aſclepiades. Quare definitionem, quam vocant, eſſentialem, quæ eſt oratio eſſentiam rei docens, planũ eſt genus explicaturam eſſe, & differẽtias, & vſum generationis, cauſſam item efficientẽ, ad hæc materialem aut inſtrumentalem, aut quoquo modo velis appellare. vt genus, aut motum, aut actionem, aut paſſionem arteriarum. Differentias, ꝙ per diſtentionem & cõtractionem, quódq; ſponte. Vſum, ꝙ innati caloris nomine, vel ſpiritus vitalis generãdi, aut hercle etiam animalis. Cauſſam efficientem, ꝙ vis ſit quædam cor diſtendens & arterias, aut vitalis, aut animalis, aut vtraq;. Materialem & inſtrumentalem, conformationem arteriarum ad actionem, quam memoraui, declarare appoſitam.

Aliæ atq; aliæ definitiones pulſuum pro quaq; ſecta.

Ita ſuam quæq; ſecta rationalis ſortietur definitionẽ. Nanq; pulſum dicet Eraſiſtratus motum eſſe arteriarum per diſtentionem & contractionem, quem facultas efficit vitalis & ſpiritualis, ad implendas arterias ſpiritum continentes vitalem. Aſclepiades, motum eſſe arteriarum per diſtentionem & contractionem, quæ ſpiritu implentur, cum extenuantur: cum conſidunt earum tunicæ, euacuantur. Nos verò dicemus, actionem eſſe pulſum peculiarem, præcipue cordis, deinde arteriarum, quæ diſtentione & contractione mouentur à facultate vitali, quo caloris natiui mediocritas retineatur, generetur autem in cerebro ſpiritus animalis. Atque ad modum harum definitionum, qui de alijs ſectis ſunt definient pulſum, vbique pro ſuis quiſq; ſuppoſitionibus. Proinde ſi perfecte definiant, conſenſerint mutuo: ſin anguſtius, vel latius, vel aliqua ex parte minus bene, non conuenerint. Huius habes argumentum maximum, quòd Herophili diſcipuli, qui quidem pulſum aggreſſi principes ſunt definire, inter ſe diſceptarunt: tum verò etiam, quòd cum his Eraſiſtrati diſcipuli digladiantes (nam floruerunt ambæ hæ ſcholæ ab Herophili obitu) aliam etiam pulſus definitionem inſtituunt, diſſidentes & inter ſe mutuo & ab diſcipulis Herophili. Nam veteres quidem, relictis definitionibus docebant, ſignificationes declarantes nominum, quibus vtebantur, ea interpretandi forma, qua Homeri dictiones Grammatici, aliorúmq; antiquorum omnium explicant. Nam in hac interpretatione quod haud dum liquet, ex altera declaratur. Vt in dictione πίσυρες. Nam hoc in verſu, πίσυρες ἐυρυκύχλες ἵπποι, nõdum quid ſignificet, cõſtat. Sed ibi. ἔνθεν τέσσαρα μὲν στέφε᾽ ἵλοντο, δόρατα δ᾽ ὀκτὼ. καὶ πίσυρας κυνέας: explicatum eſt. Cum enim eſſent, qui armarentur, quatuor: tum ſcuta illos quatuor accepiſſe dicit, tum galeas etiam quatuor. Hoc modo, quando legimus apud veterem aliquem Medicum, ſolam pulſare inflammatam partem, aut motum tantum in inflammatione arteriarum, appellare eos pulſum: in corpore autem ſano hoc vocabulo vti nunquam: non omnem motum arteriarum colli-

Eraſiſtrati definitio.

Aſclepiadis definitio.

Galeni definitio pulſus.

Veterũ mos docendi.

πίσυρες.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 76 sur 282

©BIU Santé

gimus,ſed aut magnũ & vehementem,aut quem ipſe poteſt ægrotus animaduertere, pulſum vocari.In hũc modum videtur & Eraſiſtratus pulſus nomen vſurpauiſſe.Sed enim vbi legimus rurſus Aegimij de palpitationibus librum, quem hic pulſum nos vocamus, palpitationẽ ab illo inuenimus appellari. At vero Herophilum contrà,videas ſtatim à principio libri de pulſibus,à palpitatione pulſum ſeparare.Videtur enim omnem vir ille motũ arteriarum,quem habere nos à primis vitæ temporibus ad mortem vſq; perſpicimus,pulſum appellare,ex quo præſentem ſtatũ cognoſcimus,præſcimúſq; veniẽtem:nec pulſum,qui in corde eſt,vel in cerebro,vel in mẽbranis eius requirimus.Sic præcipua pulſus eſt omnibus huius ætatis Medicis notio, quam nunc explicauimus.Nempe hanc,vt modo dixi,deſiderant.quod hanc ſequitur, omne iam cauillationibus plenum eſt.Quo minus eiuſcemodi res definiendæ ſunt,nec ſeipſum debet quiſquã conijcere in definitiones,de quibus nec inter ipſos conuenit Dialecticos.&,vt eas omnibus numeris abſoluas,vſum tamen magnum poſtulant.ne dicam nihil opus eſſe ad tradendas diſciplinas definitione eſſentiali.Definitiones,quas vocant,notionis,his,qui iam rem cognoſcunt, ſunt ſuperuacaneæ,ignorantibus non neceſſariæ. quòd doceri certe pluribus verbis poſſunt apertius.Nam ſenſum qui rei ſignificatæ à vocabulo anguſta poteſt & aperta oratione accurate complecti,doctor ſit hic quidẽ præſtantiſſimus.non tamen qui abeſt ab illa perfectione,malus eſt:nec verò qui minus probe interpretatur. Nam ita aperte rem ob oculos ponere, vt Lyſias & Demoſthenes oratores fecerunt,primum ſit.non contemnendi ſunt tamen,qui nunc in iudicijs cauſſas agunt.Equidem nihil obſiſto illa facultate præditis,quin clare ſimul & compendioſe,quæ ſingulis nominibus denotantur,declarent ignorantibus.Quippe qui hoc videor ipſe agere. ſed quòd inanem ibi laborẽ ſubeas, vbi omnes iam cognoſcunt, quod inſtituis declarare.Omnino verò apud Tirones cuiuſuis diſciplinæ ne proferendę quidem definitiones eſſentiales ſunt. Verũ vbi ab notione exorſi,ad eſſentię eos notitiam deducamus,hic iam promptæ memoriæ gratia rem vniuerſam limitata complecti oratione fuerit cõmodum.Quare quicunq; Medici & Philoſophi initiatis primum cuiuſpiam diſciplinæ initiũ faciunt docendi ab eſſentialibus definitionibus,vt eloquentiſſimi ſint,vt clare interpretentur,obſcuri euadunt tamen.quòd aſſequi auditores, quæ amplam explanationem,quò intelligantur,quærunt,cũ reſtrictis hæc definitionibus referũtur,nequeant. Longa verò oratione prius rei,qua de re agitur,aperienda eſſentia eſt:quò cognita iam & perſpecta breuibus tandem verbis accipiatur. Hæc ergo, quia iure exprobro illis ſemper,qui definitionibus omnia docere conantur,huc exempli gratia veni: qui reipſa declaraui multis locis,quodcunq; quis ponat nomen,ſolidum librum eſſe faciundum,vt declaret,quomodo ſit res,quæ ab illo ſignificatur,definienda.Itaq; de Pulſus definitione agamus de integro,ac qui recte definire viſi ſunt eum, hos nominatim appellemus.Ergo huius curioſitatis diſcipuli Herophili,vt dixi,principes fuerunt.quibus ſucceſſerunt de Eraſiſtrati familia nõnulli.Secuti ſunt,qui Pneumatici vocantur,& ex Methodicis quidam.Quos omnes ſi appellem,duobus erit,non vno libro opus.Quia verò certum eſt mihi,hanc verboſam inanémq; diſputationẽ vno volumine limitare,tot ſufficiet definitiones recenſuiſſe vnà

Ægimius pulſum palpitationẽ appellauit.

Definitio eſſentialis ad diſciplinas nihil opus eſt.

Definitio eſſentialis tironibus inutilis eſt.

Pulſum Herophilij definiuerunt primi.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 77 sur 282

©BIU Santé

cum earum authoribus,quot liber ſit capiundis: Nam ex his iudicium etiam de alijs facias licet.

Heraclidis Tarentini deſcriptio pulſus.

AM Tarẽtinus quidem Heraclides Empirico deſcriptionẽ dignam faciens. Pulſum,inquit,motum arteriarum eſſe & cordis. Atqui non latet nos, qui ſunt in Empirica ſecta, nequaquam de definitione laborare,ſed deliniant & deſcribunt. Ita definitiones illi eas appellant,quæ breuibus notionem ſubijciunt rei,nec nomen rei proferunt. Atq; hanc ille homines putat notionem de pulſus nomine habere,quos protẽdere manum interdum,ac tangẽdam præbere Medico. Cum verò quem ἄσφυκτον,hoc eſt,priuatim pulſu dicamus, hoc nomen deſignare illum arbitramur,qui ita eſt affectus,vt nullus motus vlli corporis parti inſit cuiuſcunq; arteriæ. Si quis alius eſt motus in arterijs augendis,nutriendis,implendis,& vacuandis, hoc non laborat. quòd fugiat id genus motuum omnes noſtros ſenſus, quod quidem aſſequimur ratione. Quo adducti ſtirpes omnes,qui de natura commentantur,perpetuo confirmant moueri, atq; adeo cuncta alia vel duriſſimos lapides. Etenim & ab his defluit perpetuo aliquid. Quidam has concerni etiam ex aere autumant. Quare hunc motum non modo adhuc viuenti,ſed demortuo etiam homini,vt placet Phyſicis,qui de horum natura tractant,oportet adeſſe. Itaque non moueri arterias male dicemus demortuis, & non pulſare in quibuſdam videri adhuc ſuperſtitibus. Quòd ſi omnes ſic loquantur,motum conſtet nos eum & appellare & intelligere, non ratione perſpectum, cæterum qui apertam notitiam præbet ſtatus. His adducti rationibus cum Tarentinus Heraclides,tum Empirici nonnulli alij pulſum deſcripſerunt eſſe motum arteriarum & cordis. quando hoc plane videbant non ſecus ac arterias moueri. Cum his pugnant quidam Dogmatici, qui nolunt æſtimari ſolo ſenſu motum, ſed interim & ratione. Nam ſoli,lunæ, ſtellis omnibus motum ab omnibus mortalibus tribui. Neq; enim tantum ſpatium videri citra motum ab oriente ad occidentem obire,tamen motus eorum non apparere. Quare,inquiunt,ſi nihil aliud,hoc certe Empiricorum definitioni oportebat adiectum,motum arteriarum cordiſq; ſenſibilem eſſe: debebántq; dicere. Pulſum eſſe motũ arteriarum & cordis ſenſibilem. Huic definitioni quidam intercedentes motus ſenſibiles in corde & arterijs cõfirmant non tantum,qui pulſent,animaduerti,ſed & qui palpitent. Itaq; comprehendendi etiam hi erant in pulſuum deſcriptione: ſiue abſolute dicant,arteriarum & cordis eſſe pulſum motum: ſiue adijciant ſenſibilem. Sunt qui conuulſiones tremoréſq; narrẽt. Quippe hos quoq; interdum motus in arterijs fieri & in corde præter naturam quidem. Quamobrem addi definitioni volunt naturalis. atq; totam eam efficiũt eiuſcemodi. Pulſus eſt arteriarũ & cordis motus naturalis. Ab his diſſident,qui pro definitione Tarentini propugnãt. qui in arterijs negant & corde tales vnquam motus exiſtere, ad neruoſa autem corpora pertinere. At cõuulſionem tremorémq; in ſolis fieri neruis equidem comprobo. Palpitatio verò inſidere perſpicue etiam in cute cernas: clare autem etiam in carnoſis partibus, quæ particulæ ſunt muſculorum. Etiam in timore & angore plane cor videtur palpitare. Iam contentio de affectibus his non parua Herophilo aduerſus præceptorẽ ſuum extitit Pra-

Deſcriptio.

Stirpes perpetuo monentur.

Conuulſio & tremor i nervis.

Palpitatio nervor, cutẽ carnẽ, cor occupat.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 78 sur 282

©BIU Santé

xagoram,qui in affectus arteriarum aggregauit palpitationem, & tremorem, & conuulſionem: ac non genere confirmauit à motu earum pulſante differre,cæterum magnitudine.Nam cum in natura ſua conſtant extra omnem caſum,fieri pulſum:aucto verò præter naturam motu,primum effici conuulſionem,deinde tremorem,mox palpitationẽ,magnitudine inter ſe omnes hi affectus diſtantes.Quamobrem initio ſtatim Herophilus operis de Pulſibus magiſtri ſui euertere ſententiam molitur: verum,quod ſolenne Herophilo eſt, obſcura oratione.quam ipſius diſcipuli mutantes apertius ſcripſerũt ijs in lucubrationibus, quas de Herophili ſecta cõſcripſerũt.Quòd ſi referre hic ipſa verba Herophili velim,quæ in principio libri primi de pulſibus fecit, aut quæ attulerunt eius diſcipuli,requirant integrum librum,qui hæc accurate perſequatur. cum vel nulla de his facta mentione integer meus liber extat,de tremore,palpitatione,conuulſione,& rigore.Mihi verò hoc quoque loco ſatis ſit numero definitionum explicato, quæ in præſentem quæſtionem conuehi poſſunt,illa præterire.Tantum dicam.cum valemus,cordis & arteriarum motus, quando illa diſtenduntur vndequaq;,rurſúſque in ſe conſidunt,obeuntur.Sin autem ægrotemus,vt palpitans,vt concutiens,vel conuulſiuus, vel tremulus motus arteriarum appareat,quid noui eſt,ſi pulſum vocemus modo conuulſiuum,modo vibratum,interdũ palpitantem,interdum tremulum. Quinimò vocare quendam ſolemus vibratum pulſum,qui aperte identidem conſpicitur,cuius in libro primo huius operis declaraui naturam. Sic vel hac ratione appoſueris parum recte definitioni pulſus,naturalis.De ſenſibili verò,poſteaquam hoc quoq; additum nõnulli volunt:quod ſæpe apud Ariſtotelem refertur,operępretiũ eſt meminiſſe.Nam rem ille vir cumulate nonnunquam perſecutus,addendum ei dicit aliud quiddam ob ſophiſticas cauillationes,externi,quod videatur ſemper ad definitionem facere.Ac ego ferè pulſum deſcribo,arteriarum eſſe & cordis ſenſibilem motum,maxime quod ἀσφύκτους appellemus, hoc eſt,pulſu priuatos,quibus motus non ſentitur:tametſi ille incolumis ſæpe ſit,quod ad ſuam pertinet eſſentiam.Neque enim viuerent,ſi omnis perijſſet motus cordis & arteriarum.

Herophilus obſcurus eſt.

Deſcriptio pulſus Galeni.

Alexandri Philalethis definitiones.

a THerophilius tamen Alexander Philalethes cognomine,quo iſtas calumnias declinaret, definitionem duplicem pulſus fecit: alteram ex ipſius rei propria natura,quam vt in ſubiectis appellat:alterum vt in conſideratione.Ac pulſum vt in ſubiectis,eſſe cordis ait & arteriarum contractionem atq; dilatationem ſpontaneam, quæ animaduerti poſſit. Illam vt in conſideratione,ictum ex arteriarum perpetuo ſpontaneo motu ad tactũ,& interuallum quod ictum excipit.Porrò confirmat hæc rationibus, vt putat,probabilibus quinto in libro Placitorum. Quod etiam fecit Heraclides,vbi librũ confutat Herophili de pulſibus.Multis autem argumentis Philalethis definitionem,qui eius memoriam ſecuti ſunt,oppugnauerũt, quibuſdam illis mire leuibus,ac plane contentioſis:aliquibus plus & minus probabilibus.quæ quidam de illius familia confutauerunt,multáq; verba vltro citróq; facta ſunt.De his ego ſummatim paulo inferius fortaſſe pertractabo. Aſſcribam tamẽ prius Demoſthenis definitiones,vt erat eius doctor,Philalethis cognominati.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 79 sur 282

©BIU Santé

Demoſthenis Philalethis definitiones.

Ic tres reliquit de oculis libros apud multos commẽdatos. Qui qui-
h dem etiam pulſum iuxta ac Alexander diuidit,dicitq; illum pro ſub-
iecto,eſſe cordis & arteriarum diſtentionem,vel cõtractionem natu-
ralem,quæ valeat animaduerti.Alterum,ex quo conſiderationes inſtituimus,
cordis vel arteriarum ad tactum ictum naturalem,interuallúmq; quod ictum
excipit. Hic in definitionibus coniunctione vtitur diſiunctiua vel,arbitratus
copulatiuam &,quòd ex ambobus conſtituitur, tantum definire, vtrunq; ve-
rò ſeparatim non definire.Eſt autem eius ſententia,arteriarum motum per ſe
ſolum eſſe pulſum.Et cordis item per ſe ſolum eſſe. Eſſe etiam vtrunq; ſimul
pulſum.Ita ſolam diſtentionem vocari pulſum,& contractionem,& vtranq; ſi-
mul.Inductus eſt ſic pulſum appellari,quòd ex diſtentione magnus vocatur,
& paruus,vehemẽnſque,& languidus,celer,& tardus:Ex contractione rarus,
atq; creber. Proinde vbi pro ſubiecto partes pulſus exponat, diſtentionem &
contractionem vocat.Cum verò pro cõſideratione,ictum & interuallum:ſen-
ſu putans contractionem non poſſe percipi.At verò magna hic denuo cõten-
tio Medicis fuit, non iam de nomine tantum,vti multæ ſuperius:nec verò an-
xia & inanis,vt pleræq; illarum: verum quæ ad caput ipſum & ſummam perti-
net cõmentationis. Equidem cum meo inſtituto expenderem citra pronun-
tiationem tamen, vt alia, quæ apud Medicos ſunt controuerſa, ſic hoc quoq;,
permultos annos hæſitatio mea non potuit explicari. tandem aliquando repe
ri cauſſam eorum diſſenſionis.Quare vnũ de hoc ſolo librum ſcripſi, primum
de dignoſcendis pulſibus.vbi explicatum eſt,qui contractionem pulſus ſenſi-
bilem obtinent,& qui non. Vnde vniuerſa diſputatio illius libri ad eos plane
dirigitur,qui ex ictu pulſum & interuallo putant cõſtare.Nam ſunt,qui etiam
abſq; diſtinctione definitionis pro ſubiecto ab definitione pro conſideratione-
bus, abſolute dixerunt pulſum ex ictu & interuallo conflatum eſſe. Atqui,vt
dicatur ex diſtẽtione & contractione cõſtare,quæſtio exiſtit quædam de quie-
tibus,& quam à diſtentione ante contractionem,& quam ante diſtentionem à
contractione cor molitur & arteriæ.Quòd etiam ſi quãdo cordis nomen præ-
tereamus,ſolas autem commemoraremus arterias,interpretandum eſt de il-
lo dici eadem. Quemadmodum ſi de corde quid referamus, omiſſis arterijs,
Quies in reſpiratiõe duplex. accipere oportet dictum de illis idem.Eandem habet perplexitatem, in reſpi-
ratione quies duplex reſpiratoriorum inſtrumentorum. Quieſcunt enim &
thorax & pulmo id temporis,quod intercedit inter ingreſſum ſpiritus & exi-
tum. Atq; pro tempore quidem harum quietum raram appellãt, vel crebram
reſpirationem.Veruntamen non ſimiliter hæ quietes dignoſcuntur,atq; pul-
ſuum.Perſpicuæ enim ſemper in reſpiratione ſunt.At quietes in pulſibus qui-
dam dixerunt nullo poſſe modo dignoſci,quidam ſolam externam,quam qui-
dem & nos vocamus ſenſibilem,at non in omnibus tamẽ pulſibus. Itaq; vt re-
ſpiratio crebra & rara in ſignis eſt magnis, ita etiam pulſus creber atq; rarus,
Quietes an partes reſpiratiõis & pulſus ſint. vt diſces in præſagatione ex ijs.Quietes autem partes ne totius reſpirationis
ſint & pulſuum,in controuerſia eſt. Etenim non primo,ſed per accidens,qui
in ea opinione ſunt,in partibus numerãt harum functionum,quietes.Nam in
inſpirationibus quidem expirationibúſq; perſpicuo operari inſtrumẽta reſpi-

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 80 sur 282

©BIU Santé

rationis.In pulſibus diſtẽto & cõtracto corde quietes interpellantes has actiones inſtar eſſe quietis,quæ illis ſuppetere etiã in defunctis cernitur.Quemadmodũ etiam qui pulſum aſſerunt actionem eſſe arteriarũ & cordis,vel motum arteriarum & cordis,vel diſtentionem & contractionem arteriarũ atq; cordis: omittere quietes videbuntur,non paruum ad præſagiẽdum momentum.Rarus itaq; & creber pulſus cum ęqualitatẽ ſua & inæqualitate,cũ perturbatione ordinis & ordine ſunt huius generis,qui non parua nũtiant. Itidem intermittẽs pulſus,& intercurrẽs, ex eodem hoc genere,futurorum ſunt non parua ſigna. Ergo ſi definiẽdo pulſui voles orationem de quietibus inſerere, partẽſne habẽdę illę ſint pulſuũ,an ſecus: ꝙ ſi partes ſint,vtrũ primę & per ſe,an per accidẽs,multũ profecto tẽporis in eo pones.Verũ quod in alijs fecimus,vt,cũ progreſſi vſq; ad detectã vbiq; loquacitatẽ eſſemus, ad aliud trãſiremus,idem nũc faciemus,reuerſi ad Alexãdri & Demoſthenis,quas de pulſibus fecerũt,definitiones.Sanè videtur,ſi non verbis,at ſentẽtia cũ doctore ſuo Demoſthenes cõſentire.Nanq; functionẽ Alexander pulſuũ ſpõtaneã eſſe dixit. hic naturalẽ.Et ille,quę poſſit animaduerti: hic,quę animaduerti valeat.Nec verò aliter in definitione pulſus pro ſubiecto,cũ magiſtro videas Demoſthenẽ ſentire.Eodẽ modo in definitione pro cõſiderationibus.Cõſtat enim,ictũ dicas an percuſſũ,nil intereſſe.Nec etiã,ſpontaneũ dicas an naturalẽ.Nam eo tantũ,ꝙ coniunctionẽ vel in definitione intulit,ante diximus à prẽceptore eũ diſſidere,quaq; id ratione fecit.Deinceps iam,quas attulerũt alij Herophilij,attẽdamus definitiones.

Bacchii definitio.

b Acchius quidẽ alijs in auſcultationibus pulſum dicit diſtẽtionem & contractionem eſſe,quę ſimul fiat in omnibus arterijs.In hanc definitionẽ diſputarunt cum cõtumelia Eraſiſtratij,poſtulare ab ſuo errore inſtituẽtes.Siquidẽ illorũ eſt opinio cor primũ prę omnibus arterijs diſtẽdi atq; contrahi,immiſſo autẽ in arterias ſpiritu ab illo,ſimul atq; impleãtur, diſtendi: primum ipſi cordi vicinas,deinde quæ has cõſequũtur,mox his proximas: atq; ita cõtinẽter ad extremas omniũ arterias motũ penetrare,omni ipſis arterijs facultate vacantibus tum peculiari, tum à corde ipſis ſuppeditata,cuius ſe ipſæ ope diſtendẽt vt cor,cõtrahántq;.At Herophilo in arterias placet,quia ſunt cũ corde cõtinentes,per tunicas influere ab illo vim,cuius ope perinde atq; cor, dum diſtenduntur,ex omnibus partibus,vnde poſſint,attrahunt, quod impleturum ſuam capedinem ſit: dum contrahuntur, reddunt. Itaq; eas ſimul vno tempore omnes videri diſtendi & cõtrahi: idémq; conſtitutum ac cor vtriuſq; motus ſeruare.Eraſiſtrato autẽ conſentaneũ eſt,non vnà videri cor & arterias diſtendi contrahíq;.quod res ipſa aperte negat.Quo minus Eraſiſtratij probe Bacchium accuſarũt id aſſerentẽ,quod res ipſa mõſtrat.Illi contradicerẽt melius,qui ſolorũ naturalium pulſuum cõtendunt inſtitutam ab eo definitionẽ. Nam cum ægrotat animal,attendi interim non ſimul pulſare omnes arterias.

Ariſtoxeni definitio.

q Vod Ariſtoxenus Herophilius non ſolum reprehẽdit,verum etiam genus pulſuum in definitione deſiderari, ex eius verò diuiſione aliquid dictũ de diſtẽtione & cõtractione eſſe. Nam pulſum ille dicere vult functionẽ arteriarum eſſe. Scilicet primum hoc genus eſſe. Deinde quia

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 81 sur 282

©BIU Santé

functiones arterijs præterea aliæ ſunt(creſcunt enim,& nutriuntur)addit peculiarẽ.Ita hæc eſt tota definitio.Pulſus eſt functio cordis & arteriarũ peculiaris.Sanè genus rei,quãcunq; definiamus exprimẽdum in definitione eſſe ante alia,recte Ariſtoxenus dixit.At quia quoddam eius eſt genus continuum(Ita enim vocant,ante quod nullum aliud intercedit)Quoddã autem vno vel altero intercedente,aut etiam omnium ſupremum:quodnam genus,non parum quæſitum eſt, cæteris in definitione ſit præponendum: ſupremum ne genus,à quo amplius nullum eſt generalius,an cõtinuum,an aliquod etiam, quod inter hæc intercedat,vbi ſit vtroq; manifeſtius.Quamobrem merito quidam cõtẽti fuerũt cõtinuum & proximum genus pulſuum motum dixiſſe. Sed enim quòd motus varij ſunt (Nam latio,& alteratio, auctio,tabes, adhæc generatio interitúſque videntur motus eſſe) quemnam velint motum eſſe pulſum, par erat aperire.Dicent ſanè lationẽ. Deinde quia multas habet latio differentias, addendum erat, quam lationem velint eſſe efficientium pulſus inſtrumentorum. Superne aliquis à primo genere exorſus, ſi Dialecticos ſequi volet, definiat pulſum cordis & arteriarum functionem eſſe, quæ motu lationis obitur, diſtentis illis cõtractiſq;.Erit fortaſſe,qui his quietes cenſebit addendas:vt certè voluerunt quidam.Alij cõtrà detrahunt,quaſi quæ per accidens, nõ primo fiant.Verum in Ariſtoxenum hæc ſufficiunt,qui cum Dialecticè voluit definire,leges præterijt ipſe dialecticas. Volunt enim iſti, qui venditãt definitiones, à primo nos genere exordiri, deinde per media progredi, itáque facere definitionem.Equidem exemplum fortaſſis adducerem iſtiuſmodi definitionum, niſi Platonis extarent duo libri, quos habent omnes in manibus:in quibus docet nos atque exercet,vt ex diuidendi via & ratione faciamus definitiones. Titulum dedit horum librorum alteri Sophiſta,alteri Ciuilis.

Genus in definitione ante alia exprimendum.

Motus diuerſi.

Zenonis definitio.

Ed ad Zenonis nos definitionem viri Herophiliorum nemini ſecũdi conferamus.Hic pulſum dicit eſſe partium arterioſarum mixtam ex contractione & dilatatione functionẽ:ex qua eundẽ omnibus in partibus ordinem conſonum fuit eſſe,ſiue æqualibus illa,ſiue inæqualibus temporibus abſoluatur.Itaq; functionem ille dicendo mixtam eſſe,non genus modo dixit pulſuum:ſed & proximã,vt credit,differentiã. Vbi præterijt,q̃ motu functio obeatur,eóq; lationis.Meminit autẽ lationis ſpecierũ,vel differẽtiarũ,diſtẽtionis & cõtractionis. Neq; enim obſcurũ eſt dilatationẽ pro diſtentione eum accepiſſe. At non male mixtum dixit eſſe motũ,non ſimplicẽ,neq; vnius formę. Siquidẽ ex cõtrarijs partibus cõſtat,vt motus in reſpiratione.Etiã illud liquet, alterã partẽ illum nolle cõpoſiti huius motus appellare pulſum,cæterũ pulſus partẽ.Nam qui putãt,quia magnus pulſus ex diſtẽtione denominatur,cõtinuo diſtẽtionem etiã totum appellari pulſum,hi non animaduertũt, interdũ ex his quæ accidũt partibus,totũ inuenirę cognomen.vt hic,ſimus homo,aquilus,ceſius,χαροπὸς,id eſt flauidis oculis,caluus:in aliiſq; permultis à partiũ affectu cognomen totũ mutuatur. Iam cũ alij Herophilij propè omnes vel arteriarũ, vel cordis,vel horũ amborũ diſtẽtionẽ & cõtractionẽ appellẽt pulſum,hic non cordis & arteriarũ,ſed partiũ dixit arterioſarũ,quęſtione,quã dixi ſuperius,quę de corde eſt,adductus.Exoritur enim animãtis maxima arteria ex cordis ſiniſtro

Totũ interdum à parte denomiatur.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 82 sur 282

©BIU Santé

ſinu.Huius ſinus corpus non eſſe ſimile arteriarũ corpori,vel illi fatentur,qui arterioſum eũ vocãt.Nam vt neruoſum appellamus aliquod corpus,quod tamen diſtat à neruo:ſic arterioſum hũc ſinũ vocauerunt,ſubſtãtia plane diuerſa prædituũ ab arterijs.Verũ non obtinẽt ab aduerſarijs,vt recte vel arterioſus vocetur:q̃ eadẽ natura ſit ac dexter,qui eſt carneus.Quocirca cor quidã in muſculis poſuerũt.quorum errorẽ alio loco deteximus.Id autẽ vt dicere auderẽt, ſimilitudo eos corporis ſubſtãtiæ induxit,quæ illis eſt.Repræſentat enim ita vt maxime corpus cordis duros muſculos.Et verò etiã manifeſte vtroq; ſinu videtur pulſare,& dũ in corpore adhuc eſt,& cũ exẽptum eſt,aliquãtiſper.Quin etiã quod pulſũ naturalẽ tãtũ Zeno definiuit,merito & in eo eſt culpatus.Nam eũdẽ in omnibus partibus eſſe ordinẽ motus arteriarũ,in valẽtibus quidẽ verũ eſt:in affectis fit,cũ falſum ſit.Inſimulat porrò Ariſtoxenus Zenonẽ, vt multos alios de additione ſuperuacua hac,cũ dicat,ſiue ęqualibus illa,ſiue inęqualibus abſoluatur tẽporibus.Siquidẽ cõmunẽ notionẽ & generalẽ pulſuũ nõ cõplecti nec hoc,nec aliud prorſus quicq̃ eorũ,quæ ex diuiſione rei,quæ definienda eſt, proficiſcũtur.Nam hominẽ qui animal eſſe dixit,inde ei addidit differẽtiã pedeſtre,poſtea bipes,non opus habet etiã differẽtiã ipſorũ hominũ vt addat.vt hæc ſit definitio.Homo eſt animal pedeſtre bipes. In quo artifices,inertes,ſapiẽtes, & indocti cõtinẽtur.Solorũ enim hæ hominũ quidẽ ſunt differẽtiæ:inutiles illæ tamẽ,quod ad propriã definitionẽ attinet.Quòd ſufficiat,vel animal pedeſtre bipes dicere,vel animal rationale mortale.Neq; enim quę definiẽda res propo nitur,eſt,vt dixi,partiẽda:ſed genus eius,atq; hactenùs diuidẽdũ,dum quod intẽdimus,aſſequamur.Cuius ſi exacte notio cõpleta ſit,definitióq; abunde eſſentiam declaret,inutile eſt,quicquid deinde addatur,maxime ſi ex diuiſione eius rei adijciatur,quæ definienda eſt. Nanq; quod cõmune eſt omnibus pulſibus, id debet in definitione proferri:quæ eſt res, per quam pulſus cõcipiuntur,& dicuntur:non per quã certi quidã pulſus.Nam ſi quam attingat differentiam definitio,ſubiectam propoſitæ rei,reprehendendi cuiuis anſam præbebit,non recte prætermiſſa cætera eſſe. Nam ſicut Zeno adiecit,ſiue inæqualibus temporibus abſoluatur,temporis pulſuum ſcilicet ſubijciens differentiam:ita alius addet magnitudinis,alius vehementiæ,erit qui crebritatis,alius numeri, deniq; omnes differentias reliquas alius atq; alius.Quamobrem iure illi definitionẽ Zenonis nimium exuberantem & ſuperfluam conſciderunt. Habuiſſent etiam,ſi libuiſſet,illa obijcere,quæ Dialectici prodiderunt de definitione, in qua dictio abundat. Demõſtrant enim viri illi dictionis acceſſionem,de re, quæ definitur,detrahere.vt,hominem ſi dicas eſſe pedeſtre animal Geometriæ peritum.Nam Geometræ qui non ſunt,non erunt homines. Nunc quando confutationem huius definitionis, quàm porrò poſſit produci, aperuimus: tranſeamus à Zenone ad Chryſermum,cuius hæc eſt definitio pulſus.

Res in definitione non eſt partiẽda.

Chryſermi definitio.

Vlſus eſt dilatatio & cõtractio arteriarũ, exurgẽte vndiq; tunica,& in ſeipſam rurſus cõſidẽte ab animali facultate atq; vitali,comitãs perpetuo tam ſanitatẽ q̃ morbũ,ad ſenſum tenuis.Videtur enim hic etiã vir p præterijſſe cor, & tunicæ arteriarũ circularẽ eleuationẽ & cõcidentiã pulſum appellare,quas pleriq; diſtẽtionẽ & cõtractionẽ vocauerũt.Quod verò præter-

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 83 sur 282

©BIU Santé

miſerunt quidã de familia Herophili,hic addidit.Ab animali enim & vitali,inquit,facultate hũc arteriarũ motũ proficiſci:ſuperfluo illud additũ quidẽ,ſi definitioni,quã vocãt,notionis aſſignes.quod tamẽ nõ abũdat his,qui definitiones eſſẽtiales poſtulãt.Nam rerũ,quæ poſitæ in generatione ſunt,definitio cauſſam cõplectẽs efficientẽ,optima habetur.de quibũs eſt pulſus,qui,vt cæteri motus, dum fit,eſt. At recte ne,an ſecus ab animali & vitali facultate effici dixerit pulſum,nõ paruã ea oratio quæſtionẽ habet.quã quidẽ,q̃ omnia volo vbiq; dicere, preſenti lucubrationi inſerã,etſi rem nõ neceſſariã.Nã quæ rei exponũt eſſẽtiã definitiones,placita cõſequuntur definiẽtiũ:quæ cõfutari priuatim debẽt,non eorũ nomine negotiũ definitioni faceſſi,vt nõ legitime factę.At vbi veritas illorum agitur,illic verboſa hęc diſputatio locũ habet.Quòd ſi quis vitio vertendũ ducat,q̃ in vnã ambas definitiones cõfuderit,& notionis,vt vocant,quæ poſita eſt in cõmuni intelligẽtia:& eſſentialẽ,quã vocant,quę eſſentiã rei aperit:recte ſanè accuſabit:& verò etiã cõplures definitiones,quas retulimus,iſti crimini oſtẽdet affines eſſe.Nam omnis diſciplina ab aliqua notionis definitione ducere initium debebat.Ab illa vel paulatim ad eſſentiales progredi,aut repẽte ad eam,quæ ad amuſſim explicet rei propoſitæ eſſentiã.Equidem initio ſtatim dixi huius libri,qualis eſſe notionis definitio debeat:quales autẽ,quæ pedetẽtim ab illa recedunt.Quo eſt hic minus nobis inhærẽdum.q̃ cum hoc declaratum ante ſit,tum alia etiam omnia,quæ in definitione Chryſermus poſuit.

Heraclidis Erythræi definitio.

a T Erythręus Heraclides clariſſimus eius diſcipulorũ,parum videtur magiſtri definitionẽ probare. Diſtẽtionẽ enim dixit & cõtractionẽ arteriarũ atq; cordis pulſum eſſe,à vitali & animali facultate plurimum valẽte effectũ.Nam q̃ diſtẽtionẽ dixit pro dilatatione verbo tãtũ diſſidet ab illo, non re.Quòd verò de illa detraxit,comitãs perpetuo tam ſanitatẽ q̃ morbũ,in re diſſẽtit.Omittit hoc enim pro ſuperuacaneo,ſicut illud ad ſenſum tenuem eſſe illũ motũ arteriarũ & cordis,tametſi perpetuo in ſanitate animaduerti pulſum ad eius pertinet notionẽ:nec non in alijs pleriſq; ægritudinibus,at non in omnibus.Illud verò ad ſenſum tenuẽ eſſe motũ eorũ,declarauimus antea,quã requirat diſcretionẽ,eo loco,vbi definitiones Alexãdri & Demoſthenis examinaremus.Demit præterea,inſurgẽte vndiq; tunica & in ſeipſam rurſus cõſidẽte:quòd illa ſcilicet per diſtẽtionem & cõtractionẽ,ſignificentur.Ad illud verò quod dixit Chryſermus à vitali & animali facultate effici pulſũ,adiũgit Heraclides,plurimũ valẽte.quatenus alia etiã quædã facere ad generãdum pulſum cũ ipſe cõfirmat Herophilus, tũ omnes qui ab eo ſunt Herophilij nominati.tametſi reprehẽdat Ariſtoxenus & hũc & Apolloniũ Murẽ,qui etiã addit plurimũ valẽte.Neq; enim,inquit,quod erat cõmune cuiuſlibet naturalis fũctionis, parerat,vt ppriũ pulſibus attribuere.Reprehẽdit etiã vndiq; tunicã arterię circulatim dilatari in definitione dictũ eſſe,nõ modo,vt Heraclides tanq̃ ſuperuacaneũ:ſed q̃ etiã pulſus quidã nõ naturales arterię diſtẽtionẽ nõ ęqualẽ moliũtur, veluti ſui partẽ.Sed verò calũniatur hũc planiſſime. Nam ſi ipſe in definitione Chryſermus poneret,ęqualiter,iuſta ſit eius obiectio ſubijciẽtis prędito pulſus motibus inæqualibus.Verũ quãdo ſimpliciter dixit inſurgẽte vndiq; tunica,& in ſeipſã rurſus cõſidẽte,nullus crimini relictus eſt locus.Omnino ſi id agebat,

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 84 sur 282

©BIU Santé

vt Chryſermũ reprehenderet,præſtiterat orationẽ ad illos pulſus deflectere,in quibus in modũ fidis videtur tenſa arteriæ tunica. vbi fertur ſurſum deorſum arteria,non diſtẽditur tamen.Nam hoc dixerunt quidam ad declarãdum eum pulſum,non ab re illi quidẽ,parum tamen ad abſolutã notitiam.Atqui vt pror ſus non diſtẽdantur nec cõtrahãtur viuo adhuc animali arterię,plane fieri non poteſt.Quo minus autem animaduertatur hoc arterias habere,fieri poteſt de breuitate diſtẽtionis,& adiũcta ijs arterijs vibratione.Diximus itaq;,tum cõtẽtarum fidiũ arterias ſpeciẽ habere,attollíq; atq; demitti,non diſtẽdi tamẽ & con trahi aperte.Sic ne hac quidẽ ratione mẽdacij poſtulet Chryſermum de circulari diſtẽtione & contractione arteriarũ.qui non de ſenſibili eorũ motu definitionem,ſed de eſſentiali ſubſtãtia pulſus fecerit.At cui etiam hæc cordi eſt vel ipſi legere,quæ illi viri ſcripta reliquerũt:vel in cõmentarios referre,Erythræi ſeptimũ librũ legat de Herophili ſecta,Apollonij vigeſimũnonum,Ariſtoxeni tertiumdecimũ.Mihi quidẽ ſatis eſt,ſi in ſingulis diſſenſionibus capita orationum prodam,itaq; aliò me cõferã.Sic enim fiet tandẽ,vt totũ librum cõficiam. Sed fuerit non incõgruum,ſi hoc apponã.Ipſe Ariſtoxenus,qui Alexãdri Philalethis fuiſſet diſcipulus,& priorũ ſe omneis,vt putabat,definitiones coarguiſſet,atq; hãc cõfirmaſſet eſſe optimã.Pulſus eſt functio cordis & arteriarũ peculiaris.Idem poſtea tamen,nihil cauſſę eſt,inquit,quin etiam talẽ definitionẽ faciamus.Pulſus eſt cordis & arteriarum functio peculiaris,mixta & ſpontanea. Hanc etiam extollit definitionẽ,vt priore clariorẽ.Illi compẽdium tribuit & artificiũ.Ducit enim ſæpe ſpõtaneos motus habere tamẽ aliquid volũtarij.quod quidem,non obſcurum eſt,q̃ multis implicatum ſit cõtrouerſijs & quæſtionibus.Sed de iſtis cum vtraq; ſecta diſceptat hic & reliqui Herophilij.Ab ipſo autem Herophilo diſſidere in eo videatur,q̃ pulſum eſſe exiſtimat functionẽ arteriarũ & cordis:& partes eius ſtatuat diſtẽtionem & cõtractionẽ,nonnunquã etiã quietes.Nam ſi vndequaq; Herophili placita tueatur,cõtractio ſit functio arteriarum,dilatatio in proprium ſtatum & naturalẽ earum corporis reditus. Nam eius hæc eſt ſentẽtia,quẽadmodum diſtẽta in demortuis cernitur tunica arteriæ,& in viuis item ſua ſponte diſtentã eſſe.In cõtraria opinione eſt Aſclepiades.Hic vir cor & arterias arbitratur diſtẽdi,cũ ſpiritu implentur in ea influẽte per ſubtilem cõtextum,qua prædita intus ſunt.Vbi iam in eorum os repletorũ nihil influat amplius,ibi recidere tunicã in priorẽ ſuũ ſtatum illum naturalẽ.Atq; hæc obiter ſubire quæſtio Sophiſtis poteſt,qui ſermonẽ in immenſum volunt producere.Et vt verboſam materiã tibi hic paratã habes,ita ſi quę Philonides Siculus ſcripta reliquit in libro Medicinæ decimooctauo, in manus accipias:Quorũ etiã Agathinus breuibus meminit,ei obijciẽs:primum q̃ male pulſum aſſeruit in ſolis arterijs fieri:deinde q̃ Bacchiũ parũ recte ſecũ cõiũgat,magnũ certe cumulũ loquacitatis hac ratione addideris orationi.Primũ enim epicheremata ſunt cõmemorãda, quibus adductus arteriarũ ſolarũ Philonides pulſum arbitratur. deinde illa refellẽda. Tertio Bacchiũ demõſtrabis in hunc modũ locutũ in auſcultationibus.Pulſum eſſe cõtractionẽ & diſtẽtionẽ omniũ arteriarum.In cõpendio verò pulſuũ ſic ad verbum ſcribit.Pulſus,& omnis pulſus affectus arterijs dũtaxat & cordi accidit.Rurſus paulopoſt.Nam pulſus,quod dictũ eſt,dilatatio eſt arteriæ,vel arterioſæ partis cordis.In primis

Altera Ariſtoxeni definitio.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 85 sur 282

©BIU Santé

hoc tibi fac hęreat,hactenus ſolorum ferè Herophiliorum nos commemoraſſe definitiones.cum etiam Eraſiſtratij multas & Aſclepiadij fecerint. Etiam hercle Athenæi Attalenſis aſſeclæ,quos Pneumaticos vocant, etſi non ita multas definitiones,tamen non parũ multas fecerunt.Agathinus quidẽ certe,de quo paulo ante feci mẽtionem,quãquam improbet iſtos,qui omnia definitionibus ſtudẽt docere:ipſe tamen librum primum conſcripſit de pulſibus,vbi ſingula quæ ad pulſum pertinent nomina cum proprijs definitionibus rerum interpretatur.Cæterum alias quidem prætereo.Nam hoc in libro vnius pulſus ſtatui definitionem memorare.Certe quidem demonſtraui ego multis in locis,librum de ſingulis differentijs Pulſuum poſſe,non ſecus ac hunc,confici:ſi magnum pulſum definias vnà cum his,quæ ei ex quãtitate diſtentionis ſunt coniuncta.Et ſi paruum vnà cum adiunctis ex hac:atque hoc modo omnes alios. In præſentiarum,vt dixi,de ſolo pulſu ſtatui ſummatim verba facere.

Agathini definitiones.

Ic ergo Agathinus,qui eos accuſat,pulſum qui volunt omnino definire,tamẽ in loquacitatem & ipſe incidit inanem.atq; etiam liquido in eo offendit,q̃ homonymum pulſum putarit eſſe. Alio enim loco ait. Cordis & arteriarum motum dicimus pulſum eſſe. Aliàs. Sẽſum illum,quem in inflammationibus ægrotus percipit.nam & hunc ait pulſum per homonymiam vocari.Quinetiam ſolam arterię diſtentionem nominari pulſum.quãdo vel magnum,vel vehementem eum dicimus eſſe,qui in contractione non fiũt. Et verò etiam Athenæum ait cenſere contractionem quoq; pulſum appellari. Quam ſignificationẽ iubet Herodotum attẽdere. Huic enim viro ſuũ librum nũcupauit Menonis diſcipulo,qui apud Romanos in medicina exercẽda clarus fuit.Sed conflatum ex compluribus diſtẽtionibus appellari pulſum dicit. Adhæc non ſolum ex diſtẽtionibus cõſtitutũ,ſed & ex contractionibus.Quid, inquit,ſi etiam qui proprius eſt carpi,vocetur pulſus?Equidẽ exiſtimo,inquit, pulſum dici etiam euidentiũ arteriarũ motũ.Ab his omnibus palpitationis ſecundũ præcordia meminit,ecquid hanc quoq; par ſit appellare pulſum.quam quidem habeant nõnulli deliri.eſſe autẽ craſſæ dorſi arteriæ.Quem ſi motũ,inquit,vocamus nõ pulſum,verũ palpitationẽ:erit iam quidam arteriarũ motus, qui non pulſus,ſed palpitatio appelletur. Qua etiam ſignificatione Aegimius Velienſis inſcripſit librũ de palpitationibus,in quo tractat de pulſibus.Sed hoc rurſus loco obrepit aliud argumentũ his,qui ſermones ſtudẽt ducere,ſi diſceptent,an Aegimij ille germanus liber ſit:aut vtrũ cæterorũ Aegimius ſcripſerit de Pulſibus primus,an alius ante illũ.Hoc verò omnino eſt friuolum,illud fortaſſe non inane cẽſebitur,tametſi eſt inane,indagare,vnũ ne à pulſus nomine,an multa denotẽtur. Videtur enim etiam Archigenes in eo cũ præceptore ſentire,multis modis putãs pulſum dici.de quibus ſermonibus,quo aliquis cognoſcat,ad genera eũ in ſpecies & differẽtias partienda neceſſariũ eſt meditatũ eſſe.Nam propriarũ & cõmuniũ ſignificationũ nominũ hæc vna eſt via inueniẽdi.Itaq; multis mihi locis videtur,etiam qui illuſtres in Dialectica ſunt,lapſi eſſe,qui totidem eſſe generaliũ nominũ ſignificationes ſunt arbitrati,quot in ijs ſingulis cõtineãtur propriæ ſpecies.Hoc inquã,ſi quis putauerit nomẽ animal non rem vnã ſignificare.Aliter enim dici animal immortale, aliter mortale:&

©BIU Santé

rationale aliter,expers rationis aliter:& ferũ etiã mãſuetúmq;: adhæc gregale, & ſolitariũ,& id genus reliqua.Proinde ſi hanc diſputationẽ perſequare,diſcipulúmq; exercites ad multa exẽpla,vt ſtatim quod multis cõmune eſt, cernat, & quod vnicuiq; propriũ,non parũ impẽdes temporis.Tamen niſi tali inſtitutione,pulſus vocabulum non oſtẽderis vnã rem ſignificare,vt animalis,etſi ex vtriuſq; diuiſione quamplurimæ prodeant differentiæ.Itaq; hic iam perſpicias etiam longitudinẽ ſermonis, qui integrum item librum requiret, ſi exponere velis,vnde inducti illi pulſum multis modis putãt dici:& quid ſit,quod ijs impoſuit.De quibus ego nõnihil etiam in primo cõmentariorũ,quæ in librũ Archigenis de pulſibus conſcripſi numero octo,dixi. Hic ſatis erit,ſicut antea,ſi vnam ſermonis prolixitatẽ demonſtrem,qui ei habebitur,ſi quis talia perſequi omnia velit.Nam videtur Agathinus,etſi incuſet illos, quamvehementiſſime, qui pulſum conãtur definire,ex ſuis ipſius verbis,nũc functionẽ arteriarum & cordis eum putare eſſe,nunc motum arteriarũ & cordis,nõnunquã diſtentionem & contractionem arteriarum & cordis,non quo inter ſe hæ definitiones pugnent,ſed quòd vna eſt,vt ita dicam, generalior,aliæ contractiores.

Archigenis definitio.

e Tiam Archigenes,qui commentationem putatur de pulſibus confeciſſe,in cuiuſdam initio prægrandis libri definitionem hãc ſcripſit. Pulſus eſt cordis & arteriarũ diſtentio atq; contractio naturalis. Addidit hanc dictionẽ naturalis ad definitionem Agathini ob cauſſam,quam ante explicaui.Ex diſtentione atq; contractione vt partibus arbitrantur cõſtare pulſum Pneumatici omnes:actionem putantes vtrunq; motũ eſſe.cum Herophilus & Aſclepiades ſentire aliter videãtur,Herophilus de diſtẽtione & contractione arteriarũ peculiarem quæſtionẽ inſtituere prolixiorẽ. Nam ſubinde putabis eum & diſtentionẽ & contractionem cẽſere actionem eſſe: ferè tamen vnam cõtractionẽ.Aſclepiadis verò,qui nullã ducit facultatẽ eſſe,abs qua cor & arteriæ moueantur,varia eſt oratio,cũ in alijs functionibus naturalibus ani malibúſq; omnibus,tum in hac. Dicas enim interim ſtatuere eas illũ ne actiones quidẽ eſſe.quanquã hoc conſequẽs eſt ſuppoſitionibus ipſius:interim verò functiones eſſe ponere,veluti abutẽs nomine,aut cõſuetudini cõcedẽs.At verò familia Athenæi,vt dixi, omnis vtrunq; motũ in functionibus habet,& diſtentionis & cõtractionis. In qua etiam nos ſentẽtia ſumus:neq; tantũ de arterijs & corde,ſed etiam de thorace. Quippe quẽ etiam demonſtrauimus agere diſtendendo ſe & cõtrahendo. Diſtinguo autẽ tum in thorace,tum in arterijs lationes in medium ſtatum ab extremis, quæ nũc citra actionem,nũc cum illa fiunt.Horũ ſi iam demonſtrationes in hunc ſermonem conijcias,hac re ad longitudinem tibi multum proficietur.Ad hæc ſi nominũ varietatem, qua in definiendo ſunt vſi,& hercle quas adduxerunt probabiles cauſſas, recenſueris: deinde quemadmodum eas quidam reprehenderunt:poſtea quomodo dicta ſua defenderunt, alius hinc orationi accedet friuolæ prolixitatis cumulus.

Magni definitio.

m Agnus verò non diſtentionem & contractionem,ſed etiam inflationem & concidentiam ſenſibilem, cordis eorúmq;,quæ illi afficiuntur ſimiliter,dixit pulſum eſſe.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 87 sur 282

©BIU Santé

Athenæi definitio.

T ipſe ſectæ illorũ princeps Athenæus pulſum definiuit motum,per
a diſtentionem,naturalem & ſpontaneum ſpiritus eius,qui in arterijs eſt & in corde:quíq; ex ſeipſo & in ſeipſum mouetur,vnáque cor mouet & arterias. Vbi non eſſentialem modo definitionem fecit. ſed addidit & cauſſam.quemadmodum definiri Dialectici volunt ea,quæ dum fiunt,ſunt.Et compendioſius etiam,pulſum dicit eſſe manifeſtum perſpiratum, ad ſenſum per ſe quidem tenuem,cordis & arteriarum. Iam Athenæi etiam hæc eſt definitio.Pulſus eſt diſtentio & contractio cum perſpiratu cordis & arteriarum. Si cui autem cordi eſt,hiſce definitionibus confutandis confirmandíſq;, longiſſime de ijs orationem extendat licet. Iam verò alij quidam de Pneumatica ſecta definitiones pulſus fecerunt aliquantum,vt dixi,variantes. Quo minus eas cõmemorare ſtatui: q̃ perſtringere quambreuiſſime orationem ſtudeam.

Aſclepiadis, eiuſque diſcipulorum definitiones.

Sclepiadis etiam diſcipuli fuerũt inter ſe diſcordes.quòd definitioni-
a bus quidam Aſclepiadis aliquid adijcerent. alij detraherent,alij conuerterent.Nam ipſe Aſclepiades quidem pulſum dicit eſſe diſtentionem & contractionem cordis & arteriarum.Hic multi eius diſcipuli addunt, quæ non ſemel,ſed identidem in vna inſpiratione fiat. vt tota definitio hæc ſit. Pulſus eſt diſtentio & contractio cordis & arteriarũ,quæ non ſemel ſed identidem in vna inſpiratione fiat.Sed decepti quidam ſunt ab eo,quòd in libro ſuo de reſpiratione & pulſibus ſcripſerit in eum modũ iſta verba: obliti orationis, vbi hoc ſcripſit. Nam demonſtrare inſtituit, quæ ſimili modo fiunt in reſpirationibus & pulſibus,& quæ alio,diuerſóque. Ac vbi diuerſitatem declarat,iſta cõmemorata verba ſunt ſcripta: quò reſpirationem ſepararet à pulſibus, quibus hoc eſt aſſcriptum:quæ non ſemel, ſed identidem in vna inſpiratione fiat.

Moſchionis correctoris definitio.

Lij porrò quædam adiecerunt præterea,de quibus Moſchion eſt co
a gnomine Corrector: quòd Aſclepiadis ſcripta quædam corrigeret, non vbique cum eo ſentiens.ſicut nec cum Herophilo Alexander. Ego verò ſimul vt Moſchionis definitionem narrauero, recedam ab ſchola Aſclepiadis. Pulſus eſt motus peculiaris cordis, arteriarum, venarum , cerebri, ambientíſque hoc membranæ: quæ in vna inſpiratione non ſemel, ſed identidem fiat. Atqui non puto deſiderare te interpretem horum, quæ definitio habet, ſi quid memor es hactenus dictorum.

Eraſiſtrati Diſcipulorum definitiones.

Vare ſit operæpretium fortaſſe tranſire ad Eraſiſtrati diſcipulos,qui
q inter ſe non minus ac alij diſcordauerũt.Siquidem hoc quidem mireris,non tãtum diuerſarum ſectarum Medicos, ſed illos etiam, qui vnum virum ſectarentur,diſſenſiſſe pleroſq;.Quoſdam etiam duas & treis definitiones conſcripſiſſe. vt Apollonius Stratonis filius,vnam hanc. Pulſus eſt dilatatio arteriæ, quæ completione fit ſpiritus à corde emiſſi. Alteram hanc. Pulſus eſt arteriæ dilatatio & contractio,à facultate quæ illis adiuncta eſt proportione. Ac tertiam aliam.Pulſus eſt dilatatio, quæ facit,vt tactum arteria feriat. Atq; hanc definitionẽ tertiam æquipollere definitioni pulſus in conſide-

Apollonij Stratonis F. definitiones.

©BIU Santé

ratione poſiti nuper ab Alexãdro allatę,nemo eſt qui neſciat.Prima autẽ quam ſcripſit eſſentialis eſt,conſentiens Eraſiſtrati ſententiæ. quandoquidem putat arterias,vt ſuperius etiam memini,ideo diſtendi, quòd compleantur ſpiritu à corde ſuppeditato.Nam completionem volunt nos,nõ impletionẽ dicere, ne quis omnem in contractionibus exiſtimet ſpiritũ euacuari. Secũda definitio facultatum etiam mentionem facit. quã alij rectius Eraſiſtratij fecerũt, qui pulſum eſſe dixerunt diſtentionẽ & contractionẽ arteriarũ & cordis,quã vitalis facultas & animalis efficit. Nam ipſe Eraſiſtratus in commentarijs de febribus aperte affirmauit etiã animalem eſſe in corde,nedum vitalem facultatem. Non nullis illorum ſatis fuit dixiſſe pulſum cõmunem actionem eſſe cordis atq; arteriarum. Quidam anxie magis diſtentionem arteriarum cordi contrariam eſſe pulſum affirmauerunt:quando attollitur cor,eodem tempore contrahi arterias exiſtimantes:& cum illud contrahitur,tum diſtendi arterias.At verò Apollonij prima definitio ſolam declarat diſtentionẽ eſſe pulſum,quam dilatationem appellauit,hiſce verbis. Pulſus eſt dilatatio arteriæ, quæ completione fit ſpiritus à corde emiſſi. Eraſiſtratus verò videtur nõ naturalem arteriarum motum appellare pulſum,verum motũ duntaxat in inflammatione.Id quod eius verba arguũt in primo commentario de febribus. vbi vocat motũ arteriarum, quẽ naturalem nos pulſum appellamus. Quem verò in inflammatione ille immutationem dicit habere,pulſum videtur vocare: non cenſens ſcilicet cuiuis arteriarum motui eſſe pulſus nomen attribuendum:ſed ſoli ei,qui ab affectu in inflãmatione à naturali ſtatu deducitur. Cernis igitur verborum copiam,qua abundabis,ſi cuncta hæc perſequare,& quæ in ſe Eraſiſtratij mutuo,ac quæ in alios diſputarũt,commemores:& quæ item illi reſponderunt his. Cum igitur capitibus ego tantum recenſendis librum iam totum confeci,ídq; multis etiam præteritis illorum definitionibus: quid,qui exequi omnia velit,nonne treis libros atque adeo quatuor habebit conficiẽdos?Fac verò confectos eſſe,& aduleſcentem quempiam, qui in nugatorem incurriſſet præceptorẽ, qui omnia dicere velit,nihílq; præterire eorum quicquam,quæ tradiderunt Medici,longo tempore illa & ſummo ſtudio edidiciſſe:poſtea cõgreſſum apud ægrotum aliquem eſſe cum alio aduleſcente,de alio magiſtro rationem docto cuiuſque pulſus dignoſcẽdi, & quid denuntiare ſolent:vtrum dices commodi aliquid inuenturum ad præſagiendum de ægroto:aut vtrum nomen aſſecuturum apud ægrotum & præſentes. Nam alter aduleſcens,qui pulſus ſit definiendus,multis verbis aget.At morbus periculo ne vacet,an cum periculo ſit:& diuturnus ne erit,an breui iudicatio ſit expectãda,planè neſciet. Alter aduleſcẽs exacte hæc præſentiet prædicétque præſentibus,ſed eum ratio definiendi pulſus fugiet. Hæc autẽ aperte declarabit contentio,quæ ratio docendi vtilis,quæ inutilis ſit. Verũ vt eſt in prouerbio.Dulce bellum inexperto.ſic iſti vidẽtur mihi,qui omnia volunt definire,prorſus quæſtiones ignorare, quas Dialectici de ratione definiendi inſtituerũt.Nam definitione quidem ſignificationem explicare propoſiti nominis,ſi quidem propoſitam rem non omnes planè aſſequantur,nõ dico conducit,ſed neceſſariũ eſt.Neceſſarium etiam,vbi quis vel verſutia de induſtria, vel imprudẽs præ ſtupiditate ſignificationes cõmutet nominum, tribuẽs alijs

©BIU Santé

rebus ea,ac omnes homines.Si abſque vtraque horum ſit, omnino res definitione non eſt aperienda,quòd ſuũ ipſam nomen abunde declaret.Nam definire planè quidq;,ad Sophiſticam diſciplinam pertinet, velle. Mihi quidem hæc licet dicere, qui frequẽtiſſime in quæſtionibus improuiſis feci periculũ. Nam de quauis re ad definiendum propoſita dici demonſtraui poſſe totum diem.Quare non,quò verbis deficiar ad definiendum accõmodatis,in abundantes queror. Sed cum probaui omnium me ad eam loquacitatem eſſe inſtructiſſimum,humanitatis duxi eſſe,ſi artibus inſudantium haberẽ rationem, veritatémque aperirem.non quod plærique faciunt ſcioli, qui ſuſpici, quod ſciunt,quærunt:& verò etiam ampliores ſe ipſi apud alios putãt fore: ſed quæ cognouiſſem,ſemper diſtinguerẽ vtilia ab inutilibus.Omnes enim(cũ à paucis diſceſſum eſt)qui artes tradũt,nugis omnia referſerũt.de quibus hoc eſt, quod hactenus tractauimus.Nam peruaſit Philoriſtiæ morbus non Medicos tantum,ac Philoſophos:ſed oratores etiam,& Muſicos,Grammaticóſq;. Quibus ego,ſi ſapiant,omnibus vno de Pulſibus exẽplo medicinã ſanè præſentẽ feci. Quòd ſi quando per otium multum ſit viſum omneis perſequi & diiudicare cõtrouerſias de definitionibus,ne id quidem facere dubitabo. Siquidẽ inutiles quidam dictitant illas eſſe.Alij vtiles illas quidem,ſed de ratione diſceptant definiendi. Sed iam libros etiam de his duo conſcripſi, tertium & quartum commentarium in ſecundum librum Ariſtotelis de demonſtratione.Cui libro titulum multi indiderunt Analyticorum ſecundorum: & libro de ſyllogiſmo,priorum Analyticorum.

TERTII LIBRI GALENI DE DIFFERENTIIS PVLSVVM FINIS.

©BIU Santé

GALENI DE DIGNOSCENDIS PVLSIBVS LIBER PRIMVS,

HERMANNO CRVSERIO CAMPENSI INTERPRETE.

Partitio commentationis de pulſibus,& quibus in partibus Medici, in quibus philoſophi elaborarunt,poſtea de difficultate dignoſcendorum pulſuum.

DE pulſibus commentationem in quatuor partes ſumus partiti.Prima ſpecierum & generum illorũ differentias recenſet.Altera,quæ eſt hæc ipſa,quam nũc in manibus habemus,agit de ijs dignoſcendis. Tertia cauſſas aperit,à quibus quiſque generatur.Quarta & poſtrema,quid denuntiare ſolent,Medicis ſanè præ cæteris honoratiſſima:quò fit,vt reliquas partes huius nomine tractent:& Philoſophis,qui ſcientiam naturalem inueſtigarunt,nõ planè neglecta. Quam ob rem merito omnium prima pars iuxta ad Medicos & ad Philoſophos pertinet,ſed ſecũda & quarta Medicis eſt peculiarior,vt tertia Philoſophis.Quocirca magnopere vtriq; in tertia elaborarunt:quòd hi omnibus eam præponerent,illi proximã ſtatuerent ſummæ parti.In quarta non perinde quidem ac in hac,eo quòd ſoli de ea Medici ſcripſerunt: plus tamen quã in reliquis laboratum eſt.At in prima Sophiſtis plus ſatis,Medicis qui magis artis opera ſpectant,quàm nugas,ſatis inter diſputandum laboris fuit. Reliquam ſecundam partem,nec Philoſophorum(neq; enim ad tertiam,ſed ad quartã faciebat)nec Medicorum præter Archigenem,idque planè leuiter,attigit quiſquam.Flagitat autem hæc nõ prolixam quidem orationem, ſed tempus alijs ſimul omnibus longius.Nam cum tactu nobis opus eſt exercitato,vt paruã etiam exacte differentiam ſentiamus,tum non eſt in manu noſtra eius exercitatio.Nam compaginũ vſum,& inſtrumentorũ,& verò diſſectiones,vſúmq; faſciarum,& laqueorum,præterea reliquas chirurgias Medico neceſſarias,citra tuam operam fortaſſe diſcas.Et ſanè multa ipſi non obimus,ſed res ipſas molimur imitari,quod etſi ad ſummam non perducat nos, at eo plurimum progredi tamen,& prope finem licet aſpirare. In meditando verò ad pulſus quid inuenias,quod caprizantem,vel vermiculantem,vel omnino quenq̃ referat minus frequẽtium,nõ vulgaris tamẽ rei indiciorũ?Nihil hercle,ne quod accedat quidem.Ad naturam verò eorum alius alio præſtat oratione declarandam. Vt exerceas autẽ te ad quempiam facillime ſimul & exacte dignoſcendum,niſi ipſe tuam operam naues,nihil reperias machinæ à Medicis ita commentũ,vt in cæteris fecerunt operibus manu obeundis.Itaq; cum ob id tempus requirit longum,tum ob abſolutam naturæ rerum ſcientiam. Nam ſi figuli,pictoréſq; faciem, ſi caupones & coci guſtum, olfactum vnguentarij, auditum Muſici,tametſi artis habẽt vbique promptam materiã,multos non

Cõmentatio præſagiendi per pulſus Medicis honoratiſſima.

Plurimi temporis magnique difficultatis eſſe dignoſcere pulſus.

Nullũ externũ adiumẽtũ eſt ad pulſus dignoſcẽdos.

©BIU Santé

dies dico aut menſes,ſed annos,vt accurate artem calleant, meditantur: ad tactum exercendum quantum ſcilicet cenſeas temporis Medicum quærere? cui plurimi vno tempore affectus arteriæ ſunt attendendi, non vt figulis ſolæ figuræ,aut vt pictoribus colores:ſed primum diſtentionis quantitas,deinde qualitas & tempus motus, tum mouentis eam contentio facultatis,poſtea ipſius tunicæ arteriæ ſtatus.Hæc ſimul atq; illa attollitur,omnia ſunt cognoſcenda.Quinetiam caloris qualitatem occurſus arteriæ motu excitatus apertius animaduertit.& etiam æqualiter an inæqualiter illa quæ memorauimus omnia,vna in parte & in diuerſis fiant.Atque in diſtentione hæc conſideranda ſunt.In contractione ſanè ſimilia illis, præterea tempus inter vtranq; medium,quo quieſcit,duplex illud,vnum à diſtentione ante contractionem, alterum à contractione ante diſtentionem:& horum mutuam proportionem, temporis motus ad tempus motus,tẽporis quietis ad tempus quietis,& vtriuſque ſimul ad vtrunque.quæ ſunt vniuerſa ante alterum arteriæ ictum cognoſcẽda,confecto iam primo pulſu.Nam cum iam alter inceperit, cum ipſa prima ſunt attendenda,quæ declarata in primo ſunt:tum verò quò æqualitatem eorum & inæqualitatem perſpicias, omneiſque differentias,quæ in illo ſunt expoſita,cum ijs quæ in hoc conferenda ſunt.Inde tres quatuor,quinq;, atq; adeo multi deinceps pulſus ſunt videndi,vt ordo tibi atq; confuſio ſit explorata. Quid hæc,quantæ cenſes eſſe omnia exercitationis?Equidem,vt verum dicam,ad exactiſſimam quidem & abſolutiſſimam cognitionem requiri totam humanam vitam putem.vt autem tantam aſſequaris, quantam nũc parauimus nobis,nõ ſex menſes tantum,quibus vniuerſam Medicinam profitentur ſapientiſſimi ſe iſti Methodici tradituros,ſed annos permultos.Mihi quidem certe,vt primum Medicis cœpi operam dare,primis adhuc ætatis temporibus,mirifica cupiditas inceſſit artis de pulſibus cognoſcendæ.atque inde vſque in hanc diem,eam commentatus, haud dum mihi omnem artem videor aſſecutus.Siquidem multos annos etiã dignoſcere ne tactu clare contractionem arterię eſſet,incertus eram.Quin hærebam etiam,an Archigenes, Herophilus,Agathinus, omníſque propè natio Empiricorum vera dicerent: tantum aberat,vt planè ſcirem,poſſet ne tota ſentiri,an pars aliqua,eáq; quanta.Iam in diſtentione de ſimilibus perinde implicatus tenebar,cũ tamen hæc fundamenta ſint,& veluti elementa totius de pulſibus artis:quibus incognitis,nihil eſſet præterea quicquam,quod cognoſci certo poſſit.Tantum ſenſu nouerã dignoſcere,diſtendi arteriam,non aſcendere & deſcendere,quod confirmãt iſti,qui Empirici vocãtur,probari,atq; id eſſe verum.Neq; enim diſtentionẽ,ſed ictum tantum percipere tactum:aſcendentis ne cuiuſpiã,an diſtenti,non item animaduerti. Hoc quidem multis annis propè ſolum aſſecutus ſum.Poſtea vnum etiam,vehemẽtem pulſum.Alia me omnia adhuc fugiebãt. Itaque in profunda hæſitatione multos annos volutatus,nihilo magis indagare deſtiti. ſed cum acrius etiam atq; etiam in id incubui, tandem aliquando ſpecies cõtractionis tactui aperte repræſentata eſt.Deinde cum in ea meditatione diutius immorarer,non ſpeciem adhuc obſcuram, ſed clariſſimam notitiã eius non concedentem diſtentionis notitiæ conſecutus ſum.Poſtea quid cõmemorem quàm alia ſum cito aſſecutus.Omnia enim vltro ſe offerebant,

Plurima Medico vno tẽpore conſideranda.

In diſtentione quæ attendenda.

In contractione quæ cõſideranda.

In ſecundo pulſu quæ animaduertẽda.

Ad mediocrẽ cognitionem pulſuum requiri multos annos.

Galeni ſcrupuli in arte de pulſibus.

Arteria diſtenditur nõ aſcendit & deſcendit.

Galeni diligentia in dignoſcendis pulſibus.

©BIU Santé

& planè posthac perspicua erant,vt cũ in summis tenebris lux subito splẽdida eluxit.Quòd si quis hæc accipiat vt vera, & non vt fabulam, magnum fructum capit,ne eum desperatio subeat inueniendi, quæ indagat:neq; eò deterreatur,quòd multis etiam annis inquirendo nihil dum profecerit. Nam quidam in quærendo clàm obducitur callus,vsusque cõparatur,qui progreditur pedetentim,neque,dum absolutus sit,vnquam cœpisse apparet. Simul atque completus est, cumulate fert omnium exhaustorum laborum quamcitissimè fructum,adeóque,vt rudius dicam, cum ipsa vsura.Iam cum posteris nostris non mediocre momentum accesserit promptitudo nostra atq; industria in hisce rebus,qui non dubitauerim vel ipsos affectus tactus aperire oratione:breuiore tempore ad artem se exerceant pulsuũ,& minore cum labore.Faciam enim, vt præter alia, viam muniam, qua votum assequaris potissimum.liceat tantum ab immensa diuitiarum atque gloriæ siti,quæ nunc dominatur, mortales abducere. Neq; sanè quicquã erit profectũ hac lucubratione,si veritatis studiosos desiderabit.Quos scilicet hactenus desiderabit, dũ voluptas superior sit & regnet,honestas autem nulli curæ, nullo numero sit. Neq; enim voluptuarios hæc cõmentatio,sed egregie nauos industrióſq; quærit. At talis quotusquisq; est?Sed enim,vt dixit Heraclitus,vnus mihi instar est mille.Profecto libẽtius cum vno illo egero,ac cum istis mille,qui vnũ vel etiã nullũ valent.Nam non numero veritas,sed sapiẽtia æstimatur.Ergo ad vnum hunc verba nunc facimus cupidum veritatis,quisquis ille siue nunc sit,siue posthac existet.Primum multa ad sensum pertinentia,fieri non posse,vt verbis explanentur.Deinde,tametsi non possit fieri, nihil eo tamen caussæ esse, quam ob rem nostræ te diligentiæ pœniteat. Nam si minus vndequaq; accurate sermone ad eorum notitiã, propius tamen quàm nihil aspiraueris.Nam quis tandem faciem cuiusq; hominis depingere oratione exacte possit?Haud sanè quisquam.tamen seruos fugitiuos quotidie ex notis faciei proclamant. Adeóque fuit,cui hoc esset satis tantum exaudisse.

» Crassus erat,nigris humeris,crispísque capillis.

Atque ego cum prius dulce Phalernum,quàm Romã profectus essem,nunquam gustassem:tamen me,cum est primum oblatum mihi,non fefellit,quòd signis deprehenderem id,quæ legeram.Quidam etiã meus familiaris vinum, quod crescit in Lydia (dulce Sesaminum vocatur ab incolis) facile cognouit hoc duntaxat à me admonitus,dulce vinum Creticum,& quod Scybellite appellant,colore repræsentare,& dulcedine,crassitiéque:præterea mirificã quandã iucundissimámq; astringendi vim præter illa habere. Huiuscemodi nos quoq; signa recipimus pulsuum dignoscendorũ traditurosAd hæc manus quanam ratione erit cuiq; pulsui admouenda.Siquidem hic firmius infigenda est,illic lenius applicanda: vt in vehemente & languido pulsu. Nam illum,nisi premas arteriam, non dignoscas:hunc tantum abest, vt cognoscas premendo,vt semel etiam,si ita facias,videatur immotus. Nec verò magnorum simul & languidorum pulsuum, quos Lethargici habent, cognoueris magnitudinem,nisi admodum attingas molliter. Quòd autem à turgidis & magnis,& duris,vehementibúsq; altos oratio discernere possit docere, si magnum dicam tibi hunc esse,qui increuit exæquo in treis dimensiones,in lon-

Non esse desperãdũ etiã si longo tẽpore nihil proficiamus.

Galeni industria in tradenda arte de pulsibus.

Diuitiarũ & gloriæ cupiditas studioso abijcienda.

Vnus instar mille.

Multa,quæ ad sensũ pertinẽt, verbis non possunt explicari.

Phalernum Galenus antea non visũ cognouit.

Dulce Sesaminum.

Scybellite vinum.

Vehemẽs pulsus premendus.

Languidus pulsus non premendus.

Magnus pulsus.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 93 sur 282

©BIU Santé

Turgidus. *Altus.* *Durus.* *Vehemens.*

gitudinem,latitudinẽ,profunditatémque:Turgidum autem,qui in duas tantum,latitudinem & profunditatem:Altum qui in vnam tantum altam:Et durum violentum ictum efficere qualitate arteriæ tunicæ:Vehementem vitalis robore contẽtionis:haud dixeris prudentẽ virum,atque nauum, omnino ab his initijs ingreſſum non poſſe dignoſcendorum illorum cõfirmatam ſcientiam parare,modo ad principia & veluti elementa artis huius probe exercitatus ſit.De quibus nos primo loco dicemus,deinde congruo ordine ad reliqua progrediemur.

De *quatuor elementis dignoſcendorumpulſuum.*

Primũelemẽtũ,diſtentionem tantum ſentire.

Ictũ Empirici,nõ diſtentione ſe dicẽbãt ſentire.

VNt hæc quatuor . Omnium primum, quod Empiricos diximus contentioſe potius quàm vere aſſerere,ictum ſe tantum ſentire,diſtentionem autem ignorare arteriæ. Quocirca pulſum quidam de illis definiunt memoriam affectuum tactus ex arteriarum motu . Nam non ex diſtẽtione arteriæ, ſed ex motu dixerunt:nulla de re alia quàm quòd diſtentionem ſe negant ſentire . Verum ratione inquiunt conſtituas eam licet, non percepit tamen eam tactus. Contrà verò debebant omnino dicere, ſi id tantum agebãt,vt cõtenderent:tactum arteriæ diſtentionem ſentire: ſed vere ne diſtentatur,hoc ſe non planè ſcire.Nam confirmare nõ percipi,mentientium eſt de ſenſu.Etenim ſi iſtos roges,quis tandem conuulſiuus pulſus videtur,quid aliud reſpondeant,ac intentæ vtroq; arteriæ quaſi fidis quendã occurſum illam efficere tactui, quæ ne priſtinam quidem ſedem planè retineat,ſed ſenſim ſurſum deorſúmq; iactetur?Iam etiã ſi de vibrato requiramus, fatebuntur hunc quoq;,ſi quidem illis certe tactus affectus non exciderunt, fieri cũ deſeruit arteria ſuã regionẽ. Nam in ijs pulſibus ſurſum ferri arteriã atque deorſum ſentimus planè.Quin imo pulſus inæqualitatem eam,in qua arteriæ quædam partes æditiore loco appareant,quædam humiliore,ſi neſcire ſe dicant,experientiæ deprehendẽtur inanes,quam ſemper vendicant.Neque enim de illis hoc eſt,rõne quæ oſtenduntur:cæterum tactus id percipit dilucide.in cuius quærenda cauſſa Medici,qui vocantur Dogmatici,diſſentiunt mutuo, diſſenſuri etiam in eo, an percipiatur, niſi ea ſit rei euidentia. Quinetiã eſt,cum magnitudine inæqualis pulſus fiat in vna diſtentione,cum eius partes quædam plus,quædam minus diſtendantur:qui nõ fieret,niſi diſtendi arteriã reuera videremus.At intelligo producere illis me ingenioſius fortaſſe ſermonem,quàm aperte agere. Nam ſatis hoc ſit dixiſſe, longum vel breuem,altum vel humilem,latum vel anguſtum,magnum vel paruum,craſſum vel gracilem,& præterea horum medios fieri non poſſe, cum nõ omni ex parte diſtendi arteria cõſpiciatur, quoniam ſolum fieri motum arbitrantur: tãtum vel altus vel humilis fieret,vel eorum medius,alius nullus.Igitur qualis conuulſiuus pulſus eſt,qui eſt infrequens,tales cõtendunt,qui negãt ſenſibilem diſtentionem eſſe,ſemper omneis videri.Reuera enim in conuulſiuo, aut nequaq̃ ſentitur diſtentio,aut parum & obſcurè, arteria in fidis modum ſurſum deorſúmque iactata.At verò quod tradit Archigenes hominum gracilium in partibus non carnoſis oculis cerni arterias diſtendi & contrahi: apud homines quidem verecundos recte dicitur:apud impudentes verò,neque de rebus apertiſſimis laborãtes,ſecus.Etenim vel cõſpici negabunt hoc,

Conuulſiuus pulſus infrequens.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 94 sur 282

©BIU Santé

quòd quidem eorundem ſit illorũ hoc quoq; inficias ire. Aut ſi etiã annuant, oculis videri dicent arteriam diſtendi, tactu non item: Atqui de hoc quæſtionem eſſe. Quare non ad viſum ſermonẽ deriuemus: verum propoſitis his, quæ tactu percipiuntur, placare homines conemur. Atque vt verum dicam, non tam iſtorum nomine, quàm vt veram traderem rationem dignoſcẽdi tironibus huius meditationis, affectus ſenſibiles, memini pulſuũ manifeſtam diſtentionem arteriæ obtinentium, & obſcurã, de quibus conuulſiui ſunt: præterea, vt pulſuum, qui in quãtitate poſiti diſtentionis ſunt, ne confundant conſiderationem: ſed ſemper in memoria habitis tribus dimenſionibus contendere præſentem pulſum cum ſuperiori valeant, in tribus ne dimenſionibus illi, an in eorum aliquibus vel aliqua reſpondeat. Nam qui ex diſtentionis quantitate vigintiſeptem pulſus conſtãt, quos in tabella libro primo de pulſuum differentijs propoſui, hac maxime ratione cognoſcas, ſi dimenſionum quantitatem ſingularũ teneas memoria. Porro autem tum hæc ipſa, quæ nunc cõmemorauimus, tũ reliqua quæ poſthac dicẽda ſunt, omnia præcedere ille liber debet, vt initio ſtatim huius libri admonuimus. Itaq; prius huc qui ſe conferat, quàm illa edidicerit, errat planiſſime. Atq; hoc ſit in toto ſermone conſtitutum. Nunc quod inſtituimus, exigamus, aperte diſtentionem arteriæ à tactu, non ictum modo (quod, qui cum omnibus diſcept ãt, affirmant Empirici) animaduerti. Quare adducti rationibus meis cõtrà ac prius dicant (ni ſophiſtæ certe & arguti geſtiant haberi) arteriæ animaduerti quidem abs tactu diſtentionem, tamen ita ne reuera habeat, ſe hæſitare. Sanè enim hæc conſentanea magis ſint cum eorum ſecta: Aut quam ob rem cũ omnibus alijs in diſputationibus quod cernunt, conſtituunt, de natura vero hærent: hic non faciunt idem? Atqui ſi hoc faciant, non eſt quod dicant, diſtenditur fortaſſis arteria, ſed non eſt conſpicuum. Verum è diuerſo, fortaſſis nõ diſtenditur illa, tamen percipitur. Siquidem cõſentit hoc cum illis, qui quod cernunt tantũ, & non quod cohæret cum placito ſuo, ponunt. Siquidem quod conſpicimus, vbique locorum, vt dixit Thimon, valet. Qui fit igitur, quo minus nunc, quod cernitur, valeat? Atqui, ſiquidem valet vbique: nunc certe pro principio aperte dilatari arteriã ſumpto, cum ſcilicet non cõuulſiue moueatur: inde diſſentiamus fortaſſe inter nos, an fidem illi nos habebimus, illi nõ habebunt. Fortaſſis hic quoq;, ſi ſuam illis authoritatem ſubijciamus, ad concordiã in communi ineundam authores fuerimus. Quidnã igitur volunt? nihil aliud quàm ſingula euidentia cõſpici, & ſcrupulum habere maximum, an quale videtur, etiam ſit: deinde an vlla etiam ratione ſit. Sumpſerint ſanè & id à nobis confeſſum, nihil enim illis denegatũ volumus. Quin nec, ecquid omnino ſit ſol, luna, terra, nec an mare, neq; an vigilemus: ſed ne an ſapiamus quidem, vel viuamus, nec quicquam nobis prorſus, qua ſit natura, conſtare. Equidem haud ſciam, hac quam deſiderent maiorem hæſitationem. Obtinuerunt hanc à nobis libentibus, ſuperſedeãt hoc labore orationis, vt demonſtrent. habeant ſuã naturæ ignorationem, ac abunde fruantur licet. Tantum reſpondeant nobis rem non ſanè prolixam, An ſimul de vſu nos rerum ad vitam pertinentium hæſitare velint: neq;, vbi ſolem perſpicue oriri cernamus, obire ſolita nos negotia, vt ſi dies ſit: an in grabato conquieſcere, dubitantes nox ne etiam ſit,

Liber primus de differẽtijs pulſuũ reliquos præcedere debet

Diſtẽtionẽ, non ſolũ ictũ animaduertit tactus.

Quod oculis cernitur, vbique valet.

Authoritas Empiricorũ.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 95 sur 282

©BIU Santé

an dies.Nec,cum nauem conſcenderimus,ac ſimus in alto,hoc agere:ſed ni hil credentes, audere in mare proſilire, quaſi id fortaſſis mare, fortaſſis non ſit.Neque,vbi in portum ex alto inuehamur,appellatúrque nauis ad terram, omnéſque videamus in terram exire,fidem dare ſenſibus vſq; ad ipſum vſum: cæterum intus nos continere hæſitantes,& dubitantes dicentéſque . Poteſt quidem,vt videatur nobis terra,nec ſit tamen.Atque omnia illa ipſis illis au thoribus ad experiẽtiam vſque fidem habent : at de natura in dubitationem adducuntur. Quin hoc nos ſcilicet ipſi volumus: vt eis pro certis vtamur. Quod verò excedit vſum, ſuperfluum dicimus eſſe. Quam ob rem ſi quod cupimus, nobis dant:de quo amplius diſſideamus, inuenio nihil. Quod ad naturam pertinet,de eo ſcilicet inquiunt.Deſine quæſo. nec de eo verbũ vn quam faciemus,ſi voles.Imò vel ad fœdus feriẽdũ te adhortauerimus,& pro cedãt poſthac,ſi vultis,non minus nobis, quàm alijs mortalbus,qua res,qua verbis: quando vos etiam ipſos animaduerto elaborare,ne quid de illis,quæ omnibus hominibus teſtata in vita ſunt,euertatis. Proinde ſicut illi negotia obeunt, & item nos obeamus, nec curioſi ſimus vlla in re,quæ aperte con ſpicitur: ſed ſtatim credamus,& aſſentiamur. Vt ſi quis annuntiet ab imbri bus, qui deciderunt,fluuium auctum euertiſſe pontem.Hic quiſpiam de vo bis præſto,ita velet abſolute,ab imbribus,qui deciderunt, dicere,ſed qui viſi ſunt decidere : neque fluuium, ſed qui videtur, & apparet: neque auctum, verùm qui videbatur auctus eſſe: neque diruiſſe pontem, ſed videri diruiſ ſe: quis hunc ſanum dicat?Quid igitur, cum ab omnibus diſſideatis morta libus,negotia ſolis nobis faceſſitis?cum ijſdem vtamur ſenſibus, tam in arte medica, quàm reliqua in vita.Et vtrem, verbi gratia,& veſicam,culeum, atq; fabrorum folles, quid diſtendi dicitis ac contrahi, videri prætermittitis: ar teriæ verò ſoli innocenti eſtis moleſti:atque in ea de apparẽtibus ſcrupulum inijcietis, quominus abſolute pronuntiatis, diſtenta eſt, & diſtenditur, con tracta eſt,& contrahitur: ſed videtur diſtendi, veréne diſtendatur, me latet? Deſiſtite per deos tandem aliquando inanibus nugis artem onerare vel ſua ſponte longam.Si otiamini,& vitam non labefactare,ſed eſſe vſui inſtituiſtis, artémque non interpellare, ſed augere conamini,rebus hanc commodiori bus contentionem reſeruate. Multa offendetis in medicina,quæ magnæ ſint quæſtionis,huc conferte vim veſtram,hic ingeniũ oſtendite,& dubitationem de rebus euidentibus tandem abijcite,quando nihil ea re profectus ſitis fa cturi.Compellemini enim, velitis nolitis,euidentia pro certis habere,aut ne hiſcere quidem vobis poteſtas erit. Nam cum, ſiue quæramus,ſiue nõ quæ ramus, idem conſequitur vſus: nequicquam inquiramus.Sunt verò permul tæ aliæ hominibus qua ſenſus qua rationis meditationes, hic elaborate, In his tempus ponite: Res autem euidentes citra ſcrupulum pro ijs, quæ eſſe il læ videantur, numerate . Facite itaque, vt mihi arteriam concedatis in lon gum,latum,& profundum diſtendi:poſtea iam diſpicite,an ſentire cõtractio nem,nec ne poſſitis.Vos verò,vt nec hoc,nec aliud inquireretis quicquam: ſint ne omnino res euidentes, in dubium vocaſtis . vnde vobis ſuppeditat magnus quidem verborum aceruus, non poteſt labefactare tamen, neque conuellere vſum euidentium. Nos igitur contrà faciemus ac vos . Omni

Rebus apertis credendũ eſt.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 96 sur 282

©BIU Santé

bus, quæ dilucidè cernuntur, vtemur citra vllam hæſitantiam, & credemus talia eſſe, qualia videntur: Quæ obſcurius, hæc in quæſtionem vocabimus: atque partim ratione, partim ſenſibus, partim etiam amborum ope aggrediemur eruere. Verùm horum viam inueniendi alio loco amplius tradimus. hic tantum, quod ad inſtitutum noſtrum intereſt, referemus.

Contractionis inueſtigatio Galeni.

Nam cum Agathinus dicat, arteriæ non poſſe contractionem ſentiri: Herophilus autem conſtantiſſime, vt de re ſenſibili diſſerat: res herclè plena erat difficultatis vni præ altero accedere, præſertim quorum tantum vterque ſtudij cum ad alias parteis medicinæ contuliſſet, tum ad artem de pulſibus augendam, & verò etiam rationem multis annis ſenſúmque mire exercitaſſet. Itaque operæpretium eſſe duxi, vt primum tactum ad paruam differentiam ſentiendam aſſuefacerem: vt ſi quando nobis ipſis manifeſte contractio appareret, alium ne teſtem deſideraremus. deinde vt veterum ſcripta reuolueremus. Nam ſi plurimi hanc atque probatiſſimi ſentiri confirmarent, ne ſi quamdiutiſſime quidem commentantibus haud dum videretur tamen nobis ſentiri, deſiſteremus, & deponeremus ſpem inueniendi: Sin autem nullus alius, aut planè pauci, ac leues hoc aſſererent, nobiſque in hoc incumbentibus non dignoſci videretur poſſe: abijceremus iam tum eius ſpem inueniendæ, atque non ſentiri poſſe fateremur. Ergo cum familiam inueniremus Herophili propè omnem ſentiri affirmantem. Nationem autem Eraſiſtratiorum partim annuentem, partim euntem inficias: Ac tertios illos ab Athenæo Attalenſi, de quibus Agathinus erat, inter ſe eodem modo diſſidentes: nihil nos ſanè ex veterum ſcriptis quidem conſecuti opis ſumus, quòd numero & dignitate, qui affirmarent & negarent, propemodum æquarent. Itaque apud me adhibitis præceptoribus conſiderabam, qui etiam ſe negabant ipſos in apertam cognitionem veniſſe vnquam contractionis. Iam hæc etiam nonnullos ratio, vt fit, mouebat, ac ijs probabatur omnibus, vt recedentem tactus arteriam ſentiat, fieri nõ poſſe. Quippe aut motum ipſum in diſtentione, aut coniunctum cum eo ictum nos ſentire. Atqui neque ictum iam nos, vbi recipiat ſe illa, contrahitúrque, neque ſentire motum. Scilicet ea illum, quæ conſuetudinem habent ſecum adeúntque ac contingunt, non quæ diſcedant, dignoſcere: Alioqui ad remotorum aſpirare notitiam poſſe, ſi hoc ſit ei ſemel conceſſum, quæ non tangantur, ſentire. His & talibus me verbis facile in ſuam ſententiam adduxerunt, vt qui teſtem à ſe, vt iactabant, tactum haberent: Neque enim contractionem ſentiebam arteriæ. Sic nihil factũ eſt propius, quàm vt ab illa me remouerem, vt ea, quæ ſentiri non poſſet: niſi mihi tandem veluti ex aſſidua colliſione ignis incenſus & elucens clare veritatẽ monſtraſſet: vt alios iam teſtes non quærerem, nec arbitros, ſed mihi ipſe ſatiſfacerem. Sed rem omnem explicabo hinc adeo exorſus, vnde meipſum ratio duxit. Quando corpora tangẽtia partim leniter ſe ſe mutuo tangunt, palpantes tantum: partim verò vrgẽt, impellunt, euertúntq; itáq; quod fortius eſt, & durius, veluti ſubit imbe-

Cõtractionẽ ſentiri Herophilij affirmant.

Ratio eorũ, qui negabant ſentiri contractionem.

Tactus quæ cognoſcit.

Ratio dignoſcendæ cõtractionis.

Corpora tangẽtia duobus modis ſe mutuo tangũt.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 97 sur 282

©BIU Santé

cillius & mollius: alterum autem cedit, euertitúrque, ac veluti amplectitur id quod vrget:diſceſſus rerũ mutuus nõ poteſt eodem modo effici.cæterum quæ in ſuperficie tangunt, diſcedunt ſubito. At quæ cedente molliore longius progreſſa illud veluti intrant, non reuertunt item ſubito : ſed quanto à primo occurſu progreſſa penitius vrgebant,tantum illis diſcedentibus ſenſibile ſupereſt. Tempus nanque intercedet inter primum impetum diſcedendi,& extremum finem,ſecundum quem non diſcedere amplius, ſed ſubſiſtere iam dicentur.Quo tempore toto,paulatim diſcedente altero, paulatim etiam alterius remiſſo preſſu, vtriuſque ſentietur motus.Iam ſi hoc accedat, vt quod ab imo mouetur, feratur ſurſum : & quod tangit, ſupernè incumbat : præter quòd preſſus ei quod incũbit detrahetur, etiam accidet ei,vt veluti ſubſidat.quia quòd prius excipiebat & ſurſum impellebat,nunc defertur.

Declaratio contractionis per alia vaſa.

h Orum,ſi rem oratio tibi parum clare repræſentat, in veſicis, vtribus,follibus, & id genus inſtrumentis omnibus periculum facias licet. Nam in omnibus inuenies,vbi languidus eſt tangentiũ concurſus, ibi paruo ſpatio fieri diſceſſionem. At alterum ſi validius fit, quanto ſpatio impellebatur infirmius,tanto mouebitur ſcilicet,vbi ſe, quod vrgeret, recipiat. At verò ſi ex inferiore loco etiam premens aſcendat, longe tunc procliuius ſanè & citius comitabitur infirmius fortius,ſocio ad perſequendum adiuncto momento ad inferna. Poteris autem ſi humida materia vel aere,vtrem, vel veſicam,vel ſimile vas impleueris,leniter attingere,auferendis ac rurſum admouendis digitis:deinde etiam trudere, & impellere prorſum, amouendis hic quoque viciſſim applicandíſque digitis. Profecto alterum diſceſſum,cum tantum palpaueris, clariſſime animaduerteris momento temporis fieri: Alterum à preſſu, nunquam citra aliquod ſpatium. Præterea in priore nihil moueri conſpexeris, ſiue admoueas digitum,ſiue remoueas. At verò in altero moueri,non modo ſi imprimas digitum,ſed & ſi retrahas.Age iam compares arteriam digito,& vaſi corpus,quod arteriam contingit: ac eo, quod arteriam contingit, de loco ſuo nihil moto,arteria mota accedat & recedat.Ac nunc occurrat arteria corpori,quod foris eam tãgit, quaſi cõtrectet palpétq;:quod in languidis pulſibus vſu venit.Nunc nõ contrectet tantum,ſed & in altum impellat:vt in vehementibus.hic in priore occurſu neceſſe eſt, vbi arteria contrahitur, hoc poſſis dicere, receſſiſſe illam ab eo,quod eã foris tangebat: hoc non poſſis,nunc recedere. Tempus enim ea cognitio poſtulat: diſcedunt autem ſubito, quæ leuiter ſeſe corpora tangunt,momentóque temporis,quod nequeas attendere.Sed in altero arteriæ, occurſu,in vehementibus pulſibus,à quo fit, vt tactus noſter repellatur,prius recedere ſentimus, deinde receſſiſſe iam dignoſcimus: id quod non ſenſus etiam animaduertit, ſed mens ibi ex eo,quod affectus abijt ipſius ſenſus, colligit,quod tum recederet,nunc receſſiſſe. At leuiter attingentis animaduertere diſceſſum non poſſis,diſceſſiſſe etiam ibi conijcias.

Languida cũ ſunt tangentia, diſceſſus fit paruo ſpatio.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 98 sur 282

©BIU Santé

Primum ſentimus affectus corporis noſtri, deinde illa, quæ eos induxerunt.

Porrò autem non accedentis, vel recedentis, vel prementis, vel tangentis, vel repulſi primum nos ſenſum habere, ſed affectuum corporis noſtri, neminẽ etiam eſſe puto, quẽ fugiat. Sentimus enim ab impreſſione vehementium pulſuum carnem noſtram vnà cum ambiente illa cute impelli. huic autem eſt adiuncta moti & prementis cognitio. Quin etiam recedente arteria ſentimus in ipſo corpore noſtro motum. Siquidem intro compreſſa, ſiue ea cutis eſt, ſiue carnis pars, arteriam diſcedentem comitatur, priſtinam ſedem, qua deiecta erat, occupãs: ſimúlque fit, vt in receſſus cognitionem veniamus. Nam ſentimus primos omnium affectus corporũ noſtrorum: Deinde, quæ hos induxerũt, foris obiecta. Quare cum recedit à premendo arteria, quia ſecundum parteis noſtras attingentes eam motum ſentimus primum in vehementibus pulſibus, ea dicimus ratione contractionem etiam occurrere ſenſui. conceſſo ſcilicet, vt quæ affectus nobis creant, ſenſibilia appellemus. Atque preſſus inæqualitas prementis annuntiat reditum. Neque enim vel robur vel motum eius quicquam erat, quo cognoſceremus, niſi preſſus inæqualitate. Nam vehementibus pulſibus vbi digitos injcimus, primus occurſus admodum impellit parum tactum, ab hoc etiam atque etiam ad finem vſque comprimit magis. Vnde ſanè motus arguitur & robur eius quod repellitur. Mira enim res eſt, quonam modo languidi pulſus, vt ſint maximi, non parui tantum, ſi premas, videantur, verum etiam omnino ſenſum fugiant. Quòd ſi quis leniter eſſe illos tangendos ignoret, fortaſſe abolitũ homini pulſum dicat eſſe. qui quidem mẽtiatur inde, quòd non recte eos tetigerit. Contrà planè vehemẽtes, quò ipſorum deprehendatur robur, requirunt, vt qui tangunt, digitos valide infigant. Repelli enim hoc tibi tum magis videbuntur, quò eos vrgeas magis. Vnde etiam contractionem omnes vehementes pulſus ſenſibilem habent: languidorum verò nullus. Atque inter vehementes alius alio magis: prout maior vel minor ſit vehementia, aut pro magnitudine & paruitate, aut pro duritie & mollitie, aut pro celeritate & tarditate. Nam qui maximus ſimul & vehementiſſimus, durúſque ſit (quatenus coniungi cum magnitudine durities valeat) atque non velox, hic apertiſſimam habet contractionem. Omnes alij, quatenus plus vel minus de illorũ aliquo habeãt adiunctum, hactenus facilius percipientur, vel ægrius, Addidimus autem eò in commiſcenda duritie & magnitudine, quatenus valeat: ne adducatur quis, poſſe vnquam fieri, vt idem ſimul pulſus tum maximus & vehementiſſimus, tum euadat duriſſimus. Neque enim cõiungatur, ſicut cum vehementia magnitudo, ita cum duritie. In maximos enim & vehementiſſimos pulſus ſubinde incurras. At duriſſimos eoſdémque maximos nunquam reperias, ac ne duros quidem pariter & maximos: cæterum, qui inter durum & mollem medius eſt pulſus, ac natura moderatus, cum maximo connexus frequenter inuenitur. Etiam durum ſimul ac vehementem non raro eundem cernas, adeóque durus idémque vehementiſſimus nonnunquam exiſtit, at vehementiſſimum & duriſſimum nunquam eundem inuenias. Neque etiam qui maximus, & idem vehemẽtiſſimus, tardiſſimúſq; ſit. Sed maximi & vehementiſſimi, plurimum etiam celeres ſunt: ſin minus,

Preſſus inæqualitas reditũ premẽtis declarat.

Languidus pulſus vel maximus, ſi prematur, fugit.

Vehementiũ pulſuũ robur per validã preſſum exploratur.

Vehementes omnes pulſus contractionẽ ſenſibilẽ habent, languidorum nullus.

Maximus ſi mul & vehemẽtiſſimus, durúſq; & nõ velox cõtractionẽ habet apertiſſimã.

Maximus pulſus non poteſt duriſſimus eſſe.

Maximꝰ pulſus ne durus quidẽ eſſe poteſt, ſed medius inter durũ & mollẽ.

Vehemẽtiſſimus & duriſſimus idem nunquam inuenitur.

Maximi & vehemẽtiſſimi plurimũ celeres ſunt.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 99 sur 282

©BIU Santé

at non tardi. Atqui ſi idem poſſet pulſus vehementiſſimus fieri & maximus, & duriſſimus, & tardiſſimus, appareret in talibus pulſibus omnium apertiſſima contractio. Quæ quando non poteſt mixtio fieri, vehementiſſimus adhuc & maximus, qui neque mollis neque velox ſit, clariſſimã adducet contractionem. Claram etiam vehementiſſimus certè, & magnus, & durus: & etiam vehementes, ſimul & magni, & duri, quorum minus quidem quàm ſuperiorum, manifeſta adhuc ſatis tamen contractio eſt. Præterea his minus, ſed euidens tamen cõtractio vehementis magni & mollis. Manifeſta adhuc vehementis ſimul & moderati magnitudine & duritia. Sed hoc habet obſcuriorem contractionem, non tamen quin poſſit dignoſci, magnus & moderatus in reliquis duabus differentijs. Imò verò qui tribus differentijs eſt moderatus, perſpicuam adhuc contractionem habet. Verum non facile vehementis & parui contractio cognoſcitur. Qui omnino etiam durus eſt. Ac parui duríque, ſed contentione moderata etiam eſt obſcurior. Iam ſi paruus nec durus ſit, & moderato robore, vt deprehendatur is, ſenſum flagitat probe exercitatum. Atque præ illo, qui paruus & mollis, contentúſque moderate ſit. At languidus pulſus neque cum magno coniunctus, neque cum paruo, apertam obtinet contractionem. Omnino is cum maximo nunquã commiſcetur, nec verò cum duriſſimo, cum magno fit, cum commiſceatur, ſed ſemel eum mollem oportet eſſe. Quòd ſi cum duro coniungatur, is neceſſe eſt ſit minimus. Quare qui exercitare tactum volet ad manifeſte ſentiendam contractionem, hoc in primis ſcire debet, quod præteritum ab antiquis eſt: non cuiuſuis pulſus poſſe contractionem ſentiri: nec quorum poſſit, perinde omnium eſſe claram. Adhæc diſtinctiones, quas tradidi modo, memoria ſunt tenendæ: vt ne, vbi ſentiri nequeat, inuenire auens, deinde depoſita ſpe, omnem tandem, vt non ſenſibilem, relinquat: neque vbi poſſit ſentiri, non aperte tamen, hos primo aggrediens, cum horum deſperet inuentionem, tum alios eum planè pigeat inueſtigare. Verum in quibus apertiſſima cerni contractio ſolet, ab his initium ſumat, atque manum, vt præſcripſimus, applicet, cum memoria propoſitorum, quæ tradidimus: planè vel vehementem, vel non languidum certe oportere eſſe, qui ſenſibilem tangentibus ſit repræſentaturus contractionem. Atque hoc habere fixum debet & certum. Ad clariorem autem notitiam, non parum magnitudinem referre: Accedere item à duritie nonnullam opem, & hercle abs tarditate etiam. Proinde nec in languido vnquam pulſu ſentiri contractionem, nec in vehementi non ſentiri: ídque magis & minus clare, prout ipſa vitalis, vt vocant, contentio maior ſit vel minor, & pro diſtentionis quantitate: ac pro qualitate arteriæ tunicæ, & motus.

Qui apertã habeant contractionem.

Vehementis & parui contractio difficulter cognoſcitur.

Languidus pulſus nõ habet apertam cõtractionẽ.

Languidus nũquã cũ maximo vel duriſſimo coniungitur.

Nõ poteſt cuiuſuis pulſus cõtractio ſentiri.

Cõtractio incipienda cognoſci eſt in ijs pulſibus, in quibus eſt apertiſſima.

Magnitudo, durities, tarditas ad contractionẽ dignoſcendam faciunt.

Pulſus, qui apertam contractionem habent, quibus in ſanis & ægrotis inſint.

Vare vt ſtudioſi abſolutam exercitandi viam habeant, nõ ſolum generale præceptum explicauiſſe contenti ſimus, à quibuſnam initiũ ordiendum eſt tactus in contractione indaganda exercendi: ſed etiã quibus hi inſint in ægrotis & valentibus, deinceps aperiamus. Nã hoc ſi etiã didicerint, minori negotio votum arbitror aſſequentur. Ac de ſanis quidem,

q

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 100 sur 282

©BIU Santé

qui moderato ſunt corpore,& natura temperata,in flore ætatis, maximè vere ex anni temporibus, regionémque incolunt temperatam, robuſtiq; ſunt, & omni mœrore, metu, ſaturitate, motu vacui, hi pulſum vehementem & magnum omnes habent.Qui ſe moderate ſi exercitauerint,fotique ſint modicis balneis,vel vini non permultũ hauſerint,vel irati ſint, vel operam ſtrenuam aliquam nauauerint:non magnos iam & vehementes tantũ,ſed quàm maximos vehemẽtiſſimóſque pulſus habebunt.Iidem ſi laborent ſyncera tertiana,vel ardente miti & ſimplici,aut qua alia magnopere calida & veluti feruente febre,præterea diariarum aliqua,quæ ex Bubone proficiſcuntur,& ex aduſtionibus, modiciſque laſſitudinibus, maximos etiam tum & vehementiſſimos pulſus habebunt.Porrò ſi quædam horum, quæ retuli,eos teneant, quædam non:vehementes quidem & magnos vel tum obtinebunt,non perinde tamen.Exempli gratia.Si cuius iuuenis,qui ſanus ſit,non tamen corpore moderato,ſed vel pinguis vel gracilis,loci incolæ frigidi pulſus tangas,vehementes eos,& magnos inuenies,at nõ ſimiles tamen prioribus.Verũ enim vero in ijs omnibus,in quibus pulſus adhuc manet vehemẽs & magnus, ſi, vt iuſſi,tangas arterias,ſenties contractionem:clariſſime autem in illis,quibus maximum eſſe & vehementiſſimum diximus. Atque ſi ſit vehementiſſimus, facere maiorem eum ſic in tactum impreſſionem,itaque manifeſtiorem eſſe eius impetum,ſuperius explicauimus. ¶Quin etiam, ſi maximus ſit, hac facillimè via cognoſcas: ſi tantum intelligas in contractionibus ſolere arteriam deſcendere,quantum in diſtentionibus aſcenderit.Quod ſi eſt,non poteſt maximis interuallis non fieri vterque motus, ſurſum, dum diſtenditur: dum contrahitur,deorſum,ita vt ille quamlongiſſime ſurſum currat, hic recedat.Diximus autem nos ſentire recedere arteriam,non receſſiſſe.Itaque vt maximum receſſus ſpatium & tempus erit, ita eius erit apertiſſima cognitio.Quod fuit in cauſſa,cur dicerem eſſe primam tactus exercitationem,nõ in vehementiſſimis tantum, ſed & in maximis ſimul pulſibus ſubeundam, qui non perinde moueantur velociter. ¶Diximus etiam nõnihil ad contractionem percipiendam facere duritiem:cuius tamen illic cauſſam præteriuimus: quam hoc loco, nihil cauſſæ eſt, quin aſſcribamus. Nam ad vim ictus magnopere refert durities quoque arteriæ tunicæ. Id etiam in rebus extra corpus poſitis aperte perſpexeris: ſi æquis viribus vel lapidem cuipiam duriſſimum impegeris,vel lignũ,vel aliud,quod molle ſit. Sanè multo citius & magis prematur neceſſe eſt ab lapide, & euertatur quod impetum ſuſtinet,q̃ à ligno.Iam q̃ violentiæ diſtentionis ſemper reſpõdeat cõtractionis ſenſus,hoc cõtractiones clarius dignoſcẽtur, quò violẽtioribus ſuccedant diſtẽtionibus. At nec facile magnus pulſus cõmiſcetur cũ duro,& affectus,in quibus cõgre diũtur,in opere de cauſſis pulſuũ,& in opere de præſagatione per eos explicabimus.hoc loco tantũ ſatis ſit tironibus exẽpli gratia didiciſſe, quibus valida facultas vitalis eſt(quam eandẽ quidã medici vitalem cõtentionẽ appellãt)ſed in victu offendunt,& nõnullis in alijs,in primis in vini intẽpeſtiuo potu,his tales pulſus accidunt.Itaq; in his,ita vt in prioribus,aperta eſt arteriæ cõtractio. ¶Iam etiam tarditatem,quantum tempus auget receſſus,tanto oſtenſuram eſſe manifeſtiorem motum,ne id quidem collectu eſt difficile.Quam ob rem

Quibus in ſanis inſunt pulſus manifeſtã contractionem habentes.

Quibus in ægrotis pulſus inſint manifeſta contractione præditi.

Magnitudo facit ad contractionẽ dignoſcẽdam.

Durities cur ad cõtractionis notitiam faciat.

Cõtentio vitalis.

Tarditas cur manifeſtiorẽ cõtractionẽ faciat.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 101 sur 282

©BIU Santé

& hæc vſum ad cognitionem aliquam præſtat. Ac qui debeat pulſus eſſe, qui ſenſibilem contractionem eſt redditurus, abunde declarauimus.

Ratio applicandæ manus arteriæ in contractione.

Einceps quo modo ſit applicanda manus, nobis inquirendum eſt, d an perpetuo ſuper arteriam, an ſubter, an aliquando hoc modo, aliquando illo: & vtrũ comprimendo, an palpando, an applicando tantum, an interdum hoc modo, interdum illo, vt natura pulſus ferat. Nam nec de his quicquam maiores noſtri explicarunt. Nos autem his inquirẽdis quæ ratione & vſu conſecuti ſumus, in medium proferemus. quò, ſi ſufficere quidem videantur, omnibus ſuis partibus & numeris doctrina à nobis ſit abſoluta. Sin minus, complurium quidem & vtilium inuentorum certè ope, alius atque alius, quod reliquum eſt, inuenerit. Itaque ſi comprimẽdo applicemus tactum, nulla differentia ſenſibilis ex manus ſuper arteriam vel ſubter applicatione inueniatur. Vel ſi palpando tantum veluti ſuſpenſis digitis, ne tum quidem vllam animaduertamus differentiam. At tertius applicandi modus, qui medius eſt inter compreſſionem & palpationem leuem, ne obiiri quidem poteſt, ſi inferne tangas arteriam. Siquidem liberare oportet tum manũ omnibus voluntarijs motibus, & veluti languidũ admouere. Quod ſi fecerimus, ne arteriam cõtrectet, à grauitate depreſſa, delabetur. Proinde hoc modo attingendi ſuperne tantum licebit, inferne nunquam tangere. In eo autem frequenter contractio multum aperte patet, ſæpe etiam obſcura exiſtit, non tamen quin exercitatis animaduerti poſſit. In vehementibus & magnis nec velocibus manifeſta eſt. In moderatis per omnia hæc dicta genera, obſcura. Nã ſi vehementes & magnos nec veloces pulſus comprimamus, fore manifeſtiſſimam omnium contractionem, nuper diximus. Quorum cauſſas ex ijs, quæ de illis narrauimus, facile inuenies. Nam quatenus tactum ab arteriæ diſtentione accidit repelli, hactenus recedente ea ſenſibilis contractio fiat neceſſe eſt. qui repellitur, ſi compreſſeris, maiorẽ in modum in pulſibus quidem commemoratis. Sin palpaueris tantum, perinde ac nihil. At in manus applicationibus medijs inter illas, quas fieri quaſi remiſſa manu diximus, moderate repellitur. Quo magis contractionem comprimendo, quam tantum attingendo ſenties. Nec minus ſi inferne tangamus quàm ſi ſuperne. Quòd perinde vtrobique arteriæ cõtractionem tactus ſequatur. At enim manus, quæ tangat, non modo prompte ſentiat oportet, verùm etiã mollis ſit. Nam ſic demũ facile conſequatur, vt motus vel minimos animaduertat. Nam hoc ſanè quẽadmodum natura eſt comparatũ, vt alio alius videamus melius deteriúſq;, & audiamus, ita etiam tangere nos, equidem fugere neminem puto. Huc iam ſi ſtatus quidam mollis accedat carnoſæ digitorum naturæ, promptius & magis in occurſu arteriæ euerſa, interuallo maiore, dum contrahitur illa, fore vt ablegetur, nec hoc puto ante dictorum memori obſcurum eſſe. Nec verò etiam, cum per longius fertur interuallum, clarius ſenſuram eſſe contractionem, hoc fugit quenquam. Quare molliorem manum duriore, ſi reliquorum æqua ſors ſit, ratio dictat exactius contractionem ſentire. Itaque ſi ſummam orationis fecerimus, aliò tranſibimus. Quandoquidem inter Medicos controuerſia eſt de arteriæ contractione, quorum pars eam ſentiri confirmat,

Applicandæ manus arteriæ tres modi.

Compreſſio.

Palpatio.

Medius tangẽdi modus.

Tangendi ratio contractionem.

Manũ prompte ſẽtire & mollem eſſe oportet.

Mollis manus dura ex actius ſẽtit.

Summa ante dictorum.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 102 sur 282

©BIU Santé

pars non ſentiri,oſtendimus nos nõ perpetuo ſentiri: vbi primum pulſus,in quibus ſentitur aperuimus, deinde ſtatus,in quibus illos indagabimus pulſus.Denique qui ſentire planè contractionem cupiat, quomodo tangere ille debeat,qualémque eſſe manum conueniat applicandam.

Initium diſtentionis & finem contractionis non ſentiri.

Is conſtitutis,deinceps erit explicandum: totam ne ſentiamus diſ-
h tentionem atque contractionem,an pars nos vtriuſque fugiat.Et ſi fugiat,quæ hæc ſit & quanta?Atque huius etiam inſtituemus orationis initium à motu diſtentionis.Ac primum nobiſcum repetemus, ſæpenumero in multis ægrotis,quibus pulſus parui ſunt languidíque(quales habent præ cæteris ij,qui ſyncopa corripiuntur,& qui de vita decedunt propè omnes)quoſdam Medicos motum aliquãtiſper ſentire, alios haudquaquam. Secundo loco,prout accuratè & ſedulo,vel ſegniter atque negligenter tangit,eundem Medicum interim motum ſentire,interim non ſentire.Proindel cum eandem arteriam,quidam Medicus nõ pulſare,alius pulſare etiamnum dicat: atque idem frequenter Medicus eodem tempore, pro diuerſis manus applicationibus viciſſim cõtraria dicat,partem motus fugere conſtat tactum.Dices præclariſſima natura præditum,& manum rectiſſime applicantẽ, experientémque totam ſentire diſtẽtionem. At hunc quomodo inueniemus? Quis nobis humanã naturam ſpondebit eam integritatem ſenſus aſſecutam, vt nihil illam ne ſubtiliſſimũ quidem prætereat.Ego quidẽ certè nec exteriorum corporum horum,quæ licet præter vllum impedimentum ipſa tangas, iactem conſummatam notitiam eſſe: nedum corporis,quod adeps, membranæ,cutis munit craſſior ipſo ſubinde corpore arteriæ. Quòd ſi quis tam ſit audax & arrogans,vt dictitet in diſtentionibus arteriæ primum ſe motus cognoſcere impetum:libenter de iſto quæſierim,qua nam ipſe hunc manus applicatione deprehendat: vtrum leuiter palpando, an premendo, an nulla vi admouendo.Sanè ſi de magnis ille ſophiſtis forte ſit, qui in arti nauãda opera hactenus verſati ſunt,vt,omnino an homo febricitet,ignorent, verborúmque iactatione ipſam veritatem ſuperent:ne iſte ſcilicet nec an plures ſint applicandæ manus rationes,nec an inter ſe illæ mutuo diſtent,nouerit:noſtráq; ſtomachum illi fecerint, nec vllo modo me ſuſtinuerit audire.Verum enimuero vti alia,quæ ante tradidimus,ita hæc veritatis ſtudioſo,etiam ſi ſolus ſit, dictemus.Nempe media applicatio,quæ citra vllam vim fit,hactenus motum ſentiet in pulſibus certe non languidis,quatenus viſus:in languidis verò ſentiendis etiam viſui concedet.Altera,cũ premimus, in languidis ſupra primã motum arteriæ obſcurabit:in vehementibus præ cæteris percipiet.At tertia, qua veluti ſuſpendimus manum,motum ſanequã breuem ſentiet.Sed hæc faciamus quoq;, vt demonſtrationibus confirmemus, ab rebus euidentibus ingreſſi.Quid verò clarius hoc ſit,quàm omneis arterias nec viſu nec tactu moueri videri:ſed eas duntaxat,quas cutis cõtegit,neq; ea craſſior? At ſub carne abditas,aut ſub alijs corporibus,occultũ habere motũ:niſi quãdo magnopere intabuerint,quibus ſunt illæ ſubiectæ corpora,itaq; ſentiãtur?Imò verò quarũ ſentitur motus,quo ſunt arteriarũ nudiores partes ipſi ſubiectę cuti,hoc viſui clarioré motũ tactuíq; repræſentãt. At maximæ quidem arteriæ,quæ ſecũdum

Pars motus fugit.

Media manus applicatio conuenit cõtractioni.

Nõ omniũ arteriarũ viſus vel tactus motum ſentit.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 103 sur 282

©BIU Santé

dorſum ſita eſt,cuius fugit'pridem motus,ſimul atque contabuit animal, ad abdomen motus apparet.Vnde liquet,leuiora corpora arterias facilè,vbi diſtenduntur,vnà ſecum ſuſtollere.grauiora ægrius: prægrauia verò nõ mouere prorſus. Quod dico,multo animaduertes manifeſtius: ſi arterijs præditis illuſtri motu foris corpus aliud ſubtile ad cutem imponas:vt folium,mẽbranam,linteum,panniculum,aut aliud tale quid:ſcilicet vnà cum arteria diſtenta moueri cernes.Si iterum priori tantũdem apponas,iam multo amborum obſcurior motus erit.Si verò tertium addas,adhuc longe obſcurior : Itidem ſi quartum & quintum,tandem impoſitorum motum omnino abolitum putabis.Iam ſi vehementior pulſus ſit, plurium onus corporum feret. Sin minus vehemens,pauciorum.Quòd ſi nequaquam ſit vehemens,poteſt,vt nullo onerari corpore ſuſtineat.At verò ſi præterea languidum eſſe finxeris,nõ modo foris cuti corpus impoſitum mouebit,ſed nec ipſam interdum cutem. Id quod ſic conſtat habere.Nam arteria,quàm fuerit contentiſſima,tam maxime cutem conſpicies moueri,Contrà,cũ remiſſa multum contentio fit,planè non moueri videbis.Cum igitur arteriæ validior motus etiam multorum externorũ onus corporum,nedum cutem ſecum mouere valuit:languidior autem tantum cutem,& qui ſit multo hoc imbecillior,ne cutẽ quidem:quid habet admirationis,ſi alius etiam hoc infirmior exiſtat, qui neq; membranas, quæ arterias contegunt,neque adipem ſubuehere poſſit? At quis tanget hũc motum tactus?nempe nullus. Neque verò ad hæc illud reſpondeant, comprimendam digitis cutem eſſe,quæ arteriam tegit, vt pulſui non ſatis aſcendenti occurramus.cum in his quorum ſentitur motus, ſed obſcuris tamen, ſi cutem comprimas, ſemel pulſus conſiſtat. Quid iam illa cedo arteria fiet, quæ ne cutem quidem poteſt mouere,ſi digitis eam inſuper degraues,an nõ reliquam partem motus etiam amittet? Ne multis:nõ mihi ſcire iſti videntur arteriarum ſedem,quæ ex diſſectione perſpicitur:qui primã diſtentionis partem ſenſibilem putant eſſe.cũ cutem ex illis attingat nulla.Imò ſi quæ admodum videntur conſpicuæ eſſe, eique propinquæ,has velis excoriatas vtrinq; inſpicere,multum cernes ſpatij inter cutem & tunicam arteriarum interpoſitum.Etenim temere hoc natura vnum condidiſſet,quæ tamen citra rationẽ molita nihil eſt:ſi inſtrumentum creaſſet,quod in omnem partẽ poſſet diſtendi,neq; locum ei,vbi moueretur,attribuiſſet vllũ. Atqui aliter res ſe habet,& longe quidem.Siquidem monſtrant diſſectiones cingere arteriã regionem ſatis amplã:quam caro vbi plus iuſto auctũ corpus ſit,inſidẽs,ne diſtẽdatur,interpellat vas,quantũ ſolet.vnde fit,vt craſſis paruus pulſus ſit:q; lõgitudo eius imminuatur,& latitudo fiat limitatior,cũ à multa carne cõſtringatur,Aſcenſus item vbertate corporũ incumbentiũ depreſſus inhibetur. Illorũ verò,qui gracili corpore ſunt,alioqui robuſti,inſignem latitudinem & longitudinem pulſus habet,inſignem etiam aſcenſum.Ac magis etiã in his,quibus cutis remiſſa eſt,perſpicuũ interuallum eſt inter eam,& arteriæ tunicã.Nam eius,qui in ſtatu illo eſt,ſi vehemens pulſus,aut non languidus certe ſit,poteris membro conuertendo,atque interim ſupino, interim prono figurando, differentias, quas nunc retuli, arteriæ dimenſionum manifeſte premendo aſſequi.i Nam longitudine & latitudine pronam figuram attendes præſtare,altitudine

Leuiora corpora arteria facile ſecum attollit,grauiora nõ ita.

Vehemẽtior pulſus plurium corporũ onus fert.

Multũ ſpatij inter cutem & arteriã eſt interpoſitum.

Regio ampla cingit arteriam.

Craſſis cur paruus pulſus.

Graciles magnũ pulſum habent.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 104 sur 282

©BIU Santé

& tempore ſupinam. Cauſſa vtriuſque, cutis eſt remiſſio: vt quæ in ſupinis manus figuris ſuperne incũbat, & decidat in arteriam: In pronis deorſum vergat, & dependeat, plurimúmq; diſtet. Quamobrem in ſupinis figuris, cum diſtenditur arteria, in obliquum ex altioribus circunfluens complicatur, & quaſi rugas agit: atq; hic in magnum aceruum collecta, magnitudini pulſus in his maxime partibus obſiſtit. In pronis verò, quia minime deprimit, nec interpellat arteriæ motum, nihil quoque de pulſus detrahit magnitudine. Quin ergo hic plus in profunditate item diſtendi pulſus videtur: aut ſi non amplius, at æque vt in ſupina figura? Quòd ſcilicet ſub latitudinis longitudiníſq; increméto latet profunditas. Et alioqui, cum, cuius hæc omnia nomine commemorantur, longiori tẽpore videatur, quantum ad conſpectum, arteria moueri, quæ in artus locata ſuperioribus regionibus eſt: ſimul intelligitur maior in altũ etiam aſcenſus fieri. Quod enim in aſcendẽdo longius tempus videtur ponere, hoc facile viſum inducit longiore ſe ſpatio profectum eſſe. Atqui hoc vehitur per æquale ſpatium, vt vult quidem veritas, quomodocunq; locata arteria ſit: ſed quia prior nimirum in ſupinis figuris motus ſub cutem fuit diſſipatus, tẽpus auctum diſtentionis, quantum viſus iudicat, ſpeciem ſimul auget profunditatis. Atq; hæc quidem euidentia exempla, aliáque id genus declarant diſtentionis primas partes effugere aciem. Quantum autem hoc in motu à viſu ſentitur, tantundem etiam in non violenta tactione in vehementibus certe pulſibus. Nam in languidis quidem ſubinde minus. Siquidem in cõſpicuo eſt non eſſe eo attingendi modo primas diſtẽtionis parteis ſentiendas: Ac ne ſi palpes quidem leniter velut ſuſpenſa manu. Reſtat igitur, ſi modo poſſit, vt manibus cum preſſu applicatis ſentiri primæ partis diſtentionis poſſint. Atqui non in omnibus pulſibus poſſe, ſed ſiquidẽ poſſint, tum in ſolis vehementibus, ſiquam memoriam habemus ſuperiorũ, plane teſtatum eſt. Ac hoc quidem hactenus ductum eſt, eo quòd aliam manus applicationem nullam in confeſſo ſit, nec alium pulſum (ſi à manus applicatione, quę preſſu in vehemẽtibus pulſibus obitur, diſceſſum ſit) diſtentionis initium offerre ſenſibus poſſe. A qua tamen videamus, an id, quod præſtari videtur poſſe, plane ſit verum, an veri ſimile tantum. Equidem vel in his latere nos cenſeo diſtentionis principiũ, ſed non perinde tamen, atq; alijs in pulſibus: verum eſſe, quod fugiat, quam minimum. Id intelliges, ſi cum animo tuo cogitaueris motum, quem arteria orditur, impartiri neceſſario primum corporibus, quæ illam cingunt, deinde vniuerſæ cuti, tum digitis noſtris denique. Quamobrem non poteſt in illa diſtributione motus nihil poni tẽporis. Et ſi hoc verum eſt, neceſſe eſt motus initium lateat: imò etiam (quia tactus quietem percipit, quæ poſtquã cõſederit arteria, ante diſtentionem fit multo illa quiete longiorem, quæ ab diſtentione prius, q̃ conſideat, fit) recte putes hoc eò conſequi, q̃ interim motus nos aliquæ prætereant partes. Neq; enim hoc obſcurum eſt, ſi initium deprehendi diſtentionis non poteſt, quin contractionis quoq; incognitus finis ſit. Etenim amplioré nunquam aut maiorem motum in contractione ſentiat arteria. Præclare enim agitur ſcilicet, ſi parem liceat ac in diſtentione ſentire. Teſtes huic rei illi ſunt, qui plane illam negant percipi poſſe ſenſu, quorum numerus late patet, virorum ſane in artis commentatione non contemnendorum. Nos vero ſentiri illam, &

Cutis remiſſio quid faciat.

Diſtentionis primæ partes fugiunt viſum.

Diſtentionis principij minima pars in vehementibus pulſibus violentũ tactum fugit.

Contractionis finis incognitus eſt.

©BIU Santé

quando potiſſimum iamdudum docuimus. Simúlq; demõſtrauimus, ampliori motui non eſſe tactum ſentiendo in contractionibus, quàm in diſtentionibus: niſi fiat, vt quantitas diſtentionis, vel contractionis incidat in mutationem. quod quidem in collectiuis inæqualitatibus vſu venit. Age iam hoc conſtitutum etiam eſto, ſenſum aliquando ob internę quietis magnitudinem tum finem fugere contractionis, tum diſtentionis initium: ſicque iam altera nobis quæſtio recte atque ordine eſto confecta. Nam quæſtioni, quam de diſtentione, an tota ſentiatur habuimus, proximum erat de contractione ſimiliter quærere. Sed cum tractaui de diſtentione, videor mihi etiam, quod de contractione erat dicendum, aſſecutus eſſe. Nam maiorem motum ſi in contractionibus non ſentimus, ſed vel parem ac in diſtentionibus, vel, quod verum eſt, minorem: omne autem in diſtentionibus non percipimus, planum eſt nec totam nos in contractionibus ſentire.

Tactus ampliorem motum non ſentit in cõtractionibus, q̃ in diſtentionibus.

Quanta pars diſtentionis & contractionis non ſentiatur.

Orrò de duabus quæſtionibus, quæ etiam reſtabant, vt quanta diſtentionis pars non ſentiatur, explicaremus, & quanta contractionis, videmur ex antedictis ſummam iam cõſecuti. Tantam ſcilicet partem oſtendit oratio non ſentiri diſtentionis, quanta inter arteriæ primum impetum motus & ictus vſq; ad noſtrum tactum diſtributionem intercedit. Quam ſi ſpeciatim diſſecemus, plurimam in languidis ſimul & magnis, quos tangimus leuiter, reperiemus: minimam in vehementibus, quos comprimendo dignoſcimus: mediam inter vtranque in manus medijs applicationibus, in hiſq; prout vehemens erit, vel non vehemens pulſus, imparem. Iam quãdo tantam ſentimus cõtractionis partem, quantam diſtentionis, aut paulo minorem: erit etiam contractionis pars illa, quæ non ſentitur, par diſtentionis parti, aut aliquanto maior. Habes de primis quæſtionibus, & veluti elemẽtis diſputationis.

Quãta diſtẽtiõis pars tactum fugiat

Quanta contractionis pars fugiat.

De quietibus dignoſcendis.

Væ de pulſus principibus partibus dicenda erant, penè iam percurrimus. Nam duæ quæ reliquæ ſunt, per accidens potius, non propriè nec per ſe partes pulſus ſunt, arteriæ externa & interna quies. Sed quoniam quædã denuntiant, de ijs dignoſcendis, operæpretium eſt, vt verba faciamus. Ac externam quidem quietem, tantũ manu admouẽda, maxime, quanta ſit, percipias: aut ſi premere etiam libeat, in vehemẽtibus quidem pulſibus, hactenus vrgẽdo, vt ne motui obſis. Internam autem ſi premas, quoad tibi per præſentem vehementiam liceat, ita maxime dignoſces. Externam certe totam quietem, ſi ordine attingas, planè animaduertes. Internam, quod etiam antedictum eſt, vnà cum partibus, quæ non poſſunt ſentiri, vtriuſq; motus, fine contractionis & initio diſtentionis. Quorum cauſſas non magno negotio etiam quilibet inueniat, ſi attente auſcultauit ſuperiora. Faciam tamen, vt ſummatim ipſe quoq; explicem. Nam poſtea quàm fieri nõ poſſit, vt cognoſcamus, quam pulſus externam quietem effecturus ſit, ſi moueri arteriam, quatenus poteſt, prohibeamus: prohibemus porrò, vbi nimium comprimamus: profecto quàm magna ſit externa quies, ſi præter quàm concedit nobis præſens vehementia, premamus, non percipiemus perſpicue vnquam. Dices, diſtentionis magnitudinem compreſſione imminui, motũ tamen perpetuo apparere: reijci enim

Quietes per accidens partes pulſus ſunt.

Externa quies quomodo dignoſcenda.

Interna quies quomodo dignoſcenda.

Externa quies tota ſentitur.

Interna quies vnà cum partibus vtriuſque motus ſentitur.

Externa quies, ſi præter modum vehemẽtię premamus, nõ percipitur dilucidè.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 106 sur 282

©BIU Santé

ab aſcendente arteria tactum, ibique deſiſtere primùm impelli ab ea mouerique, vbi illa ſimul quieuerit. Sed hoc falſum eſſe, ſi vniuerſe dicatur, ac requirere diſtinctionem facile perſpiciemus, ſi quid priorum meminimus, cum diceremus, arteria dum mouetur, fieri interim, vt ſecũ incumbentia ſibi corpora non moueat, eorum oppreſſa onere. Quare nec, cum premamus, ratio dictat, tam diu ſenſum durare eius motus in omnibus pulſibus: quam diu, cũ non premeretur vel vrgeretur, progrediebatur. Proinde, cũ arteria ſua ſponte mouetur, quieſcere iam nos ſubinde arbitrabimur pulſus, atq; eò quietem ocyus ingredi, quò ſenſibilem motum exceperunt. Nunc quando, quantum tactum pulſus in diſtentione arteriæ impellit, tanta, cum contrahitur, pars ſentiatur: omnino, cum finis non ſentiatur diſtentionis, nec contractionis initium ſentietur. Qui ergo non conuenienter tangit, quomodo dignoſcere plane externam quietem poſſit? Nam quantitas preſſus ad robur metienda arteriæ eſt: vt eatenus comprimamus, vt ne extrema motus pars ſenſum vlla fugiat? Vnde conſtat non eſſe in quibuſuis premendum, ſed ſolis in vehementibus, neque hic tamen adeo, vt vi applicatæ manus, arteriæ ſuperetur robur. Quare cautiſſimum erit, vbi dignoſcere externam quietem voles, citra vllam vim applicare tactum: Contrà internam, ni vrgeas comprimáſque, non cognoſcas. Nam contractioni arteriæ conſtantiſſimè tactus adhærere debet: premere verò niſi in vehementibus, non licet. Ita liquet in his etiam ſolis dignoſci poſſe internam quietem. imò ne hic quidem exacte, ſed nũc multo maiorem, quàm reuera eſt, nunc paulo, attamen adhuc eam maiorem animaduertes. Neceſſario enim duo ei tempora accedunt partium inſenſibilium vtriuſque motus, & quod ad finem contractionis eſt, & quod in principio diſtentionis. quæ cum aliam aliàs longitudinẽ habeant, vt antè explicauimus: neq; parem ſemper acceſſionem tempus internæ quietis habebit, neq; exacte vnquam dignoſcetur.

In externa quiete nõ eſt premẽdum.

In interna quiete eſt cõprimendum.

Quies interna i ſolis vehementibus pulſibus dignoſcitur.

PRIMI LIBRI GALENI DE DIGNOSCENDIS PVLSIBVS FINIS.

©BIU Santé

GALENI DE DIGNO-SCENDIS PVLSIBVS LIBER SECVNDVS, HERMANNO CRVSERIO CAMPENSI INTERPRETE.

Quemadmodum partes diſtentionis ſint dignoſcendæ.

Cur de diſtẽtione primũ dicat.

SVperiore commentario de partibus pulſuum dignoſcendis egimus: nunc explicabimus rationem, qua in partibus ipſis quæ inſunt, poſſis perſpicere, adeóque initio ducto orationis ab diſtentione: quòd princeps hæc pulſus partium ſit, & plurimam habeat cognitionis varietatem, plurimum etiam ad præſagiendum ex ſe præſtet vſum. Nam quando complura ſunt, quæ in diſtentionibus inſunt, præter cætera eſt peculiaris, propriéque ad eas, ex ratione ſubſtãtiæ pulſuum, motus pertinet: Omnis porrò motus tẽpus habet, quo fit, & celeritatem, vel tarditatẽ: vel æqualitatem, vel inæqualitatem: ad hæc, vbi feratur, ſpatium. Quare de his dicamus primum. Neq; enim putauit Medicorum maxima pars diſtinctam rationẽ eſſe temporis motus dignoſcendi, & celeritatis tarditatiſq;. Nam ſi quantum tempus eſt, perſpectum ſit: ſtatim etiam celer ne, an tardus, an moderatus motus ſit, planum aiunt eſſe. Mihi vero aliter tempus videtur dignoſci, aliter tarditas & celeritas. Neque enim ſi motus ſit breuius tempus, continuo pulſum dixero celeriorem eſſe. Sanè quod illis impoſuit, qui in illa opinione ſunt, ego definitionem eſſe celeris & tardi pulſus duco: quæ ſi vt illi accipiunt, ita ſignificat: non valet. ſin vt eam nos intelligimus: hæc conſtat, illi parum bene aſſequuntur. Definitio hæc eſt. Celer pulſus eſt, qui pauco tempore motum finit. Tardus, qui multo. Nam cum paucum & multum ad aliquid referantur, hi pulſuum tempora inter ſe mutuo arbitrantur conferri. At res ſe ita non habet. Quia motus præditi pulſus longiore tempore eſt non raro velocior eo, qui breuius obtinet. Sanè multas res & præclaras, quæ ex præſagatione per pulſus aperiuntur, niſi hoc probe dignoſcas, ignorabis. At qui quidẽ noſtri fecerunt periculum, cum in ipſis ægrotis ſæpe locos affectos prius declararemus, quàm partes inſpexiſſemus: præterea vnamquanq; cauſſam & ſymptomata, quæ conſequebantur anteceſſeránq;: his nihil, ſat ſcio, eorum, quæ nunc narrabo, nouum videbitur. Nam hi habuerint fidem omnium certiſſimam, adducti prędictorum veritate. Alijs primo ſuſpecta erit oratio, & temeraria videbitur, ſi tot taléſq; Medicos in pulſu celeri & tardo dignoſcẽdo lapſos dicemus. Quòd ſi quis ſuſtineat, & animum inducat, quæ dicam, audire, profecto ſi non omnino fidem faciam illi, ab eo deducam certè, ne ſemel fidem verbis meis deroget. Neq; enim quæ apud multos confeſſa iam diu & certa habita ſunt, de his facile eſt quempiam abducere: idq; maxime cum adeo multam ſpeculationem, accuratámq; poſtulent. Quin ſi ſpeculatione etiam ea aſſequaris, tamen vt experientia quoq; æſtimes, omnino multum deſideres tactum exercitatum. Nam pulſus, qui formicans appel-

Motus diſtẽtionis principalis pars eſt.

Tempus motus aliter dignoſcitur, aliter celeritas & tarditas.

Celer pulſus Tardus pulſus.

Formicãs rudes latet.

©BIU Santé

latur,cum ſenſum,quò dignoſcatur, exactũ quærat (quippe qui in extremam recidat remiſſionem,paruitatémq;)ſemel lateat in tangendo rudes.adeo vt homines frequenter confirment, in quibus eos pulſus animaduertunt, pulſum non habere.Itaque ſi his qui celerem eum defendunt eſſe,refutem:& vnde factum ſit,declarem,vt errarint,quemnam feram iudicem?Nam eos qui ne hoc quidẽ dignoſcere valent,adſit ne omnino hic pulſus ægroto,qua ratione,qualis ſit,docebo.Quamobrem non faciam,vt de iſtiuſmodi ſpeculatione narrem. Satis eſt enim, ſi operibus comprobem eſſe eum. Sed verò, quod initio teſtati ſumus,quia hoſce libros vulgo non paramus:ſed vnum,qui inſtar ſit mille,expectant:commẽtationem eius nomine ſcriptis mandabimus: quæ prius vt abſurda & inſolentia ſexcentis conuitijs conſcindentur,q̃ incident in dignum. Talem verò ego in præſentia, qualis Archigenes erat,deſiderem auditorem: vt ita hominem appellem.Quid tu hæc tãdem vir egregie in libro tuo de pulſibus ſcribis,cũ de pulſu formicante his verbis diſſeris? Cõſtare mihi ex paruitate,remiſſione,crebritate videtur,& verò neceſſario ex celeritate. Non enim extremum illud omnium ſatis,quid velit,capio. Nam priora aſſequor,probóque veriſſima eſſe,& perſonam tuam decere.hoc verò,cum formicãte coniunctam neceſſario celeritatem eſſe,quomodo interpreteris,dubito.Nam plus valet,ac ſi abſolute dictũ ſit,non addito neceſſario: tamen ſit mendacium nihilominus.ſed ſi nihil eſſet adiectum, error manaſſe ex tactus offenſione videatur. Nunc quando additum neceſſario eſt,rationalem præ ſe fert aliquam opinionem.Quę autem hæc ſit,diſcendum nobis erat.Equidem nullam video neceſſitatem,qua adductus imbecillum,crebrum,& paruum motum,ſtatim putem celerem eſſe.Neque vero ipſa,de qua nomen pulſus inuenit,formica celeriter mouetur:ſed breues eius eſſe,& languidos motus,crebróſq; conſpicimus:celeres autem nequaquam. Quam autẽ harum celeritas neceſſario comitatur? remiſſionem ne?imò verò mirabor,ſi quiſquam cum cætera omnino pari momento ſint,ob virium imbecillitatem mouebitur velociter. cum planè contrà alijs ſimili in ſorte poſitis robur facultatis coniunctum, motum celerem reddat:quod in cauſſis pulſuum oſtendimus.Quin nec crebritas cauſſa celeritatis eſt.Nam quis Athenis iter Piræum crebro faciens,continuo etiam currat neceſſario.Etenim crebrę actionis aliæ ſunt cauſſæ,alię celeris.Sed paruitatem fortaſſe dicet eſſe in cauſſa,cur neceſſario formicãs pulſus celer ſit.Nam quid aliud inuenias?Habet ſanè hoc certam quandam rationẽ:ſed verum ne etiam ſit,hic quærimus.Nam fieri nõ poteſt,quin arteria,quæ breuiſſimo vehatur interuallo,minus cõſumat temporis,quàm cum ferretur maximo.nihilo magis tamen,qui pauco tẽpore motus circumſcribitur,ſimul celer is neceſſario erit. Quid tu,quęres,num ergo qui multo tempore fiat,eſſe dicis celerem?Ego verò hunc non dico.Omnino enim non temporis modò dico rationem habendam quantitatis,ſed & ſpatij.Cum iam motum,qui pauco obitur tempore,de me quæras,qualem dicam eſſe:quo reſponſum tibi dem,cõtinuo quantitatem fac ſpatij addas.Si ſupprimes,addam ego, atq; diſtincte dicam cautéq;: motus, qui breui tempore obeuntur,non eſſe prorſus his citatiores, qui maiore efficiuntur.At ſi proportioni temporum,ſpatiorum reſpõdeat proportio,neuter alterũ anteuertit. Quòd ſi verò aut temporis ad tempus, aut interualli ad in-

Galenus vulgo nõ ſcribit hos libros.

Formicãs pulſus nõ eſt celer.

Motus imbecillus,creber & paruus,nõ eſt ſtatim celer.

Celeritatem non habet cõiunctam remiſſio.

Robur motũ celerem reddit.

Celeritatis non eſt crebritas cauſſa Celeritatis cauſſa nõ eſt paruitas.

Motꝰ qui paruo tẽpore obitur, nõ eſt diuturno ſẽper celerior.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 109 sur 282

©BIU Santé

teruallum maior proportio ſit, tum vnum celeriorem fore, alterũ tardiorem motum dico. Habes rem vniuerſam: quam tu ſi es aſſecutus, recte forſitan hic finẽ faciam orationis. Si non intellexiſti, accipe prolixius, quod paucis perſtrinxi. Qui pari tempore par ſpatium conficiunt, motus hos ἰσοχρόνους & ἰσοδρόμους appellamus, hoc eſt, æque diuturnos & celeres. Qui verò pari tempore maiora interualla emetiuntur, hos celeriores. Haud aliter qui par ſpatium, ſed minore tempore. Atque exempli gratia: ſtadia duo quinquaginta vna hora percurrant, æque veloces hos dixeris. Sin alter vna hora hæc confecerit, alter triginta: liquet celerius ſe priorem mouiſſe, qui maius pari tempore ſpatium percurrerit. At verò ſi quinquaginta ſtadia hic vna hora, alter tribus perficiat, plane prior celerior eſt. ſiquidem par ſpatium confecit citius. Nihil hic difficultatis ineſt, ſed poſthac erit fortaſſe, niſi animum intendas. Nam nihilo ſecius attendentibus quidem illa, atq; hæc aperta erunt. Ergo faciamus in duobus motibus, alterum, vna hora quinquaginta: alterum horis tribus centum quinquaginta conficere ſtadia. quid hos, nónne æque celeres eſſe dicemus? Vero. Nam ſi ille, qui confecerat vna hora ſtadia quinquaginta, tres ſit horas motus, omnino etiam ſupra quinquaginta confeciſſet centum. Si item qui tribus horis hos percurreret, vnam tantum horam fuiſſet motus, hic ſcilicet quoque quinquaginta ſola progreſſus eſſet. Sic æque erunt celeres, qui paria ſpatia paribus temporibus obeunt. Quare aduertendæ ſpatiorum ſunt longitudines, & temporum, vt ſi, quomodo ſpatium ſpatio, ita tempori reſpondeat tempus, æque celeres eſſe dicamus motus. Si vero ſpatium excedat ſpatium longius, quàm tempus tempus: aut tempus ſuperet tempus, cum ſpatia ſint æqua, minime exiſtimamus æque eſſe celeres. Nam ſit ſpatium ſpatij quadruplum, tẽpus verò temporis duplum, certum eſt ſpatij proportionem ad ſpatium maiorem eſſe, quàm temporis ad tempus. Itaq; alter motus velocior erit. Iam illius eſto ſpatium cubitorum quadringẽtorum, huius centum, ac tempus prioris duarum, alterius vnius horæ: ſi iam duabus horis alter motus cubita quadringenta confecerit, alter centum vna: conſtat, ſi priorem centum tantum cubita moueri fingamus, hora dimidia confecturum. itaque altero erit celerior: quòd par ſpatium breuiori tempore emenſus ſit. Si verò ſecundum quadringenta faciamus progredi, quatuor hic horas requiret. quo nomine erit priore tardior. quippe qui par ſpatium percurret longiore tempore. In conſpicuo igitur eſt, vbi ſpatij cum ſpatio collati maior ſit proportio, quàm temporis comparati cum tempore, eum motum neceſſario celeriorem eſſe. Contrà, ſi prioris motus ſpatium minorem habeat proportionem ad ſpatium alterius, quàm tempus ad tempus: priorem neceſſe ſit tardiorem eſſe. Atq; huius etiam exẽplum proponam. Fac mihi prioris motus ſpatium ſpatij ſecundi motus duplum eſſe, tempus autem temporis quadruplum. Si iam prior quatuor cubita progrediatur quatuor horis, alter vna hora duo: planum eſt, ſi duo tantum cubita priorem fingamus progredi, duabus ea horis confecturum. quò tardior altero erit, qui eadem duo cubita percurreret vna hora. Et alterum, ſi quatuor cubita emetiatur, duabus id horis facturum. Vnde illo qui quatuor cubita, quatuor progreſſus horis eſt, velocior erit. Siquidem par ſpatium ocyus confecerit. Quo quidem conſtituto, duos iam fingamus aſcenſu

ἰσόχρονοι. ἰσόδρομοι.

Motus æque celeres.

Motus nõ æque celeres.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 110 sur 282

©BIU Santé

impares pulſus.Nam hãc in primis diméſionẽ in hac diſputatione quærimus, ac faciamus,ſi lubet,exẽpli gratia,eſſe profunditatẽ profunditatis decuplam,& tempus temporis duplum: nónne aperte perſpicies,modo ſuperiorum memineris,pulſum,cuius decupla eſt altitudo, multo fore altero celeriorem? Nam humilis ſi in eodem conſtans motu,decuplo in profunditatis dimenſione increuerit,fiet ille quidem æque ac alter altus,ſed tempore longe maiore,quàm ille.Inuentus igitur quidam eſt humilis pulſus breui tempore durans,qui alto diuturno ſit tardior.Id quod eſt,de quo initio agebatur:aliam rationem dignoſcendi temporis eſſe motus,aliam temporis celeritatis.At enim hæc verbotenus fortaſſis finguntur,à vero autem abſunt.Imò ſi iuuenis valentis compares pulſum cum pueri formicante, decuplum aſcenſum offendes. Quòd ſi hunc ipſum excalfacias iuuenẽ vel balneis,vel frictionibus, exercitationibúſve,ac tum bilem moueas illi,& ſtomachum facias,non decuplam,ſed quindecuplam eius profunditatẽ inueneris humilis dimenſionis pulſus in puero formicantis.Verũ in puero formicans,ne ſit ſemel tardus,ſubſidium ab ætate habet:at in ſene formicantem,ſi pulſum noſti tãgere, celerem non magis dicas, quàm vermiculantem.Nam hoc haud ſcio,an tardior clare vllus pulſus videatur.Formicãs enim,qua eſt breuitate,apertam cognitionẽ fugit.Vermiculans non obſcure quidẽ eſt tardus.ſed ſi quis alius, abũde perſpicuus.Quid igitur inter celeres hũc quoq; pleriq; referũt, niſi conſenſionẽ cũ formicãte ſtudẽtes ſeruare,eos non ſentiri ſtatuũt?Nam quandò in ſe facile hi pulſus mutuo conuertuntur,& vermiculantis facile extremus delapſus formicantem gignit,ſimiliter primum formicantis incrementum vermiculantem:plane illi nouum putauerunt,ſi eorum alterum dicerent celerem,tardum alterum.Ac quia ſemel non probe celerem appellarunt formicantem,idcirco rem ex conſequenti tam falſam,tam etiam plane diſſonam ſuſtinuerunt admittere, vermiculantem etiam celerem eſſe. Et quidem vermis eum greſſui comparant, & formicantem item formicæ,animantium vide quàm velocium.Et ſimul ita comparant,ſimul eſſe celeres contendunt,nec animaduertunt,quàm ſecum pugnẽt. Poſtquam verò in tantos ſe errores ſemel demiſerunt,non dubitant etiam in ſtomachicis affectibus confirmare omneis eſſe pulſus celeres,cum ne hi quidem ſint celeres omnes:& verò alios etiam ſexcentos: de quibus alio loco dicam commodius.Qui errores ſeſe mutuo cõſecuti ſunt,ob notionem non diſtributam nec diſtinctam celeritatis, prorſúſq; confuſam. Nam cum illi de celeri pulſu ex ſola temporis exiſtimarent breuitate,neq; etiam de eius magnitudine ſtatuerent:quæ falſò illis in mentem venerant,hæc in errorem ipſos in dignoſcendo impulerunt.Sed nos clare,ni fallor,alium oſtendimus breui tempore durantem eſſe,vt ſic appellem,pulſum:alium celerem. Similiter contrarios his,alium diuturnum,alium tardum eſſe.Hic tu putas fortaſſe abſolutam omnibus partibus eſſe diſputationẽ,téq; manifeſtò cognoſcere, celerem pulſum differre à tardo.Ego verò nihil magis in votis habeam, quàm vt de commentatione tanta diſputatio detrahatur.At reuera non ita habet,ſed eſt habita oratio ad celerem pulſum & tardum dignoſcendum veluti quoddam præludium.Nam per totam hanc quidem habitam orationẽ duobus inter ſe motibus conferẽdis vnum tardiorem eſſe,alterum celeriorẽ oſtẽdimus. nuſquam

Vermiculãs non eſt celer

Vermiculãs tardiſſimus eſt.

Vermiculãs & formicans in ſe mutuo cõuertuntur facile.

Pulſus in ſtomachicis affectibus non õnes celeres.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 111 sur 282

©BIU Santé

Tardiorẽ dicas, an tardũ differt.

verba fecimus tamen de tardo & celeri. Sanè quamplurimum intereſt tardiorem dicas motum, an tardum: necnon celeriorem, an celerem. Exempli gratia. Si quis aliquem dicat motum tardiorem eſſe, quærimus quonam dicat eſſe tardiorem eum. Semper enim qui tardior eſt, alio dicitur tardior. Sin tardum dicat aliquem motum eſſe, haudquaquam interrogamus, quonam: nam ridiculi habeamur. Sic ſi pulſum tardiorem eſſe dicamus, aut celeriorem: erit omnino, qui de nobis, quonam tardiorem dicimus vel celeriorem, requiret. Sed tardum cum dicimus vel celerem, nullus iam rogat, quonam. Itaq; celer, & tardus abſoluto ſermone proferuntur. At celerior, tardiórq; referuntur ad alterum. Sed hoc fortaſſe quis promptè pro vero probabit. Mea verò longe alia ratio eſt. Adeo multæ eſt res cogitationis deliberationíſque, cum alijs de cauſſis, tum quòd ad plures res pertinet ea ſpeculatio. Neq; enim de celeri & tardo, vel celeriore & tardiore, diſtincto & definito eſt opus: de magno autẽ paruóq;, & maiore atq; minore, aliíſq;, quorum idem vſus eſt, negligere par eſt. Imò attendẽdum eſt, perinde ne ſit, ſi maiorem dicas ac magnum pulſum, & item minorem ac paruum: an diuerſæ res ſub his nominibus lateãt. Maiorem quidem ſemper accipimus minore maiorem, atq; minorem maiore minorẽ. Magnum verò nullo magnum, ſed abſolute: itémq; paruum, nullo paruum, cæterum abſolute. Eodem modo de breuiore & breui, longiore & longo, latiore atq; lato, anguſtiore anguſtóque, & hercle etiam de molliore & molli, duriore & duro, deniq; de omnibus alijs, quæ in eum vſurpãtur modum, diſtinctione eſt opus. Quippe hæc conſideratio penè pertinet cum ad totam medicinam, tum verò ad alias arteis omnes. Etenim calidius dicimus & calidum, frigidius & frigidũ, ſiccius & ſiccum, humidius & humidum, deniq; plus & multum, ſimilitérq; minus & parum. Vna igitur in re ſermonem pro exemplo explorabimus, vbi ſi indagãdo nobis quid profectum ſit, ad alia tum omnia viam & rationem hanc faciemus vt traducamus: ſin hæreamus, ipſam etiam hanc hæſitationem tranſferemus ad omnia. Alterutrum quidem certe, aut viam rationémq; inueneri-mus ad multa accommodiſſimam, aut inanem ſcientiæ eorum perſuaſionem, quę ignoramus, depoſuerimus. Age iam ſumamus in manus magnum & paruum, vt expendamus, quatenus à maiore & minore diſtent. Et primum de rebus omnibus mundi, in quibus quidem verſati ſumus & educati, quid intelligamus magnum & quid paruum, nobis ipſis ſubijciamus. Simili modo quid maius & minus. Nónne maius vt quiſquã abſolute dicat, non ferimus, niſi addat quo dicat maius: magnum autem abſoluto ſermone & ipſi proferimus, & alios citra additionem audimus? Proinde per ſe dicuntur & abſoluto ſermone magnum & paruum. Quod ſi eſt, nimirum vel ſubſtantiam ſcilicet denotabũt, vel qualitatem, vel aliquod aliud prædicamentum. Atqui ſubſtantiam non ſignificant, vt Socrates, Plato, equus, homo. Nec verò etiam qualitatem vllam. neq; figuram igitur, neq; colorem, neq; poſitionem, neq; conformationẽ, & pauca nihil iſtius generis. Quin nec vbi indicare, vel quãdo poſſint, nec item ſitũ, nec habitum, nec actionem, nec paſſionem. Sed in illis hæc ſolis ſunt quærẽda, quæ in prædicamento quantitatis aut ad aliquid ſunt. Atq; ſi quę nuper noſtra ſententia erat, non videantur ad prædicamẽtum relationis pertinere, in quantitatis erunt quærenda. Porrò plenum eſt difficultatis ſtatuere, quãtum intel-

Comparatiua ad aliud referuntur.

Poſitiua abſolute pronũtiantur.

Exempſum.

Maius abſolute non dicimus.

Magnũ abſolute profertur.

Magnum & paruum ſunt prædicamẽti quantitatis.

©BIU Santé

ligere vtrunq; oporteat: an ne inſtar ſtadij magnum,& cubitale paruum. Atqui montem,etiam ſi magnitudine ſit ſtadij,paruum dicimus,& formicam magnam,longe quidem cubito minorem.Dices fortaſſe, quod familiari cuidam meo ſatiſſecit:quantitatem quidem ab ijs ſignificari,non certam tamen illam, vt pedale: cæterum,vt ille dicebat,latam & indefinitam. Itaq; finibus latitudinem eorum amplecti poſſumus,vt alia id genus,nimirũ chori,ciuitatis,mõtis, exercitus,ſtagni.Quippe quæ cum quantitate incerta omnia dicantur.Poſſumus dicere, non treis nos aut quatuor ſaltatores chorum intelligere,non tamen iam mille.Nec etiam ciuitatẽ,ſi qua tribus conſtet domibus,nec quæ mille ſtadijs exporrecta eſt.Neq; montem, qui cubitalis ſit,ſed qui maior, neq; tamen qui lunam attingat.Neq; ſtagnum,collectionẽ aquę trium amphorarum: non tantũ tamẽ, vt vniuerſam terram inundet. Nam vniuſcuiuſq; horũ,quanq̃ ad amuſſim nequeas quãtitatẽ conſtituere,multa tamẽ inuenias corpora,quæ ab eorũ notione vtrinq; deflexerunt,hęc q̃ nondũ,illa q̃ non amplius ſint talia.

Termini magni & parui.

Vi ergo termini magno & paruo ſtatuantur,vt commemoratis omnibus,non eſt quid dicamus.Imò verò adeo intelligẽtia patet late magni,vt ipſo etiam vniuerſo mundo,verbi gratia, ſi quid excogitari maius poſſit,hoc magni ſit obtenturum nomen.Nihilo minus formica,culex,milium,& ſi quod hoc minus ſit animal vel granum,accipiat magni nomen.Neq; enim formica tantum, ſed & milium & culex magnus dicitur. Tantum ergo cõſtat,vnamquanq; rem cum eiuſdem generis rebus collatam,vel paruam,vel magnam dici:abſolute nihil. Atq; hoc quidẽ inter maius intereſt & magnum, quòd maius omni minore poſſit maius dici:magnum verò non quolibet maius, ſed tantum cognatis.Eadem de minore & paruo diſtinctio eſt,necnon de celeri & celeriore, nec ſecus de tardo & tardiore: ſiquidem equus quiſpiam tardus dicatur, & formica velox. Simili ratione alia cuncta videbis appellata eſſe,cum in pulſuum omnibus generibus,tum per totam medicinã, & hercle per totam mortalium vitam,durum durius,molle mollius,crebrum crebrius, breuiter alia id genus omnia, partim cum altero quolibet comparata, partim cum ijs tantum,cum quibus conueniunt genere. Quid iam igitur,ſummam ne aſſecuti ſumus,an verò hic etiam ſermo poſtulat diſtinctionem? Neq; enim ſi cum omnibus quæ ſunt eiuſdem generis magnum comparemus,ſtatim ſic nominamus. Neq; enim ſimul Achilles & Aiax dicentur magni.Nec Polydamas & Milo:ſiquidem Aiace Achilles,Milone erat maior Polydamas.Sed plane cum medio & mediocri atque moderato,quod vocant,vnoquoq; in genere,veluti cum regula cætera arbitróq; conferemus: tum quæ illud excedunt, magna eſſe dicemus omnia:quæ contrà,parua.Id quod vſu venit in omni vita, in artibus quidem vtiq; maxime. Nam ad moderati omnes examen referũtur. atq; hoc ſuppeditare eſſentijs,in quibus verſantur,ſtudent.Ac multũ cibi dicit Medicus ſumpſiſſe quempiam,vbi corporis naturam nutriendi excedat.Rurſus parũ,vbi infra mediocritatem eius ſit.Nam ea ratione Athletę duas minas carnis parũ dicimus eſſe.Et frequẽter ægroto interdicimus cremoris ptiſſanæ peluim exorbere,vt ſupra mediocritatẽ.Ita magnũ etiam pulſum & paruũ dicimus,qui à mediocritate deflectit:atq; huius vtriuſq; magnũ numerũ eſſe:mo-

Magni notio latiſſime patet.

Res collata cum eiuſdem generis rebꝰ magna, vel parua dicitur.

Magni & maioris differẽtia.

Res vt magna vel parua dicatur, cõferẽda eſt cũ medio ſui generis.

Magni & parui magnꝰ numerus eſt.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 113 sur 282

©BIU Santé

Moderatus vnus tãtum eſt.

deratum vnum,qui indagandus nobis & ob memoriam ponẽdus, omnibúſq; alijs applicandus eſt, veluti menſura quædam æqua ab ipſa conſtituta natura. Quem quomodo inuenire poſſimus, reliquum eſt, vt conſideremus. Nam eò tota oratio properat, cuius quidem nomine retulimus,quicquid ante dictum eſt.Inuenerimus autem illum, modo poſſimus, via & ratione. Quippe hoc ad illud intereſt,vt vnam viam ad omnia moderata,vnámq; rationem habeamus: nec denuo neceſſe habeamus quęrere,quo pacto inueniendus ſit in motu moderatus,quo pacto in quiete,vel in contentione,vel in arteriæ corpore.Ac primùm hoc videamus,vtrum ſinguli in ſingulis generibus quærendi pulſus moderati ſint,an plures,alius pro ætate moderatus,alius pro habitibus corporis, alius pro tẽperamẽtis,alius pro anni tẽporibus,alius pro locis,ſtatibus,vitæ inſtitutis,vel animi affectibus.Pro his enim omnibus alios magnos,alios paruos, alios moderatos dicimus pulſus eſſe.Iam hos celeres,illos tardos,quoſdã moderatos:pariq; modo in cæteris differẽtijs.Forſitan autem hoc probabilius dices eſſe, magíſq; conſonum vſui,ſi cuilibet generi vnum aſſignemus moderatum.Ergo accuratius hoc diſceptemus,atq; vnum ſumamus genus pulſuum pro exemplo,ſcilicet magnorum & paruorum:de quibus egimus ſuperius:ac medium eorum & moderatum demus operam,vt inueniamus, ſigillatim pro ætatibus, ſigillatim pro anni tẽporibus,regionibus,naturis,tẽperamẽtis,aliiſq; id genus omnibus.Nam hoc,nihil deſideremus ad vſum amplius,ſi inuentum ſit,ſiue proprium inſtituamus cuiuſq; memoratorum pulſum ſcire,ſiue etiam eius à natura flexus dignoſcere.Quod præſens nobis doctrina videtur ſuppeditare.Quare etiam atq; etiam videamus,poſſit ne hoc inueniri.Mihi quidem ſanè difficillimum videtur,atq; adeo non poſſe fortaſſe inueniri.Ac difficultas quidem in eo eſt, quòd nihil ex his, quæ commemorauimus,ſeparatum licet & ſolum ſumere. Nam quando ſeparatam & ſolam cernas pulſuum pro temporibus anni differẽtiam citra corpus,quod iam ſuum tẽperamentum habeat, & habitum,& ætatem,& alia,quæ diximus?Itaq; fit,vt non poſſis dicere,hic veri pulſus peculiaris eſt,ille æſtati.Nam te quis roget,quo tu nam in corpore dicas,in calidiore temperatura,an frigidiore: gracili,an corpulento: iuuenis,an ſenis:in frigida regione,an calida:& viri,an mulieris:nec ſecus in reliquis differẽtijs. Quocirca in omni natura videtur propoſitorum corporum proprius eſſe animaduertendus pulſus,& non proprius.quò ſciamus Dionis,verbi gratia,pulſus talis natura eſt:Theonis talis.At hoc abſurdum ſit,non tãtum quia neceſſe eſſet, qui peculiares ſingulis hominibus pulſus ſint,ſeparatim meminiſſe, & nihil nos poſſe de quoquam, niſi vſus nobis cum eo interceſſiſſet, cognoſcere: verum etiam quòd ne in ipſo Dione quidem, verbi gratia, vnum hunc proprium pulſum in vnoquoque genere ſeparatim poſſemus & præterrerum externas circumſtantias ſumere.Nam quando ſumes tandem, Dionis ne hyeme, an Dionis æſtate: & vtrum Dionis Romæ, an in Africa: iam gracilioris,an corpulentioris: Præterea eius, qui otioſius egerit,an laborioſius:durius,an lautius vixerit:tum vinum,an aquam potauerit,an ſitiuerit.Neq; enim ab his aliiſque circumſtantijs ſexcentis eſt ſeparatum ſumere & ſolum corpus Dionis. Itaque nondum explicata prima dubitatio eſt. Siquidem pulſum toti naturæ propoſiti corporis proprium,quem quidem moderatum,hoc eſt me-

Moderatus methodo inuenitur.

Singuli in ſingulis generibus moderati pulſus ſũt.

Moderatus in ſingulis generibus difficulter inuenitur.

©BIU Santé

diocrem appellauimus,non valemus inuenire. Præſtiterit igitur non ambire hac ratione pulſuum notitiam:ſed vt præſcripſi tironibus,in ſingulis,quas narraui,cauſſis ediſcere variationem. Nam aliquam poſſis eius viam atque rationem inuenire:quam hoc loco prius adnotabimus.deinde inſpiciemus,vtrum omnia præſtare queat,an aliqua ex parte etiam claudicet. Porrò via ratióque hæc eſt,vt exempli gratia vnam ſumamus de cauſſis,quæ alterandis ſunt pulſibus,vt exercitationem. Nam ſi conſiderandum venit,quemadmodum pulſus exercitatio immutet,delige hominem,cuius attẽdas prius omnes pulſus,inde exercites, túmq; de integro attendas,quem illorum teneas, quo deficiaris,& quantum:itáq; inueneris quatenus poſſit pulſus exercitatio cõuertere.Haud aliter in balneis,potu,cibis,aliiſq; omnibus,facto de ſingulis hominibus periculo,facile alterationes inueniemus.Hæc facillima experientia eſt,verùm quę ab ea experientia ineundæ rationes ſunt,non perinde faciles.Nam quod eſt in omni experientia, id hic item,ne dum nihil diſtinguimus,& confuſe rem tractamus,offendamus,periculum eſt. Quod fit bifariam,vt res nõ diſtributa,vel diſtincta ſit: partim quòd commune non diſpartiamus in ſuas omneis partes: partim quòd alterantibus cauſſis non attendamus,quæ præcipue, vel primo, vel quocunque velis nomine vocare:& quæ per accidens ſucceſſerunt. Atq; commune non ſecare in omnes ſuas differentias tale eſt.Nempe requirit oratio ad claritatem exemplum.Si quis exercitatorum tales dicat eſſe pulſus,neq; diſtinxerit,nec cui dicat nam exercitato,nec quemadmodum exercitato,neq; quando,neque quantum:hic,eò quòd non diuiſit commune in differentias,lapſus eſt.Cuinam exercitato inquam,qua ętate,quo robore aut infirmitate,quibus humoribus prædito,quo corpore,qua temperatura,qua compagine corporis partium,quàm ad exercitationem cõſueto.Scilicet in tot membra diuiditur cuinam.Iam quomodo exercitatus eſt,in alias etiam differentias ſcinditur,an valide, nec ne:celeriter, nec ne: æqualiter, nec ne. In quibus omnibus non eodem modo mutabitur.Iam etiam diuerſam eſſe pro tempore alterationem oportet.Neque enim à cibo ſubire exercitationem perinde eſt, ac ieiunum,nec perinde eſt triſtem atq; hilarem,alacrem ac ſegnem,rigidum ac excalfactum:item eum qui plus iuſto,ac qui intra modum,vel mediocriter dormiuit.Similes immutationis differentiæ manabunt ex quantitate exercitationũ. Siquidem moderatæ aliter,atque plures,vel pauciores commutant pulſus.At per accidens an per ſe mutatio fiat,ita eſt diſtinguendum:ecquid fuiſſet excrementis plenus,& cum cœpit exercitari,fluente in ventrem vitioſorum humorum copia vellicari contigit os ventriculi humorum vitio, aut copia opprimi, aut cuerti, ac nauſeare, eóque vel fatiſcere hominem, vel langueſcere, vel refrigerari, vel ſuffocari. Horum enim alterat quodque pulſus. quos aliquis forſitan ab exercitatione exiſtimabit profectos. Nam ſi, qui plethoricus ſit, ac thorace & pulmone affecto, ſimul, vt cœpit velociter exercitari, in dyſpnœam inciderit,pro dyſpnœa variabunt pulſus:& tu putabis fortaſſis pro exercitationibus.Ergo vt in experiundo non fallaris,quomodo ſit diſtinguẽdum,etſi alio loco ſim longius perſecutus,ſummatim hic tamen perſtringam. Omneis commemoratas differentias ad tres has reducemus generales. corpus propoſitum deſignabimus ad experientiam, cum ſanum ſit, ac nulli

Variatio in ſingulis cauſſis ediſcenda eſt.

Exercitatio quomodo pulſus mutet.

Cõfuſio bifariam fit.

Cõmune findẽdum eſt in ſuas partes.

Cuinã i multa mẽbra diuiditur.

Quomodo quis exercitatus ſit.

Alteratiões diuerſæ exercitationibus ſuccedũt pro temporibus.

Quãtitas exercitatiõis diuerſe variat

Per accidẽs an per ſe mutatio fiat, quomodo diſtinguẽdum.

Tria reſpicienda i digno ſcenda aduẽtitia cauſſa.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 115 sur 282

©BIU Santé

obnoxium externæ alterationi: tum exercitationem, qua ad id vtemur, moderatam quantitate ſeruabimus: atque in mutatione hoc attendemus, ecquid caſu inciderit, non ex ipſa natura exercitationis. Si enim tria hæc reſpicias, nullo negotio inueneris, quemadmodum & quatenus aduentitia cauſſa immutet. Itaque ſi omni in genere cauſſæ, alterationem experiundo addideris, vtendi tibi ad dignoſcendos in morbis pulſus facultas erit, facile quãtum ab externis cauſſis alterati pulſus ſunt, exploranti, quantum item à morbo. Itaque nihil erit, quod labores, vt qualis ſit, qui natura moderatus eſt, præſcias: ſed ſi, qui ſit ſingulis, de quibus agitur peculiaris, teneas, quatenus mutatus hic eſt cum ab alijs cauſſis, tum verò ab ipſo morbo, noſcas licet. Atqui niſi ad hæc vſus nobis moderati pulſus erit, nequicquam eum quæremus. Qua igitur ratione aliquem magnum dicemus, vel celerem incognito moderato? Nam manere etiamnum videtur prima dubitatio. Quid autem magnum nobis opus eſt, aut celerem dicto? cum alterationum nobis tantummodo ſatis ſit meminiſſe, vt dicamus in hunc modum. Exercitationes moderatæ pulſus in magnitudinem, celeritatem, vehementiam, & crebritatẽ conuertunt. Quod dicemus alios quoque, cum id ſignificare volunt, in exercitationibus dicere, magnos, celeres, vehementes crebróſque fieri pulſus. Nos verò primum, non abſolute in exercitationibus dicemus, ſed in moderatis addemus. Nam naturam quæ corporis exercitati excedunt, pulſus in aliud vertunt genus mutationis. Deinde non ita dicemus abſoluto ſermone magnos & celeres, ſed maiores, celeriores, vehementiores, crebriores, aliáque dicemus ita eſſe omnia vſurpanda. vt pro ætatibus maximos iuuenum eſſe, ſenum minimos: eorum quorum præcipitat ætas & vergit, maiores quidem quàm ſenum, tamen minores quàm iuuenum. Pro regionibus eodem modo, & pro reliquis omnibus idem præſcribemus, inter ſe omni in genere pulſus conferentes, non abſolute de ijs decernẽtes. Ac Empirico forſitan ſatisfaciat hæc inſtitutio, de qua accuratius nos paulo poſt viderimus. At qui primas ſtudeat & continẽtes, quas vocant, cauſſas inueſtigare cuiuſque pulſus, & ratione artem viáque tractet, huic cuiuſque generis moderatum operæpretium eſt noſſe. Quæratur enim, cur paruus pueris ſit pulſus, deinde cauſſæ nos probabiles deficiant. Nempè enim deficiemur illis, ni ſedulo prius cauſſas, quæ magnos pulſus & paruos gignunt, expenderimus. Neque enim in pueris cauſſas reperiamus, quæ paruos generent. Atqui ſi vel vna in re quamlibet leui cauſſæ ratio claudicet, ſimul in reliquis, vbi videatur abundare, merito titubabit. Vbique enim ſibi, ſi quidem vera eſt, conſtare illa debet. Quo magis neceſſarium eſt noſſe moderatum. Nam poteſt etiam pueri pulſus moderatum ſuperare. Herophilus certe permagnum interdum hũc pulſum vocat. Quid tandem igitur, quæres, paruum Archigenes illum nominat? Fortaſſe cauſſam tibi diſſenſionis aperiam: ſi noueris prius, inſtitutum probatum eſſe, debere ad commentandas pulſuum cauſſas virum, qui rationem ſequatur, & cum cauſſæ cõſideratione omnia inſtituat ſcire, pulſum moderatũ tenere. Sed hoc leuius eſt fortaſſe. Dices enim nolle rationalem te eſſe. Quod verò pauloante reiecimus, vt rem magnæ conſiderationis, nunc diſcutiamus: Niſi verè moderatum prius pulſum inuenerit, neminem poſſe Empiricum diligenter obſeruationem & accurate inſtituere.

Exercitationis moderatæ pulſus.

Cauſſa ſibi debet vbique conſtare.

Pulſus moderatus cognoſci debet.

Moderato pulſu icognito Empiricus nõ poteſt inſtituere exacte obſeruationem.

©BIU Santé

Nam posteaquam propositum est illi, non modo an mutet in celeritatẽ pulsus, vel magnitudinem, vel quid aliud præsens circumstantia, vt cognoscat: verùm etiam quatenus alteret: Nam præsagiendi ex pulsibus, in hoc potissimum omnis vsus vertitur: quatenus autem alteret, nisi naturam perspexerit, nulla ratione cognoscat: necesse erit cuiusq; ægroti naturam præsciat, modo nosse magnitudinẽ velit præsentis alterationis. At enim non omnium ægrotorum vsus est consuetudine per sanitatem: quò experientia eam addisceret, & inde memor illius cum ægrotantibus compararet naturam. Qua igitur ratione poterit etiam experiẽtia, quò intendit, aspirare? An hic etiam ex communibus quibusdam præceptis erit obseruatio? At quanam ratione? quò pacto? neq; enim perinde hic, atq; in caussis externis, alia fixa serues: vnum, quod obseruas, immutes. Quippe colores, figuræ, odores, longitudines, latitudines, profunditates corporum, gracilitates, corpulẽtiæ, differẽtia generum, ætatum, regionum, tẽporum anni, præsentis etiam status, necessario omnibus adsunt hominibus. Quare quandoquidem, quin habeat hæc, reperias neminem, difficulter sub pauca illa, quæ paulo ante recensui, reducas horum obseruationem. In externarum caussarum mutationibus, alia nobis opus est via & ratione. Iam quàm ardua sit hæc obseruatio, cognosces, si non ratione tantum, sed & velis experiundo inuestigare duos viros semper vna aliqua in re differentes, in alijs omnibus conuenientes. Sanè enim ægre inuenias: vt omittam, quàm multæ existant alterationum concursiones, & quantum obseruatio temporis requirat, quantam autem memoriam & quàm præclaram. Nam præter alia etiam, quæ nihil referunt ad pulsuum mutationem, obseruare Empiricos quàm diutissime oportet, vt hoc saltẽ, interesse nihil, certo sciant. Atq; hoc illud est, quod in primis iter istud à ratione & compendio remotum in immensam prolixitatem tẽporis producit. Quod est, cur semper clamemus, vt etiam aliàs docuimus, vt obseruatione tantum artem constituas remota ratione, fieri minime posse. Et vt ista omnia admittantur, certè, quòd nullum habeamus certum modum, ad quem excessus & defectus referamus, magnitudinẽ alterationis in ijs singulis nunquam cõplectetur memoria. Qui enim possit quisquam memoria hæc omnia tenere, cõnexis inter sese his, quæ corporibus necessario comitãtur vnà cũ quantitate singulorum. Omnino cõmissura huiuscemodi erit. Albo eatenus, lato pectore eatenus, item corpulento hactenus, corporis latitudine & profunditate tanta, masculo, & puero, tẽpore æstiuo, in loco natura frigido, in statu sicco talis pulsus erit. Eas enim cõcursiones infinitas numero (quas nemo mortalium nec obseruauerit, nec complexus memoria fuerit, sed in disputando tantum comparari posse Sophistæ iactent, in arte verò administranda inanes deprehendantur, nec vlla posse facultate parari) erit contexere necesse. Iam si plus & minus in omnibus, quæ narrauimus, istæ inter se cõiugationes differẽt, vt certè differunt, in quam obseruationem disputationem conijcient, apertum puto esse. Proinde satius fortasse sit, ne hic longior sim, nec immorer in demõstranda difficultate Empiricæ obseruationis, & imměsa longitudine: verùm rationem vt aliquam, & viam tradam, cuius præsidio omnem facile, quem experientia ostendit, fructum capiamus. Quænam tandem est illa via? Hæc est. Vbi optimam constitutionem inuenerimus corporis nostri, primum

Ars constitui obseruatione citra rationẽ non potest.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 117 sur 282

©BIU Santé

animaduertendum eſt,qui eius pulſus ſunt,neq; obiter id vel negligenter:ſed in eo ſtatu hominem accipiemus,vbi ſuum proprium motum pulſus ab nulla externa cauſſa immutati retineant. Hoc fiat, ſi non in longo otio ſit verſatus, nec recens exercitatus,nec verò etiam diu ieiunauerit,vel modo comederit. Aer præterea temperatus ſit oportet,ipſéq; omnibus liber animi affectibus,& tranquilliſſimam mentem habeat. Poſtea inueſtigandæ ſunt corporis vitioſæ conſtitutiones:túmque primum earum recenſebis differentias:deinde quos in illis exceſſus repereris atque defectus,hos ad moderatam,& optimam conferes. Iámque cum animo reputabis,primum quantum oporteat iſtarum naturarum pulſus diſſidere ab optimæ pulſu, deinde ipſa experientia rationem hanc, ſi conſtet veritati, explorabis. Quod cum ſubinde feceris, & longo vſu rationem exercitaueris & tactum, tum putabis demum certo te moderatum tenere in omni genere pulſuum, illóſque etiam, qui aliquo modo vltra hunc ſunt & citra. Habes ſummam. Proinde quicunque aut corporis noſtri optimam naturam, aut vitioſas non nouit: aut ratione quidem perſpexit eas, ſed vſu vt dignoſceret,non laborauit,nihil huic fructus feret hic ſermo. Siquidem illa prius ſunt ediſcenda,poſtea huc veniendum. Etenim in non paruam incidet controuerſiam,quam veteres Medici de his inter ſe habuerunt:& proximi non ſolum inter ſe,ſed cum veteribus etiam. Nam nec optima natura quæ ſit inter omnes conuenit,neque dum vitioſarum eſt inuentus numerus,& ſigna quibus, vel optimas, vel prauas cognoſcas, admodum pauci Medici literis prodiderunt. Quòd ſi vel hæc omnia apud maiores noſtros confeſſa ſint,& ordine inuenta, deberent tamen naturas diſcere prius experiundo,itáque ad artem ſe de pulſibus conferre. Erunt fortaſſe, quibus longitudo diſplicebit huius, quam induco, contemplationis. Nos verò,ſi inſtitutum meum ſuggillent, non offendemur. Neque enim probatum vnquam iri ſperauimus omnibus, aut vſui futurum. Nam cum admodum liquido & certo ſcirem, præter vnum veritatis amatorem, reliquos omnes pro nugis meris habituros, quæ doceo,tamen aggreſſus ſum ad hæc explicanda,ac vnum illum multis præpoſui. Porrò autem ſi nos ipſos quis de ægrotis vidit,præterita & futura prædicere:hunc etiam puto,niſi planè ſit fucus,etiam ſi videatur longior,cum tam vtilem exitum,támq; præclarum polliceatur, hãc cõmẽtationẽ amplexaturum.

Optima natura moderatum pulſum habet, ad quem alii collati, exceſſuum & defectuum nominibus appellantur.

Optimæ naturæ medius pulſus eſt.

Vi ergo antè intellexit naturam corporis noſtri optimam cognoſcendam eſſe (cuius nos alio loco indicia prodidimus) huius ſciat pulſum eſſe inter omnes alios medium: & veluti menſuram quandam regulámq; in omnibus lucubrationibus de pulſibus hunc moderatum & medium à nobis meminerit appellari. cum quo vbi alios omnes comparamus, celeres, tardos, magnos, paruos dicimus eſſe. At pulſum moderatæ naturæ & vndequaque optimæ;non recte vocaueris magnum,paruum,celerem,tardum: nec etiam durum,vel mollem, nec quoquam alio nomine, quod immoderationem interpretetur. Imò vt in opere de temperamentis omnium optimam tẽperaturam, nec calidam eſſe docuimus,nec frigidam, nec ſiccam, nec humidam, neque mollem, neque duram (quippe haſce omnes quibuſdam exceſ-

Moderatus pulſus menſura quædã eſt & regula.

©BIU Santé

ſibus defectibúſque conſtare vnius illius temperatæ & moderatæ) ſic nunc etiam,nec magnum,nec paruum,nec celerẽ,nec tardum,nec quicquid aliud, quod à mediocritate deflectit, pulſum optimæ naturæ vel appellabimus, vel intelligemus. Nec verò etiam ipſum hominem, in quo eum pulſum reperimus, vllo nomine, quod quidem moderationem non ſignificet, nominamus. Non enim craſſum,non gracilem,non calidum,frigidum, humidum, ſiccum, nullo denique alio nomine: verùm nominamus omnibus partibus corporis temperatum & moderatum. Ad quem,cum dignoſcere quidem illum didiciſti,pulſuum omnes differentiæ perpenſæ caue excidant,& vbi æſtimes ad illas reliquos omnes pulſus,vel duros,vel molles,vel raros,vel crebros,vel alio nomine ad eundem modum voca. Nunc ergo quando ſummam conſecuti videmur eſſe,non ſanè incõmodum erit,ſi dubitationem quandam neceſſariam excitem: quò,ſi nihil dum inuentum arbitremur, explicationem ſermoni apponere conemur: quæ adducat nos, ſimúlque doceat, primum ſummam nos iam obtinuiſſe:deinde abſolutiſſimam eorũ notitiam,de quibus agimus,commonſtret. Ac exordienda quidem modo dubitatio eſt, dicendúmq;, non poſſe omnes,quæ in corpore ſunt,arterias neque eſſe æquales inter ſe,nec æqualiter diſtendi. Qui enim poſſet dorſi arteria arterijs colli,aut alarum,& inguinum,vel ipſa par eſſe,vel eius diſtentio illarum diſtentionibus? Ac multo verò minus arterijs vlnarum atque poplitum. Adhuc minus arterijs temporum digitorúmque. Non poteſt itaque pulſus vnus in quantitate diſtentionis moderatus eſſe,ne ſi optima quidẽ ſit natura: ſed in motu & robore,cæteríſq; generibus vnus eſſe per omnes arterias poteſt. Neque enim poſſunt,dum in natura ſua conſtat homo,præſertim ſi optimam adeptus conſtitutionem ſit,quædam celerius arteriæ, aliæ tardius, vehementius, languidius, durius, mollius, crebrius,rarius pulſare:ſed ſimilem cum inter ſe mutuo,tum cũ corde motum omnes neceſſe eſt habeant:magnitudine verò vt eorum differant corpora,ita diſtentiones par eſt diuerſas eſſe. Putabis igitur ad manum eſſe ſolutionem hæſitationis. quòd nihil cauſſæ ſit, quin, qui carporum tantum arterias ſemper tangat, quantus in optimis naturis ſit pulſus earum, noſcat, & verò etiam quantus in alijs quiſque, ſi cum hoc comparetur. Et hercle, ſi velis arterias etiam plantarum pedum tangere,aut partium aliarum corporis, diſtentionis retinenda quantitas eſt in optima quidem natura. quò poſſis ad hos æſtimare earundem partium pulſus,qui in alias naturas incidunt: Neq; hic quicquam conſecuturum abſurditatis,aut difficultatis, neq; multum laboris in cognoſcẽdo fore. Verùm hæc qui dicit,in libro de optima corporis conſtitutione ignorat demõſtratũ eſſe,æque in magnis corporibus ac in paruis cõſtare eam naturam poſſe. Quod ſi ſciret, nequaquã neq; ipſas arterias ſingularũ partium duceret, neq; diſtẽtiones earum parem poſſidere in omnibus optimis naturis magnitudinẽ: cæterum,prout magna ſint corpora vel parua,ita variare. Vnde fit,vt nõdum diſcuſſa prima ſit hæſitatio. quia moderatũ vnũ inuenire in diſtentionis quãtitate non valemus. Proinde operæpretiũ eſt,quãdo hic prorſus hęremus,omnes Medicos demirari, qui magnos temere appellãt perpetuo & paruos pulſus: quantus autẽ moderatus ſit,ex cuius contẽtione alios reperiemus, non tradunt. Videantur enim parũ diſtincte illi eiuſcemodi pulſum cõcepiſſe:

Arteriæ corporis non ſũt omnes æquales, neq; parem habẽt diſtentionem.

Optima natura præditi nõ habẽt pares arterias & diſtentiones.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 119 sur 282

©BIU Santé

ſed referentes potius ad aliquid,magnum vel paruum dicere, perinde vt maiorem & minorẽ. Equidem etiam noſtræ memoriæ ſoleo præſtantiſſimos Medicos, vbi tangendo aliquo, magnum vel paruum eſſe dicant, frequenter rogare, quonam illum dicant maiorem, aut quo minorem. Illi naturali reſpondent. Iterum cum quæſiui,quo illo naturali:non modo exiſtimãt non dignam inueſtigatione quæſtionem,verumetiam demirantur,ſi cuius putem eos alius dicere,ac ipſius ægroti,quem in præſenti tetigerint. Quin hoc latere ne pueros quidem autumant,alio alium per cõmodam valetudinem maiorem & minorem pulſum habere. Atque hæc quidem hi dictitant. Quid autem illi, qui his præſtant,qui libros nobis de pulſibus reliquerunt conſcriptos,aliáne ſunt in opinione,an in eadem illa? Hi quidé certe dicunt: Veris medium & autumni efficere maximos pulſus,hyemis & æſtatis minimos:quæ inter hæc tempora intercedunt,medios inter magnos & paruos. Nam videtur mihi ne hi quidem abſoluto ſermone proferre magnos vel paruos, ſed referre aliquò. Itaq; ſunt in illis, pro anni tẽporibus qui adſcribant,in hunc modũ. Veris medium & autumni maximos,pro anni tẽporibus quidé,pulſus efficiunt: ijdem nec in ætatibus ſcribunt abſolute,vt alius, magnos eſſe iuuenum,puerorum paruos & ſenum:ſed addunt hic quoque pro ætatibus. Proinde ſic pronuntiant magnos & paruos, vt ſi maiores dicant & minores: nimirum eos comparantes mutuo, non moderato. Nam mutuo,ipſam puto demonſtrare rerum,de quibus differunt,naturam. Nam non omnium mortalium medio vere æque pulſus maximi ſint, ſed cuiuſque pro ſua natura. Porrò idipſum quoque craſſa ratione omnino incompoſitum eſt & confuſum. Nugæ enim ſint meræ,ſi censeas illi, qui bilioſa, calida,& aduſta natura eſt:aut contrà pituitoſa,atque frigida, huic maximos medio vere pulſus eſſe. In diſputationibus ita vtique, & verbotenus forſitan videantur habere. Quòd ſi periculum facias, non reperiantur. Quippe calidiores & ſicciores temperamento non expectare conſpicias medium ver,ſed multo habere ante ſuos maximos pulſus,iam contrarios his humidiores & frigidiores longe vltra medium ver, ineunte iam æſtate. Soli verò qui optimam ſunt nacti conſtitutionem corporis, inueniantur medio vere maximos ſuos pulſus obtinere. Eadem in ætatibus ratio eſt. Inter quas temperatæ medio vere, intemperatæ ante vel poſt habent pulſus maximos. Verum nullus hæc quiſquam Medicus diſtinxit: adeo, vt ſi omnes homines parem ſtatum in vtroq; anni tẽpore haberent,ita reſpondent. Tametſi Hippocratis ſcripta,neminem puto latere,quę ille & quàm multa de anni tẽporibus reliquerit: qui aperte oſtendit, nec naturas,nec ætates ab ijſdem anni tẽporibus perinde omnes affici. Quoſdam enim robuſtiores hyems ſanioréſq;,& in omnes partes meliores: aliquos æſtas reddit. Qui fiet igitur, vt quod commodat iuxta atque id,quod officit,mutet pulſus? Quin autem illos pudet adeo nobis nude ſcribere,& præter omnem diſtinctionem: Medium ver pulſus creat maximos? Nam ni additum ſit quibuſnam maximos, nihil didicerimus. Quin porrò,cum dicant:æſtate & hyeme paruos pulſus fieri,hoc certè, vtrum tempus reddat minores pulſus,ſuſtinent adiungere? Neque verò paruum ſcilicet peccatum dicent,ſi hyeme putes æſtatem minores pulſus efficere,hęc verò forte maiores efficiat:vel ſi hyemem ęſtate.cũ contrà ſe res habeat. Nam quod-

©BIU Santé

cunq; dicas de his tribus,ſiue æſtatem hyeme,ſiue hyemem æſtate,ſiue pares vtrobiq; pulſus eſſe,niſi addas quibus,mentieris.Sin appoſueris & diſtinxeris pro naturis corporum,& ætatibus,vnumquodq; ex tribus verum ſit, quemadmodum nos vbi de his priuatim egimus,explicauimus.At neque ſeipſum quiſque, neq; ſeſe illi mutuo potuerũt hic coarguere de multis falſo decretis & confuſis.quod illis nulla alia re vſu venit,præter quòd moderatum cuiuſque generis pulſum ignorarẽt prorſus.Nam quam ob rem, cum inter ſe mutuo tam decertẽt acerbe,de hoc ne verbum quidem faciunt, ſed prætermittunt miſere?Nullam ſanè aliam ob cauſſam,niſi quia nihil eorum cum intelligerent liquido,ſed confuſe omnia & minime diſtincte,vnum ſcilicet,qui primo hallucinatus eſt,ſecuti omnes ſunt.& de illis,quæ nihil prope artis adminiſtrationibus nec obſunt,nec accommodant,acriter non mutuo tantum inter ſe,ſed cum Herophilo etiam digladiantur : ídque cum contentio illis de rebus obſcuris exiſtat,quæ longam quærunt,quò declarẽtur,& prolixam orationem:de rebus verò tam illuſtribus claríſq;,vt vel ſolo ſenſu deprehendi poſſint,neq; ſcribunt elimate,neq; reprehendunt errantes:nec verò ſi quis veterum quicquam ſcripſit,quod ab ſua ſententia abhorreat,meminerũt.Cæterũ pueri eſſe confirmauerunt paruum pulſum,& item ſenis paruũ.Vtrius autem ſit eorum minor,prætereunt.tametſi de vtroq; Herophilus planè,ſi diligenter eius libros reuoluas,conſcripſit.At ridiculus ſim, qui hæc explicata ab illis poſtulem:cum ne prima quidem, nec ſimpliciſſima recte atque ordine tradiderint:Itaque paruum dicunt pulſum pueri:quem nunquam Herophilus paruũ appellauit,ſed modo ſatis magnum,modo inſigniter,vel eiuſcemodi quopiam nomine vocauit.Tum quæ cauſſa ſit,inquirũt,quæ arterias moueat.& eorũ, quæ de hoc ſcripſit Herophilus,prætermittũt nihil:De præceptis verò,quæ ad artis opera interſunt, recténe Herophilus,an ſecus tractauerit,verbum nullum ò dij immortales fecerunt. Atqui nónne longe præſtiterat,ſi quòd quatuor ſtatuit Herophilus facultates, quæ animalibus moderantur,de hoc nihil quærerent,nec atrociter rixarentur, vel eum oppugnarent.ſed ſi confutatum hominem vellent,& conuictum inanium ſuarum nugarum,ea proferrent,quæ refragantur his,quæ ſunt planè euidentia:ídq; cum aduerſus illum tantũ poſſint cogere teſtium numerũ? Etenim cum illos, qui poſt Herophili ætatem de pulſibus ſunt cõmentati, tum ſuperſtites penè omnes teſtes habebunt,pulſum puerorum minorem ſenũ eſſe, atq; adeo multo quidem minorẽ.Etiam quidam mihi nuper,ridens vniuerſam quæſtionẽ,dictitabat nõ dignam eſſe rem,de qua diſputetur: longe ſiquidem puerorum minores eſſe.quò rectius nihil de his proditum literis eſſe .Tales cum habeant ſexcentos teſtes,& alioqui Herophilum perpetuo oppugnẽt, iſta miror quid ſemel præterierint,nec etiam,an hæc ſcripſerit,ſciãt.Nimirũ non multum de Medicina laborant,ſed de his duntaxat ſententijs,quæ nugas accumulare in diſputationibus poſſunt.Quare hæc tantum ex Herophili ſcriptis capita decerpunt,cætera repudiant prorſus. quod in cauſſa eſt, cur ignorẽt Herophili ſcripta,ſi quæ mirifice ad artis opera faciũt,ſed repugnant ſuis decretis.Ideóque de rhythmis etiam,quæ prima ætate debebant in muſicis ludis addiſcere, hæc temere inſerunt libris medicinæ.Quibus accidit,quod ſerò diſcentibus

©BIU Santé

ſolet.Nam tacere,etiamſi ad aliam artem ſpectet,non valent.Rhythmus verò, quæ ſuppeditet ſigna,nemo ſcripſit illorũ vllus.At Herophilus,qui aliam viã, ac illi,ſecutus eſt,prætermittit, quæ diſcẽda de Muſicis erant, imbutis probè in arte.mox vt ſi ea teneant,apud eos diſſerit, quod medicinæ conducit ex ijs accipiens.Illi verò vt præclaram iſtam, quẽadmodum iſti appellant, τεχνολογίαν de rhythmis enarrarunt, nihil poſtea ſtudent oſtendere, qua ratione ex illis præſagiendi quid,vel denũtiandi compares facultatẽ. Itaq; etiam puerorum eſſe aiunt paruũ pulſum,contradicente Herophilo: nec verò hactenus ſtudẽt perpendere,vt quæ apud mortales magna & parua diſtentio dicatur,queant aſſequi.Quippe veſicarum,follium,fabrorum,vtrium, vẽtrum,vterorum,omnium deniq; rerũ,quæ prædita cauitate aliqua ſunt, magnas & paruas diſtentiones ſolemus vocare.Itaq; paruum ſæpe eſſe tumorẽ ventris dicimus, magnũ etiam,verbi gratia,veſicæ.Et paruũ vtris,ventris magnum.Dicemus etiã interdum magnopere veſicam intumuiſſe & diſtentã eſſe maxime. vtrem autem & ſaccum, qui viginti eiuſmodi veſicas capiant,nondum maximã diſtentionẽ eſſe conſecutos.Cenſemus enim,ni fallor,ad cuiuſque cauitatẽ corporis eſſe diſtentionẽ æſtimandam,nõ abſolute pronũtiandam ad eundem vbique modum.Nam eſt certus in qualibet re modus,in quo nec contendi tunicas,quæ cauitatem ipſam cõplectuntur,nec remitti contingit.Ergo vbi aduertitur tenſio in illis vel cauitas:tum magnas dicimus & paruas diſtẽtiones eſſe. Quãdiu nec ſenſibilem etiam cauitatẽ cernere poſſis,neq; dũ tunicæ laborent diſtentæ,modicã illam & moderatam,& natiuã corporis diſtentionem dicimus eſſe.Quid ergo eſt difficultatis ex his progreſſos arteriam intelligere,cum ſit corpus & hoc concauum,habere terminos oportere motus ſui in vtranq; partem,nec nimium diſtendi(rumpatur enim)neq; in arctiſſimũ conſidere : Obſtare ſcilicet naturam tunicarum duram, quæ ægre contrahitur. Quare eſt quædam iuſta arteriæ diſtentio,vt neque contendatur,neq; laxam quam ſuam parte relinquat,quam eſſe moderatam & naturalem dicemus.Sin minus,in vno eodémq; homine dicamus neceſſe erit,magnos,paruos, & moderatos pulſus eſſe.Atqui in optima natura abſurdum eſt non omnes moderatos eſſe.Et longe hercle abſurdius,ſi idem ſit pulſus magnus ſimul & paruus ac moderatus.Magnus,ſi cum minoribus comparetur:ſi cũ maioribus, paruus:vtriſq; ſimul,moderatus.Oportebat verò,cum minori confertur,eum maiorẽ appellare:cum maioribus,minorẽ:vtriſq; medium.Eo enim pacto nobis vocare licet optimarum naturarum pulſus,inter ſe illos quidem maiores & minores,omneis tamen moderatos,ſi quid ante dictorũ meminimus:cũ naturam diceremus propoſiti corporis ſpectandam eſſe,vbi indagare moderatum,magnũ,& paruum inſtituimus . Quòd ſi corporum inter ſe ſimpliciter comparemus magnitudines,maius,minus,medium inter vtrunq; nominabimus:magnum autẽ,vel paruũ,vel moderatum haudquaquã.Maius enim eſt, quod minus excedit.At magnũ,quod moderatũ eſt ſui generis.Itaq; refertur vtrunq; ad aliquid:ſed maius ad cuncta,quæ cum minoribus cõparãtur.Magnum ad vnũ duntaxat eiuſdẽ generis moderatum.Quo ſi maius ſit,vocatur magnũ.Ediuerſo in minore & paruo accipiendũ eſt. Moderatũ & mediocre eſſe dicẽdum eſt,quod in ſua propria natura conſtat.Et immoderatũ immodi-

Diſtẽtio eſtimãda eſt ex corporis cauitate.

Magnum & maius ad aliquid referũtur.

Moderatum Immoderatũ

©BIU Santé

cúmq;,quod naturam ſuã relinquit. Quando igitur corpus eſt cauũ arteria, diſtentio eius neceſſe eſt interim proprie & moderate,vt poſtulat vſus,cuius gratia creata ab natura talis eſt,præterea vt eius poſtulant tunicæ:interim immodice perficiatur.Oſtẽdi autẽ alio loco hactenus eã in optimis naturis ſolere dilatari,quoad vſus largiter impleatur,& nihil offendãtur tunicæ.Proinde qui regulam velit attendere,in magnis pulſibus & paruis dignoſcendis,optima natura inuenta,cognitáque vnius in illa arteriæ cuiuſcunq; magnitudine corporis,atque diſtentionis,recordandum illi & æſtimandum eſt arteriam hac maiorem quanto oporteat maiorem habere diſtentionem in optimis naturis.Quæ ſi tanta reperiatur eſſe,quantam fore conijciebat:ſic moderatum pulſum appellabit.Sin vel maiorem hac,vel minorem:magnum,vel paruum. Arteriæ deprehendet in optima natura magnitudiné aut per diſſectionẽ, ſiue ea caſu,ſiue de induſtria fiat:aut colligendo ex ſignis,quæ in libello de optima corporis conſtitutione prodidimus.Quod ſi neſciat etiam quanta ſit arteria præditis optima natura,pulſus quidem certè eorum memor,ſi in alterũ poſtea incidat,& colligere poſſit,vtrũ par ſit maiores hunc an minores quàm illũ habere arterias:cum magnitudine iam diſtentionis conferre poterit,atq; coniectare,an magnus, an paruus, an moderatus pulſus ſit. Etenim ſi, quo videtur arterias maiores habere homo,qui comparatur, hoc maiorem etiam habeat diſtentionem,moderatum dicemus pulſum eſſe.Quòd ſi arteriæ magnitudo videatur ſuperare magnitudinẽ diſtentionis,aut ſit minor,magnum tunc vel paruũ vocabimus.Si arteriæ appareat maius corpus eſſe quàm pulſus,paruum:ſin arteriæ minus,& pulſus maior,magnum.Haud aliter in reliquis generibus pulſuum:vt in genere ipſius motus, in quo celeritatẽ & tarditatẽ dignoſcimus.In genere quietis,in quo crebritatem & raritatem. Contentionis,in quo vehementiam & remiſſionẽ.Adhæc corporis arteriæ, in quo duritiem & mollitudinẽ.Nam per hæc omnia,tum moderatum inueniemus in optima natura:tum immoderatos vel ob exceſſum vel ob defectum, nõ inter ſe,ſed cum moderato comparabimus.

Arteriæ magnitudo quomodo in optima natura inueniatur.

FINIS LIBRI SECVNDI GALENI DE DIGNOSCENDIS PVLSIBVS.

©BIU Santé

GALENI DE DIGNOSCENDIS PVLSIBVS LIBER TERTIVS, HERMANNO CRVSERIO CAMPENSI INTERPRETE.

Declaratio definitionum celeris & tardi pulſus, ratioque eorum dignoſcendorum.

MOderatum pulſum in quouis genere intelligentia & cognitione priorem immoderatis eſſe, atque arterias in corporibus optime comparatis cum mediocritate quadam pulſare, in ſuperiore libro declarauimus. At quæ reſpicienda ſunt indicia, & quomodo pulſibus applicãdi digiti, vt tactũ exerceas ad facile promptéq; cũ mediocritaté eorum dignoſcendam, tũ exceſſus & defectus, deinceps dicemus, inducto à genere motus exordio. Atq; temporis quantitatem ſolam moderati motus & immoderati nõ idoneum ſignum eſſe, ſed & per quæ vectum interualla ſit, quod mouetur, reſpiciendũ eſſe, ſupra abunde demõſtrauimus. quo etiam loco illos confutauimus, qui definitionem perperam celeris pulſus interpretantur: at nos tamen ipſi, quẽadmodum potiſſimũ accipienda ſit, nõ aperuimus: itáq; nunc id faciemus. Neq; enim multis verbis opus erit, quòd quæ ad eã pertinent intelligendam, iã antè expoſuimus. Nam etiã intereſt ad rem præſentẽ hęc narrauiſſe. Cũ ergo qui terminat pulſus pauco tẽpore motũ nobis, celer vocetur: & tardus, qui multo: ante horũ nominum explicatas ſignificationes, nõ iniuria quidam ſunt hallucinati, exiſtimantes idem multũ, ac plus: paucũ, & paucius ſignificare. Nunc quia hæc oſtendimus ad rem quãlibet ſemper referri, ſed illa ad moderatũ tantum ſui generis, omnis iam ſublata eſt difficultas intelligendi, quẽadmodũ celeris pulſus pauco tẽpore motum dicamus terminari, & multo motum tardi. Nam ſi hoc prius nobis cõſtet, moderatus pulſus quanto tempore quantum cõfecerit ſpatiũ: deinde alterius offendamus, qui par habuit tẽpus, minus interuallum, multo hũc tẽpore dicemus motũ eſſe. Atqui nemo mirari debet, ſi duorũ motuum, quorum tẽporis quantitas par ſit, alterum tantum multo tẽpore dicamus factũ eſſe: nõ perinde vtrunq;. Etenim ſi duo pueri diſmiſſi in diuerſos locos ſint, & ſimul reuerſi: alterum, q̃ iter pauco tempore abſoluerit, collaudamus: alterũ culpamus, quòd multo. Nam ex viæ longitudine æſtimamus, cum paucum vel multum temporis dicamus, non abſoluto ſermone. Eodem etiam modo pulſum dicemus, qui pauco tempore fit, celerem eſſe: ac tardum, qui multo: definitionéſque probabimus illas, ita interpretando, vt diximus. Quòd ſi cui modus ille videatur coactior, memoria repetat, demõſtraſſe nos, ſi altera ſignificatione dictio accipiatur, definitiones falſas eſſe: détq; operã, vt alias definitiones fingat. Neq; enim, quomodo definiẽdũ ſit, hic inſtituimus diſceptare: cæterũ vt rerũ diligẽter atq; accurate notiones conſtituamus: vt ne ſi in his offenderimus, ſimul in dignoſcendis pulſibus offendamus. Proinde quid requiratur ad dignoſcẽdum, declaratũ à nobis eſt.

Declaratio definitionũ celeris & tardi pulſus.

Celer pulſus Tardus pulſus.

Simile.

©BIU Santé

Iam ſi diſcere etiã cupias hæc definire,non illa quidẽ fortaſſis incongrua meditatio ſit,non ad inſtitutũ tamen neceſſaria.Quo nos minus de iſtorum pulſuum ratione definiendi agemus. Etenim cũ omnino nõ eſt neceſſariũ,tum etiã,ſi cui neceſſarium videatur,nihil cum hac inſtituta cõmentatione eſt conIunctum. Verũ in quarto libro de pulſuum differentijs large nos de his tractauimus.Notionis tantũ in præſenti inſtituimus mentionem facere. Quare ſeriem orationis perſequamur.Nam nũc quidẽ,quod in ijs inuenimus,locus eſt dicendi,ad eum dignoſcendũ magnopere facere, atq; adeo,ſi verum dicẽdum eſt,ſummã iam aperiã. Nec quantitatem temporis,nec interualli reſpiciendam cenſemus:imò ne proportiones quidẽ illorum, de quibus verba fecimus in ſuperiore libro, cũ celeriorẽ pulſum & tardiorem doceremus.Illic enim non potui illa præterire,quò errorem præcideré his,qui ex ſolius temporis quantitate de ijs exiſtimant: quæ ad dignoſcendũ laborioſa mihi & longa,difficiliſq; æſtimationis & iudicij,adeóq; impoſſibilia propè viſa ſunt.Nam celeritatem quidem & tarditatẽ,vt primum occurrit arteria noſcimus,rationem verò temporis ad tempus,& interualli ad interuallum,vt exploremus, opus nobis longo tempore eſt.Itaq; iſta nihil nos morantur,vt expendamus ad pulſus in ægrotis dignoſcendos.Sed vt,ſi ante oculos quempiã videamus, impetus motus celeritatẽ poteſt oſtendere:ita vſu venit in arteria. Nam aut incitatum,aut remiſſum eius motũ inuenias.Omnia enim corpora,quæ mouentur,ex locis,vbi mouentur ſemper, dignoſcimus, quomodo moueantur, Quæ vbi in locis remorantur,tardum eſſe motũ prædicamus: vbi leuiter diſcedunt,celeré.Hic ſcio futurũ, vt quæſtio ſe Phyſica offerat,an corpus dum mouetur,etiam maneat aliquo modo.Atqui in cõmentarijs de motu,illud ita, vt quod maxime,probatur verum eſſe.At tantis in præſens quæſtionibus declinemus,ne implicemus nos.Quod informat tantum ſenſus ad dignoſcendos celeres & tardos pulſus,hoc ſatis eſt,ſi dicamus:nimirum vnum motum cedere videri locis facile,in quibus ſemper fit:alium diutius inibi cõmorari. itaq; hunc tardum,illum celerem vocari. Nam ex locorũ tranſitu ſenſus dignoſcit,non ex totius motus tempore,nec ſeparatim,& ſolo,nec quatenus cũ quantitate cõparatur.Itaque celeritatis & tarditatis facile notitiam cõſequimur,nõ perinde conſecuturi,ſi quantitate temporis & interuallorum aucupata,eorũ ſuſtineremus proportiones obſeruare.Enimuero non ſuſtinemus. Nam vt primũ aciem intendimus,momento tẽporis,moram nos corporis,de quo diſceptatur,deprehendimus:ex qua conijcimus tranſitũ.Quò fit,vt quæ eminus cernimus,hæc nobis interim diutius videantur cõſiſtere,licet agitentur velociſſime:vnde liquet ratione nos motum colligere,nõ ſenſu deprehendere.Siquidem cũ prima quæq; ſenſibilis pars corporis,quod mouetur,in primo ſenſibili loco ſubſiſtat,primo ſenſibili tempore,tum immobile,quod cernimus,videtur eſſe.At verò vbi prima ſenſibilis pars, in primo ſenſibili loco, quàm primo ſenſibili tempore ſubſiſtat breuiore tempore, tum videtur moueri.Singula enim,quæ diximus,diſſecari,quod ad naturam attinet,in infinitum poſſunt. ſenſu verò ſi æſtimes, primas certas habent & indiuiſas partes. Quod planum facit ratione omnẽ motum,nõ ſenſu dignoſci, Quia verò ſenſui ratio cõiuncta eſt,& mentis eſt tranſcurſus velociſſimus,ſæpenumero non

Ratio dignoſcẽdi celeris & tardi pulſus.

Impetus motus oſtendit celeritatem.

An corpus. dũ mouetur, maneat aliquo modo.

Celer motus Tardus mot.

Remotorum motũ ſenſu deprehendimus.

©BIU Santé

ratione,ſed deprehendi ſenſu videtur. Nam quorum primo ſenſibili tempore,prima ſenſibilis pars,in primo ſenſibili loco manet: horũ tantum nos motus aperte fatemur nõ ſenſibus,ſed ratione animaduertere,vt gnomonis,vmbræ,lunæ,ſolis,omniúmq; ſiderum,quæ à nobis longiſſime remota ſunt.Quorum autem,vt dixi,breuius eſt tempus primo ſenſibili,breuiſſima horum manſio migratióq; videtur.Quippè quod minus primo ſenſibili tẽpus habet,omni mora hoc putatur carere.Sed hæc priuatim præſtiterit cõmẽtari eum, qui cum hæc,de quibus agimus,aueat probè ediſcere,tum alia in medicina multa. Nobis verò ſatis hæc erunt ad demonſtrandum nõ eſſe temporum & interuallorum reſpiciendam quãtitatem,ſed ipſam qualitatem motus: quæ eſt explicatu quidem difficilis,ſed horum,quæ docuimus,ope(niſi ſis prorſus ſtupidus & iners)nõ magno negotio verum,vt homini licet,cõſequére. Multóq; magis,ſi dignoſcẽdos inæquales celeritate & tarditate pulſus mediteris, originem ducere eos inuenias ex qualitate motus.Ac vnius quidem diſtentionis ſæpe initium motus planè celerius videtur,proximum tardius, iterum finis celerior.Nec hic quantitates quaſdam aut temporum aut interuallorum, ſed ipſam vnam motus qualitatem attendimus Quominus leuiter palpandum eſt,vbi genus hoc perpendimus pulſuum.Nimirum ſic extremum motus finem ſentiamus duntaxat,non integrum motum.Ex quibus iam liquet eiuſcemodi pulſus prorſus non oportere paruos eſſe, nec languidos . Neque enim trifariam poſſis motum diſſecare nec in paruis interuallis, nec in facultatibus imbecillis. quòd obſtet illis paruitas,quæ diuidi ſe in ſenſibiles partes non patitur: hic impediat facultatis infirmitas,quæ concidit ad preſſum . Quam ob rem nec in pulſibus lethargicis deprehenderis inæqualitatem,quæ tamen adeſt forſitan.quia omnino quò dignoſcatur,vult comprimi: at hoc præ imbecillitate nõ ſuſtinet. Quare qui cuique pulſui inuenturus ſit cõtrectationem appoſitam,hunc ſingulari prudentia eſſe,& expertum in dignoſcendo oportet.Nam ſi maximus pariter & vehementiſſimus validã fert cõpreſſionem.atq; alius quiſq;,quantum à vehementia vel magnitudine abeſt, tanto minorẽ:primum quantum à maximo & vehementiſſimo receſſerũt,ad vnguem perſpiciendum eſt:deinde ratio ineunda eſt,quantum ſufficiat compreſſionis id genus pulſibus impartiuiſſe.vtrobiq; enim offendamus neceſſe eſt,ſiue excedamus proportionem,ſiue nõ aſſequamur.Quòd,vbi minus iam premamus,præteritura nos ſit interni pars motus:vbi verò amplius,externi. Itaq; primum, motum aliquando inæqualem eſſe non percipiemus. Deinde male etiam de toto motu ſæpe iudicabimus, eò quòd male perpenderimus partes.Si enim vel pars eius prima,vel altera celerior ſit:& nobis earum tantum altera ſit explorata,nõ poſſumus,primũ vniuerſum inæqualem motũ eſſe ſcire:deinde vel celerem vel tardum arbitrabimur eum eſſe,cum neuter planè ſit.Siquidem cuius celeris erat pars prima, & altera tarda,hunc nec celerem abſolute,nec tardum iure vocaueris.Quare(vt oratione in ſummã collecta aliò me cõferam)in optima conſtitutione moderatus motu pulſus erat nõ ex interualli nec temporum quantitate explorandus:ſed ex ipſa, vt diximus qualitate,quo pacto diſcedat ex locis, dicebamus animaduertendũ eſſe. cuius memores,qui decedere celerius videatur,celerem:qui tardius,tardum

Non leuiter palpãdi celeres & tardi pulſus.

In lethargicis inæqualitas nõ deprehenditur.

©BIU Santé

appellemus:Repræſentari autẽ hoc,vt primũ eſt admotus tactus,prius quàm totum arteria ſpatium cõfecerit.Proinde ſi pulſus æqualis ſit,nõ expectamus vniuerſam diſtentionẽ,ſed ex parte eius facere de tota cõiecturam poſſumus. Qui ſi inæqualis ſit,omnẽ aſſequi dicebamus oportere:tactúmq; pro magnitudine pulſus & vehemẽtia varie applicare. Atque de genere motus hæc in præſentia ſatis ſunt.Eius enim nos iterum in pulſibus dignoſcendis mentionem neceſſe eſt faciamus.

De quantitate diſtentionis dignoſcenda.

Einceps de quantitate diſtentionis agamus. Nam cum corporis arterię dimenſiones tres ſint,lõgitudo,latitudo,& profunditas,nullam poſſumus totam ſentire.De lõgitudine apertiſſimũ eſt.Vtrinq; enim arteria vſq; ad terminũ extremum pulſat.At paruæ eius parti inijcimus tactum,quãta extat ex obiecti corporis mole,quæ quidẽ ipſa efficit,vt longus vel breuis pulſus ſit:eò quòd non poſſit attingi omnis arteriæ lõgitudo. Sit tamen hic etiam aliquid in qualibet corporis natura, quod eluceſcat ſub cute,in optima natura moderatũ:ſi quid ſupra hoc,ſit,longum:ſi quid infra,breuem reddit pulſum.qui non poteſt numero digitorum definiri:ſicuti quidã, ſi quatuor digitis obuiet,eſſe dicunt longũ:ſi tribus,medium:ſi duobus breuem. Neq; enim corporis optimæ naturæ vna eſt mẽſura. ſed in vna qualibet facile quantitatẽ aſſequere,vnius ope,modo colligere proportionem poteris. Cum qua poſtea ſi alios homines conferas pares totius corporis magnitudine,dices vel longos vel breues pulſus habere.Eodem modo latos, anguſtos, altos,humiles.ac in tribus ſimul dimenſionibus,magnos,vel paruos. Vbique enim ad moderatum referemus,cum alios æſtimemus.At enim ſingulos eſſe in ſingulis alijs pulſuum generibus moderatos:ſed in ſola quãtitate nõ plane vnum,ſed ſuum cuiq; corporis parti antea explicauimus. Hoc tamen nõ eſt huius loci,ſed volui dicti vos admonere. Itaq; ad inſtitutũ iam par eſt reuerti.Inſtitui verò docere,ſenſu nullius dimenſionis exacte dignoſci poſſe quantitatẽ:cuius rei cauſſa partim omnibus cõmunis,partim ſua cuiq; eſt. Primo loco communem exponam. Nam quando inter arterias, quæ nuda ſit,nulla eſt:ſed veſtiunt eas multis locis pauciora & ſubtiliora corpora: multis etiam locis plura & craſſiora:planè in aperto eſt,non perinde omnes arteriarũ motus poſſe ſentiri,ſed illarum magis,quas pauciora tenuioráq;:harum minus, quas circumijciunt plura ac craſſiora corpora.Atq; hæc cõmunis eſt.Propria ſingularum dimenſionum:longitudinis,quòd permultum interſit,inter verã & apparentem:latitudinis,quòd parum:profunditatis,quòd minimum.Nam cum ſæpe longa tres cubitos vniuerſa arteria ſit, tres vel quatuor duntaxat digiti percipiunt arteriæ motum. Reliqua pars à corporum obiectorum numero occultatur.In latitudine cum præ corporibus,quæ illam vtrinq; cingũt, multis illis & craſſis,neq; tactus ipſi corpori arteriæ applicari poſſit,neq; per craſſitiem illorũ & multitudinẽ foras motus perrumpat,multis locis omnino motus perit,multis etiam in maxime anguſtum cogitur.totũ verò,quia arteria nullo loco nuda eſt,videas nuſquam. At verò ne profunditas quidẽ vſquã planè eſt nuda,vt poſſit ſaltem in ea elucere eius vniuerſus motus:ſed ſi nihil aliud,cutis certè ambit eam,per quam pulſum ſentimus.Itaq; tecta fuerit hæc

Nulla dimẽſio ſentitur tota.

Optimæ corporis naturę non eſt vna menſura.

Cur nullius dimenſionis quãtitas exacte poſſit dignoſci.

Nuſquam totus motus apparet.

©BIU Santé

quoq; certe aliquatenus. Quæ cũ ita ſint, optimã rationẽ dabimus operã vt mõ ſtremus dignoſcendarũ ſingularũ dimenſionũ, ac de prima dicemus longitudine. Atq; eſſe hanc cenſendam optimã, quæ motus maximam partẽ ſentiat, clariſſimum eſt. Nam vt ſi ſentiri omnis valeat, primum hoc ſit: ita poſteaquã hoc non poteſt, vbi nulla pars eius, quæ quidem animaduerti poſſit, lateat, tactionẽ exiſtimamus optimam eſſe. Quomodo autẽ eam poſſis inſtituere, faciã vt declarem: ſi ob oculos prius proponã, in tribus his omnes poſitas eſſe ſenſibilium cognitionũ differẽtias: in natura, meditatione & modo applicationis. Nam qui naturã habet appoſitiſſimam ad ſentiendũ, & probè ipſum tactũ exercitatum, tum etiam ſenſibilibus decenter admoueat, optimus hic explorator ſit eorũ, quæ intus ſunt condita. Qui hoc eſt aliquatenus inferior, quàm maxime ab illo abeſt, tam peſſime abſolutam cognitionem cõſequetur. Explicabo igitur huic, qui optime natura comparatus eſt, & exercitatus nõ ſegniter, qua applicatione tactus ad vnguem (vt homo poteſt) motum ſentiat arteriæ. Et quia de prima dimenſione videlicet longitudine inſtitui dicere, accõmodatiſſimum huic modum tactionis aperiam. Omnino nõ premat, imò ſæpe leniter cõtrectet, & veluti ſuſpẽdat manum. Accommodatus eſt hic imprimis modus paruis pariter & imbecillis pulſibus. Nã hos ſi aliquatenus premas, motus pereat magna ex parte, & ſæpe verò etiã vniuerſus. Nam pro quãtitate preſſus, & qualitate præterea arteriæ cõtentionis, modo multum imminuitur eius motus, modo minus. Eſt cum perit totus. Quocirca ad longitudinẽ dignoſcendam ſumma cautio eſt, vt præter omnem preſſum tactũ admoueas. Etenim modicum preſſum nõ grauiter ferunt quidem pulſus vehemẽtes. nõ lædentur tamen ne hi quidem, ſi in tangendo nihil premas. Qui modus attingendi quando optimus eſt languidis pulſibus, nec incõmodus etiam vehemẽtibus, caue præponas illi alium. Porrò eſt illud etiã explicandum, quod nõ obſcure aduertitur, vbi diuerſas partes premas longitudinis arteriæ, motum nõ perinde videri in omnibus offenſum, cæterum in partibus altioribus maior eſt noxa, minor in inferioribus. Et verò frequenter noxa nõ animaduertitur in vehemẽtibus pulſibus, ſecus in languidis. Nam in his ſi inferiorẽ partem preſſerimus, luculenta ſuperioribus noxa datur. Superiores autem & inferiores quomodo hoc loco accipiendæ ſunt, nõ eſt obſcurum. Vt remotiſſimæ à corde partes inferiores, & viciniores appellentur ſuperiores, hoc in arcubus quidem perquam eſt ſolenne. Non item in capitis partibus & colli. Itaq; ad omnes pertinet, vt diximus, cordi viciniores, ſi premantur magnam iniuriam ſubiectis facere: remotiores, ſæpenumero nullam, quæ animaduerti poſſit, ſi bene vehemẽs pulſus ſit: interim tamẽ manifeſtã, in nõ vehemẽtibus. Atq; de longitudine hæc ſatis ſint. ¶ Nunc de reliquis duabus agamus. quas nõ ita oportet duas numerare, vt, ſicut in quadrangularibus & quadratis corporibus, videas ſeparatim latitudinem, ſeparatim profunditatẽ diſtinctam: ſed, ſicut in circulo & globo, cõfuſa ſunt omnia: vna verò quædam vel lineæ vel ſuperficiei videtur circũferentia, ſic eſſe in arteria putes. cuius cernitur in diſſectionibus figura, multis locis cylindrum, multis etiam conũ referre. Quomodo igitur Medicis in mentẽ venit ſeorſum de latitudine, ſeorſum de profunditate diſſerere: cum deberẽt, vt eſt, & conſpicitur ex partitionibus, vnam lon-

Qui optimus tactus.

Tria requirũtur ad bene tangẽdũ.

Qua tactiõe exploranda longitudo.

Optimus tãgẽdi modus.

Lõgitudo ob preſſum non in omnibus partib⁹ æque offenditur.

Superiores & inferiores partes quomodo accipiẽdæ.

De latitudine & profũditate dignoſcenda.

Latitudo & profunditas in arteria nõ ſũt diſtinctæ.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 128 sur 282

©BIU Santé

gitudinem eius appellare,alterum circulum:vt certè multi frequẽter vocant. non perpetuo possunt tamen,nec hi,nec alius quisquã,cum de exẽplis euidentibus narrãt, longitudinem & circulum tantùm appellare: sed exprimet sæpe necessitas,vt distentionem altam quandam vocent,& angustam.Contrà etiam aliam,humilẽ,latámq;.Etenim hoc ita clarum est,vt ambigat nemo.Sic propter hæc manifesta euẽta habere diuersas latitudinis & profunditatis notiones coacti sumus.Porrò sicut sensu percipimus eas differẽtias, ita circularem nos figuram sæpe animaduertere clare fatemur.Itaq; de vtraq; iam differentia dicemus in cõmuni:qua potissimum ratione applicandorũ digitorum ad eas peruenire dignoscendas queas.Neque enim in ijs dignoscendis mediocris inesse scrupulus videatur: quòd nulla admouendi tactus ratione valeamus sentire interuallum totum.Neq; cum leniter palpemus.nam ea extremas tãtum partes sentiat motus, quæ præcedebat ignoret vniuersam. Neq; cum premimus multum.Vt enim omittam,hoc in vehementibus tantum pulsibus permissum esse:contrà ac prior,postremam partẽ ignorabit interualli,tantum sentiet primam.Iam si alia vtamur applicatione inter illas media,& prima pars interualli & postrema nos fugiet.Hoc verum esse,quisq; experientia discat.Nam vehementes pulsus si premas(hos enim premere solos fas est)nescies quanti sint. quòd pereat ferè in pressibus,vt ante significauimus,aliquid etiam de ipso motu,ac interuallum nõ iam parua ex parte,sed propè corrumpatur vniuersum. Contrà si leniter cõtrectes,per quãtum interualli sit motus delatus,non diuines.Habes difficultatẽ,quę sic explicatur.si,vt prorsus distentionis quantitatẽ sensu dignoscamus,non laboremus: sed & ratione quædã possimus nihil læsa esse existimare. Neq; enim hoc nos quærimus,vt sensu omnino, quæ accidunt pulsibus,cognoscamus:sed tantũ vt cognoscamus.Ergo sensum requirit quidẽ omnis talis notitia,at tamen nõ hũc solũ,neq; quasi semper valeat quidlibet inuenire:sed satis est frequẽter, si sensibilis affectus vnus totius rei denuntiet essentiã.Eadẽ ratio eorũ est,de quibus nunc agimus.Nam si leniter palpes,aut pluribus in partibus occursum arteriæ necesse est sentias,aut in paucioribus. quo cognito ad sensum ratio adiuncta nobis magnã distentionẽ suggerit esse, quæ multis partibus mouet tactũ:paruam,quæ paucis. Age fac circularẽ eius occursum esse,quid,nonne clarũ est, si insigni sit circunferentia circuli magnitudine,totam etiã crassam esse distentionẽ arteriæ:& vniuersam distentionem gracilem,si circũferentia sit parua?Neq; enim magnis crcumscribi circulis gracilis distentio potest,nec crassa minutis.cæterum quãtitati distentionis necessario respondet circuli circumscribentis eã quãtitas.Haud aliter etiã si verus non sit & exactus circulus finis distentionis,sed quasi mutilus partim: id quod in altis & angustis,vel humilibus & latis vsu venit,ratio similiter subducitur quãtitatis distentionis.Nam tũ distentionis tum ascensus fines particulæ prorsus erũt circuli,hiq; prout appareãt maiores vel minores vtrinq;,vel concauiores hac circumferentia,vel gibbosiores,omnino vel longiorem, vel breuiorem,quàm est exacte circularis,hanc lineam,quæ in præsentia cernitur, ostendũt.Vnde inæqualitatẽ nos latitudinis & profunditatis,totiúsq; quãtitatẽ distentionis æstimabimus.Videantur autẽ gibbosiores ac præruptiores obliqui occursus arterię.præterea cauior quodãmodo & humilior in profũditate,

Cur latitudinis & profũditatis diuersas notiones habeamus.

Scrupulus de ratiõe dignoscẽdæ latitudinis & profunditatis.

In vehementibus etiam pulsibus aliquid de motu perit,si premas.

Difficultatis explicatio.

Sensu nõ omnia dignoscẽda,sed quędã etiã ratione.

Circulus distentionẽ circũscribẽs respondet eius quantitati.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 129 sur 282

©BIU Santé

adeo vt ne circulus quidem videatur circunferentia manere,ſed veluti recta linea eſſe:profecto apertum eſt talem pulſum latũ fore & humilem.Nam motus in latũ amplius exporrectus,latum merito efficiat.At motus aſcenſu prohibitus humilẽ.Ediuerſo ſi motus obliqui partes longe citra mediũ conſtiterint,ac mediũ ipſum ſatis videatur gibboſum eſſe:plane is pulſus erit altus anguſtúſq;.Si ſemel anguſtus eius in latitudine occurſus euadat,vt nõ modo imminutus eſſe obliquus motus,ſed & totus ſemel videatur perijſſe,difficilis cognitu eſt,vel potius cognoſci nõ poteſt,quãtũ in his eſt,qualis ſit pulſus.Nam niſi diſtinctiones adhibeamus quaſdã, nõ aſſequemur altus ne ſit,an humilis, an moderatus profunditate.Nam õnia eſſe poteſt.Etenim ſi humilis ſit pariter & anguſtus,talis videbitur eſſe:& ſi altus ſimul & anguſtus,eiuſcemodi apparebit:Deniq; ſi moderatus profunditate vnà & anguſtus,talẽ dicas eſſe.Nam anguſtiam is pulſus prorſus ex motu inhibito in latitudinem contraxit.Difficultas verò reſidet in profunditate.quæ etſi ex longo interuallo,etſi ex breui, vel moderato motum ordiatur,eandem tamen leniter tangentibus repræſentabit ſpeciem.Nam anguſtum motum percipient.Qua ergo ratione explorabitur? frequẽter quidem etiam tactus affectibus, perpetuo tamẽ ratione.Primùm de tactus affectibus dicemus,in quibus poſſis per eum manifeſti deprehendere aliquid.Licet autem in vehementibus pulſibus,qui,vt ſæpe monuimus,ſoli preſſa arteria nõ labefactantur.Prompta ergo in illis quidem notitia profunditatis eſt pulſus.Nam ſi preſſeris,forſitan vel ipſo tactu,ſi exercitatus ſit,& mollis,ſuáque ſponte exacte ſentiat,in notitiam aliquam peruenies interualli motus.Sin minus,tempus certe motus quantitatem declarabit interualli.Nam ſi diſcernere ſigillatim motus qualitatem poteris,in qua differentiam celeritatis & tarditatis reperimus: ſigillatim etiam temporis quantitatem, vbi breues motus animaduertimus: neutra te harum, ſi primas, fugiet. Quòd ſi ambas aſſecutus ſis, facile de interuallo conijcies.Eſto celer motus, & diuturnus,ſanè apertiſſimum eſt,maximo eum ſpatio delatum eſſe. Contrà tardus eſto,& breuis:ſit vtique & hic minimo ſpatio deuectus.Atque hoc pacto,ſi vehemens ſit pulſus, profunditatis quãtitatem dignoſcimus.Qui ſi languidus ſit,nihil iam nobis ſenſus adiumenti adferre poterit.Quòd motus in eiuſcemodi pulſibus preſſu perditur vniuerſus. quare ratione hic tota res inueſtiganda eſt.Dicemus autem de cauſſis pulſuum, non omneis cum omnibus differentijs poſſe confundi. diſtinguemúſque, quæ illæ ſint,& quando,& quemadmodum. Itaque ex alijs,quæ aperte ſunt conſpicua,quomodo etiam aliquid de obſcuris deprehẽdes,inibi docebimus.Adhæc cur anguſtus ſimul & languidus pulſus altus nunquam ſit.Sed de his hactenus.

Soli vehemẽtes pulſus preſſa arteria nõ labefactantur.

Internalłum ex qualitate motº & tẽporis cõijcitur.

Motus totus in languidis pulſibus preſſu perditur.

De rhythmis dignoſcendis.

Cur de rhythmis hoc loco agat.

POſthac de rhythmis verba faciemus. quem ordinem ſecuti ſumus docendi,quòd cõiuncta eius cum ſuperioribus eſt exploratio.Nam natura quidem rerũ ferebat, vt quæ vna in parte pulſus maxime diſtentione genera conſiſtunt,prius exponeremus: quod in commẽtarijs de differẽtijs pulſuũ fecimus.verùm quia genera in vna parte poſita, quæ de ſuperioribus adhuc reliqua ſunt, flagitãt cõmunẽ tractatum: rhythmorũ autem genus adiunctam cum ſuperiobus generibus habet cognitionẽ (vt ipſe de his

©BIU Santé

ſermo docebit)ideo poſthac de rhythmis narrabimus,de duritie & vehementia reijciemus in proximum librum:vt abſolutam complectantur ſinguli commentarij generũ diſciplinã,quæ coniuncta cognitione ſunt.Quia iam in cõparatione tẽporis diſtentionis cũ contractionis tẽpore rhythmus conſiſtit,prius parãda ſeparatim nobis vtriuſq; tẽporis notitia eſt.Hoc verò parum facile eſt. Nam memoriã ſi cõſeruauimus eorũ,quæ primo in libro retulimus:vbi quæreremus,ecquid ſentire totam diſtentionẽ & cõtractionem poſſimus,an pars nos fugiat vtriuſq; motus:ſciemus q̃ ſit laborioſum,adeóq; præter omnem noſtram facultatem,vt notitiã cõparare omnis harũ tẽporis poſſimus. Quo loco principiũ diſtentionis oſtendimus,& finẽ cõtractionis nõ cognoſci poſſe.Iam quatenus aliquid nos motus latet,hactenus etiã tẽpus ſcilicet præteribit.Primũ id eſt ipſum repetendũ,declarãdúmq;,idem eſſe,quod in primo libro quæreretur,ac quod modo.Nã illic de diſtentione quærebatur abſolute,hic de tẽporis eius quantitate.Proinde cum abſolute quęritur,an omnis ſentiri diſtentio poſſit,ſiqua tactũ fugiat motus pars, hanc confirmabimus nõ dignoſci. In exploranda autẽ eius quãtitate,quantũ promota ſpatij ſit, aduertimus. Ac nõ ita dudũ diximus,modo finis diſtentionis habeamus verã notitiã,rationẽ nobis cũ ſenſu coniunctã ſubiecturã eſſe eius quantitatem.Itaq; poſſumus(vt,niſi finẽ motus,partẽ aliam nullã ſentiamus)quantũ habeat tẽporis,ignorare:tamen ſcire quantum interualli peruecta ſit. Horum alterum in primo libro diſcuſſum eſt,alterum non ita diu eſt,cum explicauimus.Ergo iterũ ad memoriam reuocemus,quòd in vehementibus pulſibus, ſi modice arteriam cõpreſſerimus,perſpiciemus quidem initium motus,ſed quantitatem ignorabimus interualli.Nec verò hoc prætereamus,quod initio ſtatim ſecundi libri tradidimus,neque ipſam poſſe examinari quantitatem temporis motus, & celeritatem vel tarditatem percipi.Horum nobis in præſentia omnium opus eſt.quò planè & diſtincte perſpiciamus, ecquid inter ſpatij cognitionem, quo fertur arteria:& temporis interſit: & præter vtranque quandam eſſe aliam vel celeritatis vel tarditatis æſtimatricem. Siquidem prima, quam commemorauimus, explorat interualli quantitatem. Quantitatem altera motus temporis. Tertia qualitatem motus.Ad rhythmum autem dignoſcendum nec primam quærimus,nec etiam tertiam,ſed ipſam tantummodo ſecundam.Quare inſtituenda manus ea applicatio eſt, quæ arteriæ motum accuratiſſime intuetur omnem.Itaque primo libro quæ expoſita ſunt,cum quæreremus,poſſit ne ſentiri vniuerſus motus, memoria repetenda ſunt, ſciendúmque vnam virtute eſſe & eandem quæſtionem illam atque hanc, licet diuerſis verbis ponatur. Quæ omnia ſi cum animis noſtris cogitemus,præſentis difficultatis aſſequemur explicationam.Sit pulſus quidam magnus,ſed lãguidus. Huius neque as ſcilicet deprehendere totius interualli motum, cæterum externi finis tantum.Sic etiam contractionis(ſi modo tantum poſſit)initiũ duntaxat,& receſſum,præterea nihil.Proinde leniter ſunt iſtiuſmodi pulſus,vt iam dixi ſæpe,palpandi.Qua tactus applicatione quantitatẽ animaduertere interualli diſtẽtionis poteris,temporis motus non poteris. At verò in contractione nõ tantum temporis motus nõ inuenias quantitatem, ſed ne ipſius quidem interualli. Nam illa vbi inſenſibilis euadat, omnium ſimul,quæ poſſidet, neceſſe eſt fiat

Rhythmꝰ in cõparatione tẽporis diſtẽtionis cũ contractionis cõſiſtit.

Leni tactione quantitatem interualli aſſequi,tẽporis motus non poteris.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 131 sur 282

©BIU Santé

iactura. Adeo non modo interualli quantitas atque temporis motus, ſed & qualitas, in qua celeritatis & tarditatis continentur indicia, nulla ex parte à nobis ſentietur. Qui enim motus etiamnum qualitas dignoſcatur vniuerſo ſenſum latente motu? Nimirum requiritur prius eſſentia rei, quàm ipſa qualitas. quæ quando eſſentia prorſus ſenſum præterit, non poteſt qualitatis parari notitia. Quæ ergo iam eſt in ijs pulſibus ratio, qua cõſequi notitiam rhythmi poſſis: vbi funditus contractio perijt, & de diſtentione ſaluus & integer ſolus externus finis eſt? Atqui nec ſentire contractionẽ in vllo languido alio poſſis. Itaque quandoquidem motum diſtentionis atq; contractionis arteriæ noſcimus tantum in his, qui languidi non ſunt, in horum etiam ſolorum notitiã rhythmi veniemus, digitis ita moderate applicandis, vti diximus antea, vt externi motus ne quid interpellent. Nam ſi plus iuſto arteriã compreſſerimus, conſiſtere eius motum cogemus. niſi etiam in his rhythmus non poſſit dignoſci. Siquidem perpetuo initium nos diſtentionis, & contractionis finis latet: & niſi omnino parum, quod præterit, ſit, magnopere rhythmus lædetur. Nam hoc quidem fortaſſis etiam admittas, diſtincta oratione tamen opus eſt. In vehemẽtiſſimis enim pulſibus vera eſt oratio: in alijs ſecus habet, præſertim qui vehemẽtiæ paruam partem habent. quòd ſatis magna pars ſenſum in his effugiat, quæ iam offendere rhythmum valeat. Ita hoc iam omnia, quæ attulimus, fecerunt planum, dignoſci in ſolis vehementiſſimis pulſibus rhythmos. In alijs omnibus, aut prorſus incognitos eſſe, vt in languidis: aut longe ab abſoluta notitia abeſſe, id quod vſu venit in minus vehementibus, non iam languidis tamen. Atq; ſcrupulus quidẽ hic eſt. Hunc nos pro viribus, faciemus, vt tollamus. Primum quia non cadit in pulſus languidos, & eos qui non ſunt vehementes ſimile diſtentionis & contractionis incommodum, lenit hoc difficultatem nonnihil. Nam quam habet rationẽ totum diſtentionis tempus ad totum contractionis, eandem cum rationem habeant inter ſe quidem partes, quæ tactum latent: etiam quæ ſaluæ ſunt eandem habebunt inter ſeſe rationẽ, Itaq; ex illis præſentire non multum interpellabimur. Nam cum duplum ſit, verbi gratia, omne cõtractionis tempus cũ omni diſtentionis comparatũ: Duplum item ſit, quod eſt ſaluum cum comparetur, per rhythmos prædictionibus non aliter abundabimus ex partibus motus, quæ ſentiũntur, ac ſi totus is ſaluus ſit. At in languidis non perinde difficultatem explices. Quippe quod inueſtigant, qui diſtentionis tempus cum toto reliquo conferunt, remedium, adulterinum eſt. Quod vobis prius faciam vt declarem, deinde aperiam, vbi culpem id. Nam cum pulſus quatuor partes ſint, diſtentio, contractio, & duæ quietes, vna à diſtentione ante contractionẽ, altera à contractione ante diſtẽtionem: qui eſſe contendunt incognitam contractionem, diſtẽtionis tempus, quod motus appellant, ſeparant à reliquis duabus partibus, quas quietẽ & cõtractionem vocant. Horum trium temporũ mutuam proportionẽ rhythmũ eſſe confirmant. Qui verò contractionẽ dicunt ſentiri, partim diſtẽtionis tantum tempore comparato cum tempore contractionis, rhythmũ dicunt fieri: Partim vtriq; motui tẽpus attribuũt quietis, quæ ipſum ſequitur. Atq; cũ tres hæ ſint de pulſuũ rhythmis opiniones: qui à ſecũda ſtant, ad dubia illa aperte ſe fatẽtur, quid dicant, nõ habere. Qui à prima & tertia, nõ deficiet conſilio fortaſſis

Rhythmi in ſolis vehemẽtiſſimis dignoſcuntur.

Tres opiniones de pulſuum rhythmis

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 132 sur 282

©BIU Santé

videantur:illi,quia cõſpicui motus tẽpus reliquo omni comparant quietis,vt ipſi vocant:Hi verò,quòd euidentis tempus motus vnà cum tempore conſequentis quietis, reliquo: qui initiũ contractionis terminũ ſtatuũt cõiunctionis priorũ duorum tẽporum.Operæpretium autẽ eſt vtroſq; demirari.Primos,ſi ea tantũ meminerũt,quæ de cõtractione ſunt dicta:quæ de diſtentione,hæc exciderunt.Nam quantũ ſit in diſtentione interuallum, in languidis pulſibus ratione demonſtrauimus ſciri:tẽpus verò motus nõ poſſe cognoſci.q; eius tantum externi fines ad ſenſum perueniant.Miror igitur,quẽadmodum cõparare ſe dicant tẽpus diſtentionis cum tẽpore omni reliquo:cuius tempus,quod ſentiri poſſit,omnino ſit paucũ. niſi quidem hoc ſanè ipſum tantũ cõparatum cum reliquo toto volunt. Itaq; rhythmus illis proportio ſit conſpicui tẽporis motus in diſtentione ad reliquũ omne.Quod ſi dicunt,rem dicũt illam quidẽ, quæ fieri poſſit,ſed tamẽ inutilẽ:q; prædici ex tali rhythmo nihil poſſit,in quo tẽpus manifeſtæ partis diſtentionis cũ reliquo vniuerſo cõparatur,quod ex tẽpore conſtat externæ quietis,cõtractioniſq;,& tertio internæ quietis,præterea quarto partis diſtẽtionis,quæ conſpicua non eſt.Sed quid dico nihil ſuppeditari omnino ex iſtiuſmodi doctrina cõmodi? imò accipiũt hi ita rhythmũ,vt ſi qui,muſicũ qui ageret, nõ temporis eleuationis ad poſitionis tẽpus proportionẽ eſſe diceret rhythmũ,ſed partis manifeſtæ eleuationis ad reliquũ totum. Nec minus errant illi à tertia ſecta,qui eo duntaxat,q; tempus externæ quietis tẽpori diſtentionis addunt,illis ſunt ſapientiores. Quòd verò etiam ipſi in obliuionẽ venerunt cõtractionis tempus ſenſum in languidis pulſibus nõ dignoſcere,æque peccauerunt.Porrò tertiũ etiam hi inſigne ponũt,contractionis primũ motum perpetuo ſentiri,cũ ne ille quidẽ in languidis pulſibus ſentiri poſſit.Itaq; ex his omnibus hęſitationes,quæ frequẽtes in ſectis ſunt,cõcurrant in pulſibus dignoſcendis neceſſe eſt.Quò factũ puto,vt nõ aggreſſi ſcribere quid ſint Herophili ſucceſſores in præſagationẽ ex illis. Ipſe Herophilus rhythmos frequẽter ad præſagiendum adducit. Verũ quid interpretetur. rhythmũ,difficile eſt inuentu:temporis ne diſtentionis ſolius ad tempus contractionis ſolius proportionẽ,an ipſum etiã quietis tẽpus,quæ comitatur vtrũque motum,ijs attribuat.Vnde inter Herophilios,qui ab illo cognomen inuenerunt,nõ conuenit,vtrũ de illis potiſſimum ſentiat.Neutrũ enim eius oratio plane oſtendit.neq; cõfirmare rerũ natura poteſt.Quòd ſi iam alterã ſententiã tueamur inſtituto Muſicorũ, tẽpora quietum præcedẽtibus motibus adijciemus:Sin quod facit ad præſagiendum, cũ motu motum cõparantes,ſeparatim quietum tẽpus æſtimabimus.Cũ igitur alterutrũ ſit neceſſe,aut notionẽ nominis labefactare,aut peruertere vſum, vtrum faciamus potius, implicati tenemur.Tamen quandoquidem alterum eligendum eſt,repudiato Muſicorum nomine,quod conducit ad præſagiendũ potius ducã.Nam quid tãdem faciemus damni,ſi cũ motuũ ex proportione tẽpus præſciamus,nomẽ nobis,quo id appellemus,deficiat?Etenim nõ eò,q; in nominibus hæreamus,ſed quia præſagire nequeamus,ideo in fraudẽ ars incidit.Ergo faciamus vtilitatis nomine cõſiſtere rhythmũ in proportione tẽporis motuũ,ac expẽdamus ſuo loco Herophili ſentẽtiã.Tamen,etſi hoc poſitũ ſit,manere adhuc dubitatio videtur.q; niſi in vehemẽtiſſimis pulſibus,nec omne tẽpus poſſit diſtẽtionis innoteſcere, nec

Cõtractiõis primus motus nõ ſentitur in lãguidis pulſibus.

Herophili ſchola de præſagijs ex pulſibꝰ nihil ſcripſerunt.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 133 sur 282

©BIU Santé

Tẽpus quoddã ad ſenſũ Herophilus prim⁹ poſuit

cõtractionis vbiq; principiũ ſentiatur. Cur ergo tẽpus quoddã ad ſenſum princeps Herophilus ſtatuit, ad quod alia ęſtimãs, duorũ, triũ, quatuor, vel pluriũ dicit eſſe: horúmq; aut integrorũ, &, vt vocãt illi, ἀπαραύξων: aut diminutorum etiã aliquantum, vel plus, vel plurimum. Quaſi enim in omnibus pulſibus ad vnguem tempora dignoſceret, ſiue motuum ſolorum, ſiue etiam comitãtium ijs quietum (nihil enim ad propoſitam dubitationem refert) ita videtur hæc ſcribere: niſi verò eũ non de omnibus, ſed in quibus poſſunt dignoſci, de his tantummodo exiſtimandum eſt iſta ſcribere. At hoc quidem inferius fortaſſe aliquando ſuo loco conſiderabimus. Nunc, (quia non inſtituimus, quid Herophilus ſentiat, quærere: ſed quid verum ſit ſimul & vtile, indagare,) hoc clare aggrediar ad explicandum, quomodo in ipſis rebus experiundo inuenimus. Nam ſic habeto. cum qualitatem motus diſtentionis cum qualitate conferimus contractionis motus, nouem inuenimus primas differentias, quas in tabella propoſuimus. atque ſigillatim multas alias, quas oratione non exprimas, ſed experiendo exceſſum & defectum dignoſcas. Quid verò ſoleat quæq; denuntiare differentia, dicemus in commentarijs de præſagatione. Proinde primùm tabellam præſcribemus, quam intelligent facile, qui in primo cõmentario ſe de differẽtijs pulſuum exercitauerint: deinde oſtendemus, quemadmodum multas ſingulæ differentias conſtituant, quãtitate diſpares, tametſi eiuſdem generis ſint. diſtentio, contractio, celeris, celeris: celeris, moderata: celeris, tarda: moderata, celeris: moderata, moderata: moderata, tarda. Ac cum primæ quidem deſcriptæ in tabella differentiæ vterq; celer motus eſt, poteſt motus diſtentionis maxime concitatus eſſe, at motus cõtractionis paulo moderato & medio eſſe ſuperior. Aut cõtrà, paulum motus diſtentionis eum ſuperare, motus verò contractionis permultũ. Aut vterq; paulum, aut vterq; permultum. Aut hic paulum, ille plus: aut paulo minus, aut multo, aut alio quoquo modo. Nam varietas aperta eſt. Neq; dicas vel nõ hoc cerni fieri, vel ſignificare nihil. Imò & fit & denuntiat res maximas. Ex qua nos notitia potuimus præſentire, neque quicquam nobis opus fuit primis tẽporibus integris & amplificatis. Nam eam cognitionem totum nõ deſiderare motum, ſed parari ex qualibet eius parte poſſe, nemini obſcurũ eſt, niſi ſi quando inæqualis ſit. Tum pars toto haudquaquam ſimilis eſt. At nec in pulſibus ad ſummũ languidis hac vti licet. In his enim ne primum quidem initium cognoſcas cõtractionis, nedum inſignem eius vllam partem.

TERTII LIBRI GALENI DE DIGNOSCENDIS PVLSIBVS FINIS.

©BIU Santé

GALENI DE DIGNOSCENDIS PVLSIBVS LIBER QVARTVS,

HERMANNO CRVSERIO CAMPENSI INTERPRETE.

De ictu dignoſcendo.

QVæ pulſibus annexa ſunt pro ſubſtantiæ eorum propria ratione, antea omnia expoſuimus. Nũc de cæteris, quæ nec citra motũ arteriarum poſſunt dignoſci, neq; eius tamen ſunt propria, narrabimus. Eſt quidam in diſtentione arteriæ veluti ictus, qui, cum tangimus, tactum ferit. hunc vbi violẽtus ſit, proprie exiſtimabis ictum vocari: nõ ita tamen, ſi careat violentia. De hoc igitur vero ictu, quem violentum occurſum dicimus eſſe, magna diligentia attendendum eſt. Neque enim parum multarũ pulſuum ſpecierũ videtur comes eſſe, duri, vehemẽtis, magni, celeris, alti, conuulſiui, & vibrati. Ne ergo deceptus quis communi ſymptomate in ijs dignoſcendis labatur, ſedulo omnes, & accurate æſtimandi ſunt. Nam ſi alijs illi notis diſcerni poſſint, & has didicerimus, id quod caput eſt, aſſecuti fuerimus. Si non poſſint, hoc certè ſatis erit noſſe, cõmune hoc compluribus pulſibus eſſe. Huius cõmentationis pars optima ſit, vt quam ob rem vnus tam multis pulſibus cõmunis comitari affectus videatur violẽtia ictus, cauſſam diſcamus, hoc modo. Quando impelli à pulſu tactũ, modo ſit eius occurſum ſenſurus, neceſſe eſt: impellitur autẽ non perinde ſemper, ſed nunc plus, nunc minus, interdum vt palpet tantũ: quicunq; motus eum protrudunt & ſummouent longe, violenti hi ſpeciem ictus repræſentant. Ac protrudere longe poteſt motus & duræ arteriæ, veluti contundens tactũ. Et qui robore mouentis illam facultatis veluti euertit. Præterea qui magnitudine diſtẽtionis plurimũ progreditur. Iam etiam, qui qua fertur celeritate, impellit valenter. Et qui præ altitudine veluti ſubit ac intrat. Adhæc qui, q̃ tenſus ſit, ægre mouetur. Deniq; qui ob vibrationẽ ſimul tenſionis & duritiei celeriſq; occurſus ſpeciem præbet. Quocirca incidas in multos quotidie Medicos, qui illos omnes pulſus dicant vehementes eſſe. Qui ſi quidẽ animaduerterẽt, q̃ hi diſtent, quomodocunq; in cõmuni omnes velint appellare, nõ laboraremus: ſed quia, ſicut nomẽ attribuũt cõmune, ſic naturã putãt vnã omniũ eſſe, conabimur dolũ illis detegere à clariſſimis & apertiſſimis ingreſſi, exẽpli gratia, à veloci. Nam hinc facile errorẽ deprehẽdat, qui certe intelligere poteſt, celeritatẽ occurſus, nõ eandẽ eſſe, & violẽtiã ictus. Nam vt omittam alia, nec lõgius celer impellere valet tactũ: ni ſimul magnus ſit. Vnde liquet, non hoc eum ſua ſponte obtinere ſymptoma. Nam quod illi, cum celer tantũ eſſet, non etiã magnus, nõ aderat, ſed præſentia magnitudinis ei acceſſit, qua ratione ei propriũ dices? Quippe celer ſimul & paruus nõ lõge tactũ impellit, ſed lõge impellere magis ad magnitudinẽ pertinet, vel etiã ad hanc per accidens. Nam ſi colligamus, quæ de dignoſcenda magnitudine

Ictus.

Ictus multarũ ſpecierum pulſus comes eſt.

Ictus cur multis pulſibus comitetur.

Pulſus, qui protrudere tactũ longè poſſunt.

Celeritas ocurſus & ictꝰ violẽtia differunt.

Celer ad magnũ cõiũctus impellit tactum.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 135 sur 282

©BIU Santé

diximus:nõ eò q̃ longius intret,ſed quia multis in partibus longitudinis pariter & latitudinis & profunditatis attingat tactũ,cognoſcebatur.vt enim circularem pulſus circũferentiã,quæ ſatis magna eſt,ſenſu perceperimus:ex illo deinceps aſcẽſum,qui ex multa profunditate venit,cõijciemus.vbi nõ totũ tactus interuallũ aſſequitur,cæterũ externum tantũ ſentit finẽ. Itaq; ſi inde vſq; à primo impetu,cũ diſtenditur arteria,velimus motũ ſentire,magnitudinẽ magna ex parte,vti ante diximus,interpellabimus:vt ne magnum quidẽ iam pulſum eſſe arbitremur. Id quod nõ in omnibus tamen magnis facias:cæterũ in his,qui cũ magnitudine vehementiã aliqua ex parte cõiunctã habent.Nam magnis quidẽ tantũ, nec vehemẽtibus tamen ne occurrere quidẽ aſcendentibus poteris,neq; premere arteriã.pereant enim mox toti.Vnde planũ eſt nõ hinc magnum,quò lõgiſſime intro tactũ protrudit,dignoſci,ſed q̃ multis partibus longitudinis & circuli arteriæ occurrat.Quid igitur,intimẽne altus impellit? Atqui quod in tribus dimẽſionibus magnus,hoc poſſidet hic in vna.Proinde ſi nõ ille,minime hic.At magnũ oſtẽdimus,niſi vehemẽs quoq; ſit,tactum non poſſe protrudere longius: quominus altus.Quòd ſi cũ magno frequẽter imbecillitas adiuncta eſt:& cũ alto,qui magnus non ſit,ferè vehemẽtia,imbecillitas nunq̃,alia hæc ratio eſt.Poterit enim longius(quod dixi)impellere altus: verũ non ſua tamen ſpõte,imò quod omnino vehemẽs,aut nõ imbecillus certe ſit.Omnes ergo illi pulſus,vt longe tactũ impellant, planè vehemẽtiam requirũt.Vnde etiã qui ex illis cũ vehementia perpetuo coniuncti ſunt,ſemper violenter feriũt.Qui verò nõ ſemper,ſed frequenter,hi quia videtur ferè violenti eſſe,qui hæc expendunt negligẽtius,adducuntur eos nunq̃ nõ tales eſſe. Iam alij pulſus,abs quibus diuelli durities nõ poteſt,violenter feriũt,vt vibratus & cõuulſiuus.Nec hi enim aliunde violentũ ictum cõpararunt,q̃ à perpetua ſua duritie.Quã ob rem duo tantũ genera habẽtur pulſuum violẽter ferientium,vehementiũ atq; durorum.Sunt tamen qui his etiã neceſſariã præter duritiem dixerũt vehementiã eſſe. Nec enim poſſe ſolam violentum efficere ictũ.veluti nec ſi lapidem admoueas leniter. Qui etiã ad valide feriendũ aliquid deſiderat cõtentionis.Verũ de his æquũ eſt vt quæramus,quid tandẽ ſibi velint,nullum ne prorſus corpus eſſe durũ,nomen verò hoc duri nequicquã ab hominibus vſurpatũ,cui nulla ſit res ſubiecta:an rem eſſe certã,cui tribuatur,at dignoſci nequaq̃ ſenſu poſſe:an alio illam ſenſu,nõ noſci tactu.Profecto ſunt abſurda omnia,& corpus nullum durũ eſſe, & ratione potius q̃ ſenſu dignoſci:& ſenſu,tamen alio quopiã potius ac tactu. Atqui ſi durũ concedant eſſe,& dignoſci tactu,quid aliud poſtea,q̃ de nomine contendere inueniẽtur, qui ſine contentione negant violentũ ab illo ictũ ædi.Nã ſi nec violentũ appellare volent,omnino cõtundentẽ certe,aut repellentẽ,aut ſubuertentẽ vocent, neceſſe eſt.Nam de cõtentione quidẽ controuerſia eſt.Omnino enim,quæ inſit in animantiũ corporibus cõtentio,nõ ſtatuitur ab illis,qui in minima vel indiuidua,vel incõpacta decerpũt totã ſubſtãtiã:tantũ cõuenit inter hos,qui vnitã eſſe defendũt eã.Vnde nec ſenſu dignoſci cõtentio poterit:ſed ſi poterit,à ſigno quodã vel à ſignis,vel ab indicatione vel demõſtratione fidẽ capit. At durũ & molle corpus ſenſu omnes nos homines dignoſcimus.Itaq; quæſtio inſtituide eſſentia eorum nõ debet,ſed de ratione dignoſcẽdi:atq; adeo nõ de hac,

Magnus pulſus initio nõ eſt premẽdus

Magnus pulſus qua re dignoſcatur.

Magnus & altus nõ impellũt tactũ longius.

Altus per accidens tactũ impellit.

Violenter feriũt vehemẽtes & duri.

©BIU Santé

imò de eo,qua potiſſimũ ratione affectũ tactus ſui alteri interpretetur aliquis in occurſu durorum corporũ,ac quatenus à vehementibus hæc diſtent. Verũ quia hoc neglexerunt,qui nos præceſſerũt,id nos faciamus,orationẽ exorſi ab ijs,quæ inter omneis mortales cõſtant. Quãdo vehemẽtia quædam nõ animalia modo vocamus,vt leones,& tauros:ſed & inanima quædã,vt fluuiorũ decurſus,vẽtóſq; magnos:Alia porrò dura,vt æs,ferrũ,lapides:memorare oportet,cur ab vtriſq; his,vbi nos attingant,diuerſi corporibus affectus inferantur. Nã occurſus violẽtus cõmunis vtriſq; eſt,tam vehemẽtibus ventis,quàm duris corporibus.Sed habent hoc præ cæteris ſcilicet venti & fluuiorum fluctus,vt euertamur ab ijs.Lapides & ligna,vt premamur & contundamur.Aduerſus illos enim,etiãſi magna vi cõtẽdamus,ire cõtrà prorſus prohibemur,atq; euertimur,repellimúrq; violẽter:ſed præter vllum preſſum,vel cõtuſionem,vel repreſſionẽ corporis partiũ.In alteris verò pollet preſſus, & cõtuſio. Perſpicies maxime,ſi cui corporis parti lapidẽ imponas nõ ita grauẽ, quem ſi velimus, facile abijciamus.cognoſces profecto quẽadmodũ impoſitus grauet, premat, cõtundat,& veluti cutem ſubeat.Deiectus autẽ relinquat quoddam corpori veſtigiũ,& preſſus ſignũ.Nam aut cauiorẽ reddet partẽ ſolito,& vt veſtigiũ diu ſeruet,aut liuidã præterea.At nõ vẽtus,vt vehemẽtiſſimus ſit,vt euertat, vt dejciat:cõprimit,cauátq; corporis vllam partẽ.Quippe,qui mollis ſit, facile circũ corpus diffunditur & circũfluit. Quapropter maximas facile naueis impellit,& verò deturbat ſæpe:tamen nullũ cauat in ijs lignũ,vt ſi lapis vel ferrũ impingatur. Hæc enim rumpere poſſunt & cõminuere:at repellere,vt venti & euertere nõ poſſint.Itaq; quibus carnis noſtræ natura cedit,dura hæc nũcupamus:Quæ ipſi carni,vt aqua,hæc vocata mollia ſunt.Atq; id eſt,quod Plato dicebat dura eſſe, quibus caro noſtra cedit:& mollia,quæ carni.Nã ſi incidat in humidã rẽ aliquã tactus noſter,clariſſimũ eſt tactũ eã diuiſurũ eſſe,humidã verò ceſſurã & excepturã.At in durã ſi incurrat,omnino ille potius cedet cauabitúrq;.Atq; vt orationẽ tãdẽ cõcludamus:fingamus manũ noſtrã nũc aquæ rapido fluctui,vel vẽto vehemẽti ex aduerſo occurrere:nũc lapidi,quẽ altera manus ſenſim admoueat.nónne aperte à prioribus perſpicies euerti,nõ preſſam tamẽ:& lapidẽ ab hac euerti,ſed preſſa ab illo. Nã durũ quidẽ, quo minus progrediamur,obſtare per ſe nõ poteſt.ſed aut per põdus,aut motũ acquiſititium impedire interdũ poterit.Vehemẽtis verò notio hoc ipſum obſtaculum,impedimentũ,repulſionẽ,atq; euerſionẽ cõplectitur.Liquet ergo aliud nos cũ vehemẽtia tangimus,aliud cũ dura,ſentire.Nam hæc premunt carnẽ tantũ,illa impediũt progreſſum.At quia ſæpe fit,vt ambo conueniãt:atq;,quod occurit,durum ſit paritérq; vehemẽter moueatur,non poteſt ſenſus etiã non duplex nobis offerri,vnus veluti premẽtis,alter veluti euertentis.Quæ ſi ſunt ita,vt ſunt certe,dũri pulſus in premendo tactu cognitio ponenda eſt.vt ictus violentia vtriſq; conueniat:ſed propriũ duri ſit premere,euertere vehementis.Hi ſunt affectus tactus,hæc etiam vſitata latinis illorum nomina.

Vehemẽtia à duritia quid diſtet.

Vehemens.

Durum.

Violẽtus occurſus cõmunis eſt vehementibus & duris.

Vehementia euertunt.

Dura premunt & contundunt.

Vehementis notio quæ amplectatur.

Cognitio vehementis & duri.

De pleno & vacuo pulſu.

Tqui poſſis alijs quoque hæc nominibus interpretari. quod facile illi facient certe, qui continuitatem totius ſubſtantiæ interpolant vacuo.id eſt, omnes, qui corpora ipſa parua & indiuiſa, indi-

Subſtãtiæ cõtinuitatẽ interpolantes vacuo,quæ corpora molliа ſtatuant, quæ dura.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 137 sur 282

©BIU Santé

uiduáque,& incompacta:quòd modo concreſcãt,modo diuellantur:ideo generationes & interitus contendunt efficere.Qui,vt ſi nullam agnoſcant vitalem contentionem, vbi cõfertim multa & velociter ferantur hæc parua corpora,tum ictum creare hæc violentum confirmant, quẽadmodum in vẽtis,& fluctibus contingit decurrentibus.Conferta dicere,& multa,denſáq;,perinde eſſe dicunt,ac paucum immixtum eſſe vacui: quod tantum valere, quantum ſolidas ſubſtantias capedinem impleſſe arteriarum.Vacuitatem enim eius, vt ipſum declarat nomen,eſſe à vacuo dictum.Hoc enim in omnibus cõcretionibus cõtineri:ac prout id augetur vel imminuitur,ita nunc dura,nũc mollia corpora effici. Ac nunc plenos fieri eorum internos ventriculos, rurſus forte vacuos. Ita tunicam quidem dicent arteriæ duram vel mollem fieri ex quantitate admiſti concretioni vacui.Internam capedinem plenam & vacuam, ob quantitatem hic iterum cõmiſti cum illa vacui. Magnum autem dicent quendam eſſe pulſum,ſed reniſum non habere in occurſu: vbi multum in cauitate arteriæ vacui ſit,ipſáque pauca ſint prima corpora. At verò magnum eſſe & euertere,cum parum vacui, & frequentia corpora ſint. Itaque iam apertum eſt,nihil apud illos intereſſe inter plenum pulſum & vehementem:Quippe tactus vnum eſſe affectum,& vnam naturam pulſus.Nam cum parum in capedinibus arteriarum inſit vacui,ob multitudinem tumorũ plenum pulſum dici,& ob ictus violentiam,vehemẽtem. Proinde ex nominibus illis alterum eſſentiam denotare pulſus,alterum qualitatem occurſus. Non igitur diuerſos eſſe pulſus plenum & vehementem,duobus enim vnam rem nominibus ſignificari,pro diuerſis notionibus.Nos verò, qui contentionem quandam ſtatuimus vitalem,geminam non poterimus non fateri pulſuũ naturam eſſe,ſi dignoſcendi rationem eorum diligẽtius attendamus.Eſt autem plena difficultatis hæc commentatio,quòd nihil propemodum veteres de dignoſcendis pulſibus ſcripſerunt.ſed alij prorſus præterierunt, alij ſanequam leuiter attigerũt.Nam Herophilus,qui affectus ſenſus cõſcriberet,nuſquam plenitudinis,quam ſenſit nunquam,meminit.Qui verò dicti ab illo Herophilij ſunt,omnia malunt quàm illud dici,ſophiſtæ ſanè & loquaces homines penè omnes. & cũ nullum aliud Herophili præceptum in ipſis artis operibus probare ſtuduerunt,tum præter alia,quibus artem polluerunt,etiam plenum nobis pulſum inuexerunt:vt quaſi parua ſit ipſa ars,haberemus nunc, quod ageremus.Neque enim pulſum præterire fas eſt,à viris conſtitutum tam claris:neque quem experiundo nunquã inuenimus,poſſe prompte,ſtatuendum nobis eſt,dignoſci,alienas ſequẽtibus aſſeuerationes. Verum oſtẽdendum eſt primùm ad notionẽ vſq; hunc pulſum progredi.Deinde ne Herophilũ quidẽ in eius notitiam ſenſu vnquam perueniſſe.Quòd ſi iam nihil illi ſignificationẽ confudiſſent nominis, haberẽ nunc aliquid dicere de illis,quæ dicturũ recipio.Sed quando varijs eã modis cõturbarunt,nec inter ſe mutuo cõſentientes,nec ſecũ quiſq;,cogimur primo loco diſpicere de ſignificatione,nequid imprudentes,vt corui & graculi,dũ voces ædimus tantum,res ipſas,quibus attributæ ſunt,prorſus ignoremus. Et cum nomen pleni pulſus multi ſcripſerũt, cæteros certum mihi eſt prætermittere,niſi quando,ſi ita ſeries orationis ferat, ſtrictim attingã.Archigenis & Agathini,mihi ſatis erit ſcripta in manus

Vacuitas.

Plenitudinis Herophilus nõ meminit.

©BIU Santé

» ſumere examinanda. Ac de eo Archigenes in hunc modum loquitur. ἔσι δὲ Archigenes
» πλήρης σφυγμὸς ὁ νασοτέραν ἐπιδεικνὺς τὴν ἀρτηρίαν, καὶ τὴν ὑποπίπτουσαν αὐτῇ διασεσαγμένην ἐγχύλως. de pleno pul
» κενὸς δὲ, ὁ πομφολυγώδη τὴν ἔγερσιν τῆς ἀρτηρίας ποιούμενος, ὥσε κατὰ τὸν ἐπιπωσιεσμὸν τῶν δακτύλων ſu.
» κενεμβάτησιν ὑποπίπτειν. In ea definitione primùm quid τὸ νασοτέραν denotet, parum νασοτέραν.
liquido noui: quòd inſolens apud Græcos ſit, vt eiuſcemodi de re vſurpetur.
Nam genus quoddam panis appellabant νασὸν. aliud corpus ab ijs ita vllum ap Νασός.
pellari haud ſcio. Ipſe Archigenes (Nam decet de illo nos eius vſum nominũ
diſcere) τὸ νασὸν pro pleno mihi videtur vſurpare. Nam in libro de vehementia
» pulſus exponens Magni verba ſic ad verbum ſcribit. Omnino, inquit, vehe=
» mens ictus non fit, niſi νασὸν ſit, quod occurrat, & magnum, & celere inferatur.
» A quibus paulo poſt in hunc modum ſcribit. Et vehementia pulſus ex cele=
» ritate, magnitudine, vehementia, plenitudine, conflata eſt. Nam quod ſupra
νασὸν, id plenum hic vocauit. vt nihil differat, hoc pacto, an illo dicas. Et verò vbi=
que mihi ita videtur nomine τοῦ νασοῦ vti. At mutemus iam τὸ νασότερον in plenius,
vt quid dicat, intelligamus. Verba eius hæc ſunt. Plenus pulſus eſt, qui plenio=
rem oſtendit arteriam. Atqui hoc, vel ſua ſponte clarũ eſt, nec nos noui quic=
quam docet. Præſtat ergo totum hoc νασότερον relinquere, ac quod in definitio=
ne ſequitur, conſiderare. καὶ τὴν ὑποπίπτουσαν αὐτοῦ διασεσαγμένην ἐγχύλως. Tale quiddam
ſignificare hæc clauſula videtur, plenum pulſum in occurſu arteriam oſtende
re διασεσαγμένην ἐγχύλως. Hic iterum τὸ διασεσαγμένην, idémne ſit ac plenam, an aliud διασεσαγ=
quid indicet, planè non habeo conijcere. Quinetiam cum opponeret poſtea μένη.
definitioni pleni & τοῦ νασοτέρου definitionem vacui, nec contrarium τῷ νασοτέραν
ſumpſit, neque τῷ διασεσαγμένην. quod quidem, ſi rem cõtrariam definiret, ſumen
dum erat. At non ſumpſit, ſed quid ait? κενὸς δὲ, ὁ πομφολυγώδη τὴν ἔγερσιν τῆς ἀρτηρίας
ποιούμενος. Hoc enim πομφολυγώδη nec τῷ νασοτέραν, nec τῷ διασεσαγμένην contrarium eſt. πομφολυγώ
ſed ſicui alij, certe ſoli τῷ ἐγχύλῳ contrarium eſt. vt τὸ ἔγχυλον veluti humidius δης.
quodammodo ſit. & τὸ πομφολυγῶδες magis aëreum. Iam vacui etiam definitioni ἔγχυλον.
additum eſt. ὥσε κατὰ τὸν ἐπιπωσιεσμὸν τῶν δακτύλων κενεμβάτησιν ὑποπίπτειν. cui verbo in de=
finitione pleni, quod contrarium ſit, non reperias. Nam τῆς κενεμβατήσεως nomini
rectiſſime ἀντίβασιν opponeret. at hoc in pleni definitione prætermiſſum eſt vni=
uerſum. idque cum in eundem modum poſſet dici, ὥσε κατὰ τὸν ἐπιπωσιεσμὸν τῶν δα=
κτύλων ἀντίβασιν ὑποπίπτειν. At non dixit. Niſi id forte, pleniorem oſtendere arte=
riam, hoc eſt. vt in vtraque definitione, non quid plenus pulſus ſit, declaretur,
ſed quę ſit eius dignoſcendi ratio. Quod ſi eſt, aſſequamur fortaſſis. Nam ſi af=
fectuum tactus noſtri hæc definitio expoſitio eſt, nec rei ipſius vſquam natu=
ram attingit, meminiſſe omniũ poſſum, quæ in diſtentione arteriæ patitur ta
ctus. fortaſſe itaque aſſequemur Archigenis mentem. Nam quæ patitur, hæc
ſunt. Occurrens ſibi ſentit aliquandiu corpus motum. Idque modo multis in
partibus videtur ſibi occurrere, modo non: ac nunc premere, nunc non pre=
mere. Ac cum nos premimus, reniti, vel vinci. Hi primi affectus tactus ſunt, ac
veluti elementa totius de pulſibus commentationis. Nam reliqua omnia, par=
tim ex his conſtant, partim in relatione intelliguntur, ſiue parteis commemo=
ratas mutuo compares, ſiue tota cum totis. At de quonam horũ pleni nomen
dicitur, an de ipſo motu? Atqui celeritas in illo & tarditas erant, rhythmiq; il=
linc naſcebantur. An vbi in multis partibus diſtentionem tactus ſentit? Imò

©BIU Santé

longi hinc,lati,alti,magníq; prodeunt pulſus.An cum in paucis?contrarij verò tum commemoratorum.An cum premitur?durus.Cum ſummouetur?vehemens.Quid enim de contrarijs horum & medijs multa diſputem?Quando ergo exiſtit plenus, aut quem patietur pulſus affectum? tum ne vbi calorem largiorem,vel acriorem ſentiat? Atqui non ex pulſuum differentijs id dignoſcitur.An cum humiditatem vel ſiccitatem?Sed nec hi ſunt affectus differentiarum pulſuum.cum hæc vel citra pulſus,ſi manum admoueas corpori laborantis,explorare poſſis .Ecquod ergo reniſus genus aliud in vehementibus, aliud in plenis appellant? Nam poteſt tale quid etiam Agathinus ſentire.Verum ſi hoc ſentiebat, aperire debebat nobis,nõ Sphingis proponere ænigmata. An verò non ſolum res volunt vt inquiramus tam difficiles: ſed vt pro cumulo,quid dicant,expendamus,ac infinitum tempus in eo ponamus,an in rebus ipſis inueniendis? At expendamus Agathini iam verba,atque hoc quæramus, an reniſus aliud in vehementibus genus, aliud in plenis ſtatuat. Adeóq;

Agathinus.

» hæc eius verba ſunt. Conſequitur enim in conſideratione plenitudinis & va-
» cuitatis pulſus:Pleno tenſum & contentum perpetuo ſpiritum repræſentan-
» te. Vacuo diffluentem & in reniſu euaneſcentem, vt inſtar ſit aquoſæ bullæ,
» quæ rumpitur. Huic quidẽ eo nomine gratias habemus, quòd Sphingis non ponat ænigmata, vt fecit Archigenes, aliíq; non pauci. Nam recte an ſecus dixit,per otium expendamus licet.Mens quidem certè eius clara eſt.Vult enim tenſum & contentum perpetuo ſpiritum in plenis apparere pulſibus: Infirmum & fractum, nec quicquam renitentem in vacuis. At natiuus ne ſpiritus atque vitalis ſit, qui per corpora,vt illi contendunt,tenſus eſt:an aëreus & materialis,qui continetur in capedinibus,parum verba declarant. Tamen ex tota illorum virorum ſententia ipſum vitalem conijcias dici. Sed ſiue hic ſit,ſiue ille,tantum admonebimus illum eiuſque aſſeclas,ne placita cum ſenſus affectibus commiſceant: ſed vt decet Empiricum. Neque enim experientiæ imminuerint dignitatem, ſi explicauerint prius nobis hæc, quæ de tactione ipſi attulerunt:ac deinde, quomodo ab ijs oratione ad placita proficiſci oportet, docuerint. Qui igitur ſenſus affectus in ea erunt, ſi nomen ſpiritus immutemus,& ictum appellemus?Erit enim hæc oratio.Plenus pulſus tenſum & contentum perpetuo ictum repræſentat. Vacuus verò diffluentem & in reniſu euaneſcentem, vt inſtar ſit aquoſæ bullæ, quæ rumpitur. His tam bene mutatis proferamus hic paruum eius librum, vt quid de vehemente & languido

» pulſu dicat,videamus.Verba eius ſic habent.Nam quòd vehemens etiam pul-
» ſus ſit,qui violenter ferit tactum, & in occurſu fortiter euertit eum, conſtat
» hinc & conuenit inter multos. Mox ſubijcit.Contraria intelliguntur de lan-
» guido.Nam debiliter & languide occurrit tactui.Hæc recte quidem Agathinus, ſed nihil ab ijs,quæ de pleno & vacuo ſunt dicta,differunt.Nam contentum perpetuo ictum eſſe, nihil eſt aliud ac violenter ferire tactum & fortiter euertere. Quorum illud quidem de pleno, hoc verò de vehemente dictum eſt. Iam etiam in reniſu euaneſcere,idem eſt quod debiliter & languide occurrere tactui. Quorum etiam illud de vacuo, hoc de languido eſt dictum. Atque Agathinus in hunc modum expoſuit affectus tactus in vehementibus

» pulſibus & languidis.Archigenes alio modo.Nam hic ſic ſcribit.Itaque ſi per

©BIU Santé

» ſe æſtimetur, manifeſte apparet ſua ſponte vehementiam contentionem eſſe,
» vt diximus, arteriarum motus. Inde addit. Apparet porrò per totam diſtentio-
» nem firmitas impetus, ex qua, arteriam ſi comprimamus digitis, firmior occur
» rit ictus. Hæc tam ſunt aperta, quę dixit de affectibus tactus. In quibus nullum
habebimus proprium affectum monſtrare plenitudinis. niſi ſanè, vt quidam di
xerunt huius ætatis homines, cum plurimum pulſus eleuatus renitatur. At-
qui hæ duæ ſunt ſpecies pulſuum, non vna. Nam cum plurimum attollitur, ſi
quidem in tribus dimenſionibus fiat, magnum efficit pulſum: in vna duntaxat,
vel longum, vel latum, vel altum. Nam reniti idem eſt quod vehementem eſ-
ſe. Quòd ſi quis magnum ſimul & vehementem volet vno nomine vocare ple- *Reniti idem eſt quod vehemẽtẽ eſſe.*
ni, vocet licet. De nomine enim non contendimus. Tantum ſciat, nihil ſe nouę
differentiæ alicunde præter cõmemoratas, vt nunc eſt, adducere. Nam ſi duas
aut tres earum accipiat differentias, quas peculiaribus nominibus appellet,
nulla inuidia eſt. Verùm de nominibus non agimus, ſed de rebus. de quibus ſi
quis habeat, quod, præter quæ nos diximus, afferat, libentes didicerimus. Ex-
cogitare verò differentiam quandam pulſuum ex arteriæ infuſione (ſic enim
quod in ea continetur humoris, appellant) equidem comprobo. Ac intellige- *Infuſio.*
re eam poſſum modo craſſiorem, modo tenuiorem, & hercle etiam lentiorem,
vel aquoſam, vel copioſiorem, vel pauciorem, vel aëream, vel aliã qualiſqualis
ſit. Siquidem ſpiritum cogito tantum eas continere, atque hunc interim pu-
rum & ſerenum: interim caliginoſum nebuloſúmque. Sed hoc non eſt inſtitu-
ti noſtri, vt animo concipiamus, quæ eſſe poſſunt, imò de eſſentia agimus eo-
rum. Cum vel contraria liceat concipere: vt ſimul ſint, fieri non poteſt. vt ſan-
guinem cogitamus continere arterias, & non continere. Neq; enim quærere-
mus de eo, quod nequaquam concipimus animo. At non eſt huic quæſtioni
propoſitum, vt in notionem eorum veniamus, ſed eſſe monſtremus. Neque
enim eſt quiſquam, quin in arterijs poſſit intelligere ſanguinem cõtineri. Sed
an reuera, & cum naturæ lege diſpenſatur animal, ſanguinem contineant, hoc
quærimus. Ac multa de eo ſcio Archigenem verba facere. verum ſi id poteſt
deprehendere ſenſus, nequicquam multa nugatur. cum aperte mentiri di-
cere liceat Eraſiſtratum, qui id agit, vt quæ ſenſu didicimus, hæc ſuadeat ora-
tione aliter habere. Verùm nemo auſus eſt, ad tactum humorem, qui in arte-
rijs eſt, confirmare peruenire. Sanè nihil malim, quàm vt hoc obtinere poſſem:
ne cum inueſtigo ratione veritatem, negotium mihi exhiberetur. At quid tan
dem dicat, planè non intelligo. Plenus eſt pulſus, qui occurſum arteriæ humi-
de tumidum oſtendit. Vtrum ceu ipſe hoc tactus poſſit cognoſcere, an ceu hic
patiatur quod patitur, & affectus viam aperire poſſit arteriæ ſtatus cognoſcẽ-
di. At hoc ſi dicat, ex affectibus tactus conijcere aliquid de ſtatu arteriæ licere,
ego cauſſam non dico. Etenim Praxagoras hoc & Herophilus facit, ac propè
omnes, partim plus, partim minus, partim etiã deterius, partim melius. Praxa-
goram autem forſitan etiam mireris. qui cum humores neget contineri in ar- *Humores cõtineri in arterijs Praxagoras negat.*
terijs, ex pulſibus tamen colligere quaſdam eorum ſpecies molitur. At affe-
ctum ſenſus haud quaquam communem adducit. Ea enim ratione ænigma fa-
ciat orationem ſuam, vt qui legat, nec intelligat, profundi aliquid verbis & mi-
randi arbitretur ſubeſſe: Ibíque ætatem conterat, nimirum perpetuo quæren-

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 141 sur 282

©BIU Santé

do,nec tamen quicquam inueniendo. Nam quomodo inueniatur,quod nuſquam exiſtit? Quin tu,non tantum humorum ſpecies cedo ex pulſuum differentijs diſcerne,ſed animi etiam mores,vt Hippocrates conatur. Tantum quæ ſenſus patitur, amabo te profer, nec quæ haudquaquam patitur,falſo aude ei tribuere: neq; ex vno affectu diuerſos pulſus iacta te cognoſcere. Eſt quidam pulſus, qui multum renititur, adeo vt, ſi premas etiam arteriam, non moueatur à manu. Hunc retine,ac quouis voca nomine. Nam ſi modo vehemẽtem, modo plenum vocas,interdum alio nomine,exiſtimáſque numero nominum multas te res efficere,quis te feret? Habeo ſigna ego etiam ex pulſibus de ſpecie humorum,& de affectibus animi. tamen ex ſenſibilibus, quos nuper commemoraui,affectibus omnia conor dignoſcere,nec dico vſquã pulſum præruptum,grauem,leuem,aquoſę ſpeciei,flatuoſum,λικμωνισμῶδες,diſtentum,μογυλὸν, ſtrictum,καπανευγμῶδες,σφιλεωσμῶδες,ῥοπαλώδη, neq; quicquam aliud,quæ iſti ratione excogitãt,nec percipiunt affectibus ſenſibilibus. Adeo iam etiam,quæ ſentit auditus tantùm,ad tactum traducunt. Nam quid aliud,cum ſtridentes dicant, & ſtrepentes, & reſonantes pulſus, quàm de tactu ceu de auditu diſputant? Itaq; efficiunt denique,vt fides etiam veris detrahatur. Ac vir quidam huius ætatis minime malus, verboſitatem dixit eſſe commentationem pulſuum. qui hercle dixit rectiſſime,quòd multa verba funditẽt,nec quicquam doceant commodi. Qui hoc,ſi non in diſputationibus,in ſcriptis certè debebant vitare, quod dixit Comicus, Garrire doctus,verum ineptus dicere. Et mihi plenum pulſum ſcribis, nec tantillum mihi potes, vt exponas mentem tuam, tunicæ ne arteriæ ſignifices qualitatem,an quantitaté infuſæ in eas ſubſtantiæ,an qualitatem ſpiritus,an denique caloris facultatem quandam,vel qualitatem. Nam omnia mihi videris dicere non diſtribute & cõfuſe. Aut quo plenitudinis mihi vini mentionem facis pro exemplo? Quid etiam in tractatu de plenitudine
» in hæc verba loqueris? Itaque ſi plenum non ſubſtantia,ſed facultate velis æſtimare. Et paulo poſt. Sopor facultatis in talibus plenum pulſum deſignat, quæ
» nomina ſunt intemperiei ſpiritus. Et quemadmodum, vt guſtarunt vinum
» guſtatores vini, plenum dignoſcunt: Ita pulſuum periti,plenum ex facultatis
» ſopore, etiam ſi ſemiuacuus ſit, animaduertunt. In his ad facultatem referre mihi pleni pulſus notionem videtur. At vbi de plenitudine agit, vniuerſa mihi videtur confundere & miſcere. Id adeo ex eius verbis intelliges, quæ hæc
» ſunt. Quemadmodum autem lanarum contextus inde tenuis eſt, ex quo va-
» cua & plena dicitur,& vini qualitas non pungens,ſed illinc admota linguæ di
» gnoſcitur, qua plena & vacua vina diſtinguimus. Et ipſum etiam corpus ap-
» prehendimus,tum vacuum, tum plenum, tam in eo quod naturaliter alius a-
» liud habeat,quàm in morboſis affectibus,vt inflammatione,œdemate,inflatione: ita etiam inexercitatas carnes diſcernimus ab exercitatis. Rurſus in hac oratione quæ de vino dicuntur,conuenire cum plenitudine facultatis videantur. Quæ de inflammatione & œdemate,cum plenitudine,quæ in ipſo eſt corpore arteriæ. At verò exemplum lanarum omnino non intelligo. Neminem enim ego vnquam audiui plenam & vacuam lanam qui diceret, vt rogarem, quemadmodum diceret. Imò nec de inflammatione & œdemate,ex quoquam audiui, niſi ex Archigene. Tamen ex his intelligere poſſum, quid ſignificare

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 142 sur 282

©BIU Santé

velit nomen plenum. Nam quod contrarium laxo eſt, vocatur plenum. Va- *Plenum.*
cua verò quædam & plena corpora Mangones & Pedotribas audiui dicere.
Verùm non in modum œdematum & inflammationum.ſed,vt in primis pro-
prie & vſitate dicuntur, perinde ac vaſa plena vacuáque, appellabant.Ac cu-
tem prehendentes reuellebant,vt viderent remiſſa eſſet an contenta.Itaq; ex
laxa vacuum,ex contenta plenum conijciebant.Et verò eum etiam,qui graci-
lior craſſiore eſſet,ex ijs indicijs pleniorem vocabant. Has nugas cogimur a-
gere,propter eos qui primi friuola,vt ita dicam, ſunt nugati. Quaſi enim no-
mina Archigenes interpretaretur & non declarare res inſtitueret,multa co-
egit in vnum exempla & nomina,quæ nec vni rei omnia congrua ſunt,nec ex
vſu authorum appellata. Nam apud quos authores,aut vinum,aut lanas ple-
nas,& vacuas inuenias ſcriptum?Reſtat ergo, vt ad cauponas, mulieréſq; ad-
eamus requiſitum, quomodo interpretentur, & quonam hoc conducat. Cer-
te ſi vti pleni nomine geſtiebat, modo rem declaraſſet aperte, cui nomen tri-
bueret, non eſſent neceſſaria exempla. Cæterum de nominis vſu etiam tertio
in libro de pulſuum differentijs abunde tractauimus, ac nunc etiam memini-
mus, vt Archigenis in docendo confuſionem aperirem. Neque enim multa
complicare & infinita garrire oportebat, cum pauculis verſiculis totum tra-
di facillime poſſet in hunc modum.Nam quod obſcure ille multis verbis con
ſcripſit, breuibus faciam vt planè explicem.

Explicatio Galeni de pleno pulſu.

Enus eſt pulſuum,quod ipſum arteriæ corpus quo ſtatu ſit,declarat. *Plenitudo*
Alterum,quod qualitatem ſubſtantiæ quam continet. Ac tertium na *trifariã acci-*
tiui ſpiritus eius oſtendit facultatem.His tribus generibus plenitu- *pitur.*
do nomen eſt. Hæc ſi ſcripſiſſet,& aperte ſcripſiſſet, & compendioſe: nec hic
nos enecaret, dum inquirimus, primùm quid dicat,deinde ecquid erret. ſed
mẽtem eius aſſecuti planè,ad inueſtigandum nos, ecquid erret, conferremus
iterum in hunc modum orationem inſtituentes.Horum trium generum Ar- *Plenitudinis*
chigenes primũ, quod in ſtatu poſitum eſt arteriæ,tum eſt, tum cognoſcitur: *primũ genus*
veruntamẽ plenitudo ab authoribus non appellatur,quod in tertio commen
tario de differentijs pulſuum demonſtrauimus.Illic enim egimus de nomini-
bus. Non de nominibus hoc loco,at de ipſis pulſibus dignoſcendis diſcepta-
mus.Tu id pro tuo arbitrio voca.Dabis autem nobis,vt vocibus vtamur con-
ſuetis & approbatis,ac durum quendam pulſum appellemus, atque mollem
alterum ei contrarium.Præterea tertium,in medio vtriuſque poſitum,mode-
ratum & natiuum in ſtatu corporis arteriæ.Ergo quem plenũ tu, ego durum
voco,quibuſnam affectibus tactus, qui ſentiri poſſint,deprehẽdemus? Nam ar
terię tunicam nemo ambigit,quin neceſſe ſit,vel contentam eſſe,vel remiſſam.
Verùm hoc nũc non quærimus:imò verò quæ eius ſit ratio dignoſcendi.Hoc
nos clare fac doceas, nullis inuolucris vtens. Atqui non facis. Neque verò te
eo accuſamus:neq; quia affici aperte tactũ explicauimus aliter in vehementi-
bus,aliter hiſce in pulſibus, ideo ſpiritus tollimus. Nam vobis ſenioribus, qui
hæc magna cura inueſtigaſtis,referimus acceptum,ſiquid nos inuenimus bo-
ni,non inuẽturi certè,niſi ad veſtra ſcripta,qui glaciem ſecuiſtis,& viam nobis
ad ea aperuiſtis, meditati ſimus. Quare hoc relinquamus,quòd affectu tactus

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 143 sur 282

©BIU Santé

puta preſſu diſcernitur,& ſecluditur à vehemente. Subuertendi enim vim illi,& reniſum tribuimus. Iam quæramus ſecundum illud de duobus plenitudinis reliquis generibus. Quorum prius, quod de ipſo ſpiritu, vt vultis, intelligitur, quid nam ſit, nec hoc poſſumus intelligere, vti etiam tertio in libro de pulſuum differẽtijs demonſtrauimus. Verum quia illic quæſumus latius proſecuti, hic breuibus vẽlo perſtringere. Aut caloris ardorem, aut contẽtionem eius dicitis: hæc namque ex verbis veſtris quaſi oraculis tortuoſis Apollinis Loxiæ eruere potuimus. Iam horum reliquum eſt vt ſigna tradamus. Contentionis quidem iam indicia didicimus, gratiáſq; agimus. Scilicet renititur preſſui, vt confirmatis, tactúmq; ſummouet. Ardorem hunc caloris nihil requirimus, niſi vt doceamur, quouſque tactus noſter animaduertat. Neque ſanè vlla tactum noſtrum latebit differentia caloris. At non poſſumus hic nos non mirari, ſi in pulſuum differentijs ea,& non in febrium aggregabitis. At hoc mittamus in præſentia, nec de eo contendamus. Reliquum genus quemadmodum dignoſcatur attendamus plenitudinis. Hic tactu non habeo quid conijciam, nec an ſpiritus in arterijs ſolus, nec an etiam quidam humores contineantur. Imò non valetis, vt demonſtraui antea, ſi quandõ Eraſiſtratum refellitis, vel Praxagoram: cum aſſeritis ſanguinem in arterijs eſſe, ſenſum appellare teſtem: haudquaquam id prætermiſſuri, ſi conſpicuum ſit. Nec verò illorum etiam ad ſenſum quiſquam confugit teſtem, vt confirmaret arterias eſſe humoribus vacuas, ſpiritúſque tantum inſtrumenta. Et recte ſanè. Quippe tactus, ſpiritus ne in arterijs tantum ſit, an ſimul humores aliqui, non valet declarare. Itaque inanibus nugis horum repudiatis, ipſi dicamus apud nos ſoli, nullum prorſus ſenſum eſſe, quo dignoſcas, in arterijs contentus ſanguis quàm ſit multus & qualis. Ac primo loco nobiſcum repetemus, non poſſe in aqua inter cutem nos, humor ſit an ſpiritus, qui in regionibus ventris continetur, tactu explorare, niſi cauata preſſu cute. Et verò frequenter non cauari conſpicias in ſynceris aſcitis,& aqua inter cutem, quem tympanitem vocant. Sed ad veram notitiam comparandam pulſare cogimur abdomen, vt attendamus, ſi veluti tympanum reſonet. Secundo loco aliter componere hominem, & in latera conuertere, quo fluctuationem aliquam exaudiamus. Ac nobis ſtrepitus in modum tympani, ſpiritum annuntiat, fluctuatio humorem. Vno verò admoto tactu diſtẽtum abdomen, non deprehẽdas, ex aëre ſit an ex aqua. Tametſi cutis his,& quicquid carnoſum erat ſecundum peritonæum & craſſa cute tectum, contabuit. Atque quia extenuatæ ſunt partes circumiectæ, copioſáque eſt quæ contineatur materia, diuinare tactu etiam licet, an ſpiritus ſit qui contineatur. at tamen hic etiam ſoli tactui parum tuto fidem habeas: nedum in arteria tam craſſa munita tunica, vt peritonæi ſit ſextupla,& quam cutis ſæpe tegat bene craſſa. Nec enim ægroti quos viſimus ſemper tabidi ſunt. Cum præterea tertius accedat motus, qui etiam non parum ad confundendam notiam valeat, quid tandem tactu comperire exacte poterimus? Etſi ad conturbandum notitiam eius quod continetur, ſatis erat arteriæ perpetuus motus. Quo ergo licebit ſigno aut quãtitatem contenti in arterijs humoris, aut qualitatem cognoſcere? Nam magnitudine quidem pulſus, contenti humoris cognoſcimus copiam. Sed nõ perpetuo hinc nobis humidum eſſe ipſum humo-

Plenitudinis ſecũdũ genus

Plenitudinis tertiũ genus

Tactu diſcernere neque-as, ſpiritũ ne ſolus in arterijs ſit, an etiam humores.

Strepitus in modum tympani ſpiritũ annũtiat, fluctuatio humorem.

Perpetuũ motus ſatis conturbat contẽti notitiam.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 144 sur 282

©BIU Santé

rem cõſtat.Duritie verò ſtatum arteriæ corporis.Reniſus ictus non craſſitiem ſubſtantiæ ſignificat,ſed robur vitalis contentionis.Nam ridiculum ſit,ſi adeo continere vnquam craſſum adducaris humorem,arteriarum capedinem,vt renitatur preſſui:imò ſi vel ſit lutum,facile cedat prementi,niſi lapides in arterijs & arenam putamus contineri. Nam ita renitetur denique materiæ craſſities prementibus:aliter nullo modo.Equidem libenter vtrem repletum humida materia his,qui ita elimatum tactum iactant,vt verbis veritatem ſuperent, explorandum offerrem,quæ inſit in illo materia. Nam ne aquam quidem tenuem à craſſo vino diſcernant. Neque verò,ſi vnus vter picis humidæ ſit plenus,alter aëre,ſic etiam deprehendant.Solæ enim fluctuationes & ſtrepitus facultatem habent diſcernendi,quid ſit,quod contineatur.Senſus autem tactus vſquequaq; manet ſimilis. Quin qualitates humorũ ne fluctuationes quidem annuntient. Verum hoc ipſum,duntaxat commune,humorem,qui continetur,non ſpiritum eſſe. Et quomodo credas,qui nec valet per vnicam vtris tunicam dignoſcere contenti qualitatem,per cutem poſſe non minus vtre craſſam,membranáſque minimum binas,ac per tunicas neceſſario duas,humorem,qui in arteria eſt,dignoſcere.Atque hæc quidem illi dicant,nec Herophilum onerent mendacijs: neq; graui nomine rudes territent Herophili librorum:neq; hinc fidem verbis parent. Turpe enim eſt quaſi ad ſubſellia teſtibus certare.Si demonſtrationem afferre potes,audiemus te libenter.Herophilum verò eiúſque aſſeclas proferre teſtes,declinantis eſt rectum certamen,& cauſſas,exceptiones,technáſq; commentãtis,ne detegaris.Conſtat non iam inquirendæ rei gratia,ſed hiſtoriæ ſupponi falſo citatos teſtes. Hæc ne dicit Herophilus?Minime verò. Imò non tu aufugeris. Oſtende quemadmodum mentiar.oſtende,quomodo dicat.deinde dictio forte ambigua profertur, eóq; bellum cõuertitur,quidnam ſignificet dictio,& quid velit. Ibíque in dicto & ſententia vertuntur epichremata rhetorica:in amphibologia item alia,& hercle in ſyllogiſmis etiam.Imò omnem ſic rhetoricam huc tranſferũt,vt ſi argumentum aliquod meditarentur,nec propoſitum ſtuderẽt efficere.Quid enim non adduxerunt recentiores Medici ad quæſtionem,cum quidam ſcire Herophilum defendant & hanc pulſus differentiam.Contrà quidam neſcire conentur probare.Miſeri certè vtriq;,& miſericordia digni: illi,quòd imperiti: hi,quòd ſunt contẽtioſi.Non minus nos tamen infelices,quibus,ſi artis colamus commentationem,non eſt ſatis:ſed & quid Herophilus,quid Heraclides,& Chryſermus,& Hegetor non probe expoſuit:quid porrò Apollonius dixit,& Bacchius,Ariſtoxenúſque,volumus ſcire:& ſi deprecamur, compellimur plane: duobúſque exercitamur malis , tum quòd ab re nugamur,tum quòd inuiti hoc facimus,quod illi.Nunc quidem certè alterutrum mihi neceſſe eſt,aut vt Archigeni videar,& Herophilo,ſexcentíſque alijs refragari:aut demonſtrem, nullum de Herophili ſententia plenum pulſum eſſe. Ac ſi id vt operæpretium tractem,non aliter ac illi de inani ſedulitate reprehẽdendus ſim. Nunc quando exipſa rerum veritate illorum ſententiam coargui,qui ad ipſa artis opera properant,ad ea dimittam,quia iam propoſitam quæſtionẽ abſoluimus.Quòd ſi qui auent etiam veterum ſcripta cognoſcere, temporéque ad id abundant, omnia adijciam,ac declarabo,nuſquam Herophilum ad vllam rem vti pleno.

Humor in arterijs preſſui nõrenititur.

Qualitates humorũ fluctuationes non indicãt.

Herophilus ad nullã rem vtitur pleno pulſu.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 145 sur 282

©BIU Santé

pulſu. Et primum ab ipſo capite exordiar, quod illi proferunt. quod ab Herophilo libro primo de pulſibus eſt ſcriptum, quod mihi ſolum videntur legiſſe.
» Atque ſic habet: In ſumma, differre mihi videtur pulſus à pulſu, πλάθει, magni-
πλῆθος. » tudine, celeritate, vehementia, rhythmo. Hoc prolato, quid πλῆθος ſit, quærunt. quaſi verò, ſi neſciamus, quid πλάθει ſignificetur, neceſſario πληρότητος ab eo, id eſt, plenitudo ſignificetur. Itaq; ego lepide, ni fallor, reſpondeo. Nam τῷ πλάθει crebritatem illum affirmo deſignare. Rurſus ſi alijs reſpondeam, τῷ πλάθει vehementiam denotare. ac quiduis citius, quàm plenitudinem dicam. vt videant, nugari volentibus, quanta licentia ſit. Nam cur plenitudinem potius quàm crebritatem πλῆθος denotabit? num quia primã ſyllabam τῆς πληρότητος & πλάθους ijſdem elementis proferimus? Quod ſi eſt, etiam ἡ πλησμονή, τὸ πλάσιον, ἡ πλησμονή, τὸ πλῆκτρον, ſexcentáq; ſunt alia, quorum ex ijſdem elementis prima ſyllaba conſtat. At enim longe, inquiunt, remotæ horum ſignificationes ſunt à τοῦ πλάθους. Qui autem minus plenitudinis ſignificatio à τοῦ πλάθους ſignificatione procul abeſt? Imò probabile eſt, inquiunt, differentiam plenitudinis, quæ eſt in pulſibus, commemorari nunc, atque ab Herophilo cognoſci. Quin potius veriſimile eſt duritiam cognoſci & appellari, cum & hæ pulſuum differentiæ ſint, eáſque prorſus Herophilus cognoſceret. Vnde igitur differentiam plenitudinis dicat, multo præſtabat mea ſententia, reuoluiſſe antea omneis eius de pulſibus libros. Mihi quidem hanc legem ſtatui, vt vnumquenq; ſcriptorem ex ſeipſo declarem, nec inanibus ſuſpitionibus & affirmationibus demonſtratione vacuis delirem, quid aliquis dicat. Atque quo inueniſti apud Herophilum alio loco nomen pleni, cum crebri inuenias millies? Proinde cum differẽtia plenitudinis & incognita ſit (vt demonſtrauimus) nec eius alibi Herophilus meminerit: differentia porrò crebritatis cum apud omnes in confeſſo ſit, tum eam Herophilus ſcribere millies comperiatur: probabilius multo ſit crebritatem appellare putare illum, quàm plenitudinem. Neq; hoc dico τῷ πλάθει. Herophilum pro crebritate ſcripſiſſe. Hoc enim ſi dicam, ridiculus ſim, non ſecus ac illi, interpres: verùm eſſe longe procliuius declaratu crebritatem, & duritiem, adeóque quiduis citius quàm plenitudinem ſignificari. Equidem quid Herophilo πλάθει ſignificet, aliàs puto aperte declaratum eſſe. Nunc non denotare plenitudinem, quonam pacto demonſtramus hoc? Primum ſtatim hæc ſubdit. Nam quo mireris magis hominum dementiam, qui pro plenitudi-
» ne πλάθει accipiunt, apponam totum caput. Atque in ſumma differre mihi vi-
» detur pulſus à pulſu πλάθει, magnitudine, celeritate, vehementia, rhythmo.
» Quia in his differunt, conſpicuus interim fit & proprius & non proprius. Vi-
» detur porrò differre & diſcerni vniuerſe pulſus alter ab altero, vt dictum eſt,
» celeritate, magnitudine, vehementia. Quòd ſi eiuſdem rhythmi videtur pul-
» ſus alter ab altero differre celeritate, magnitudine, vehementia. Quem poſſis locupletiorem adducere Herophilo teſtem Herophili ſententiæ? Videtur, inquit, alter pulſus differre ab altero, vt eſt declaratum, rhythmo, magnitudine, celeritate, vehementia. Quanam igitur ratione, ſi omnino pulſuum certam differentiam τὸ πλάθει indicat, eam hoc loco præterijt, cum orationem repetat non obiter aut negligenter, ſed addat, vt dictum eſt? Qui autem fit, vt eiuſdem rhythmi pulſus dicat, celeritate, magnitudine, vehementiáque diſtare?

©BIU Santé

Quomodo poſtea, cum exponat differentias pro ætatibus, reliquas differentias pulſus diſtinguit, omiſit autem plenitudinem? Præterea pro affectibus, tẽporibus anni, vitæ inſtitutis, & pro ratione aliorũ omnium quando diſcernit pulſus, cæteros vbique omneis appellat differentias, plenitudinem nuſquam. Et quod maius eſt, qui hanc ipſam ſingulis ijs ferè adſcribit orationem, nuſquam addit τὸ πλῆθος: ſed in primo tantum libro, non in omnibus locis: certè non prætermiſſurus, ſi quidem nomen differentiæ ſit pulſuum. Hæc pro compendio habeto eorum, quæ in libris de differentijs pulſuum ſecundum Herophilum diſſeruimus. In illis enim latius Herophili vſum nominum pulſuum explicauimus. Iam igitur finẽ faciam ſermonis de pulſibus dignoſcẽdis. Nam ſi quæ de arteriarum peruerſo ſitu, aut de qua alia ſingulari re ad hãc diſputationẽ reieci, hæc in proximis duabus lucubrationibus declarabo, de pulſuum cauſſis & de præſagatione ex illis. quarũ complectetur vtraq; quatuor libros.

QVARTI LIBRI GALENI DE DIGNOSCENDIS PVLSIBVS FINIS, HERMANNO CRVSERIO CAMPENSI INTERPRETE.

©BIU Santé

©BIU Santé

INVICTISSIMO IL-
LVSTRISSIMOQVE HENRICO OCTAVO ANGLIAE REGI, DOMINO HYBERNIAE, AC VVALLIAE, CORNVBIAEQVE PRINCIPI, HERMANNVS CRVSERIVS CAMPENSIS. S. P. D.

QVod diu multúmq; optaui,vt aliquando,de quo celeberrima fama per omnes nationes percrebuit,monumentíſq; perpetuis cõſignata eſt,principem clariſſimum,eundémq; prudentiſſimum & doctiſſimum ipſe viderem: diuinitus hoc tempore mihi SERENISSIME REX oblatum eſt, atq; ita oblatum, vt meum votum ſit cum totius reipublicæ coniunctum ſalute.Quid enim optimo cuiq; eſſe optatius potuit,vel cõmodius,quàm duos potentiſſimos orbis terræ reges non iam per legatos inter ſe & per literas agere,ſed etiam congredi ipſos,& ad mutuos complexus venire.Fuit quidem veſtra concordia iam pridem illuſtris,amórque extitit multis in rebus mutuus. verùm multo ſunt illa firmiora vincula,quibus præſentes mutuo deuincimini. Nihil enim perinde ad amicitiam coeundam intereſt, atque congreſſus. Hic ergo veſter conuentus quando eſſe ab omnium commodo remotus non poteſt,nihil putaui antiquius, quàm vt rem tam claram, támq; iucũdam,quantum facere poſſem,publice teſtarer. Et res opportune cecidit: quòd haberem nonnullas lucubrationes in manibus,quarum conſtitui partem tuæ maieſtati REX INVICTISSIME, partem tuo fratri dicare Chriſtianiſſimo Francorum regi.vt quorum principum coniunctiſſimi animi ſunt,eos ego ſimul celebrarem,atq; meis ſcriptis conglutinarem. At id donũ comparaui & adornaui tuæ maieſtati,quod ad inſtitutũ tuum eſſet quam appoſitiſſimũ.Sciebam te(qui enim me fugeret id,quod tam diuulgatum per vniuerſum orbẽ, & tam eſt teſtatum) cũ diſciplinis eſſe inſtructiſſimũ, tum maximo ſtudio teneri antiquorum ſcriptorũ:quo factum eſſe,vt vnũ habeat te memoria noſtra,in quo priſcorum illorũ imaginẽ doctorũ regum agnoſcat.Nam hæc ferè inſedit opinio multis ſeculis animo nobilium, vt quiſq; plurimũ ad diſciplinas ſtudij cõferret,ita ſplendorẽ & nobilitatẽ generis maxime imminuere.Qua quid inertia excogitari turpius poſſit?Quis vnquam veterũ memoria non dico princeps aut rex, ſed omnino nobilis vir fuit,quin variarũ rerum ſcientia,literíſq; clareret? Neq; hic Alexandrũ Magnum appellabo,non Auguſtũ Cæſarẽ,non Antoniũ,qui ex ſtudio ſapiẽtiæ cognomen Philoſophi traxit. Non,inquã, cõmemorabo frugales illos & bonos principes. Iſtos proferam,qui non principes,ſed tyrãni:non homines,ſed immaniſſimę belluæ & peſtes fuerũt.Dioniſios producam & Nerones.Hi quãuis teterrimi in imperio, tamen ita ad recta ſtudia erant eruditi, vt cõcederent paucis,præſtarẽt multis.Qui ſi cũ iſta ſcientiarũ peritia,& ingenij cultu,prȩcipites tamen in omne ſcelus acti ſunt:quid iſtis,qui ſunt ab omni

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 149 sur 282

©BIU Santé

humanitate alieniſſimi,qui non modo non attigerũt diſciplinas, ſed ſua etiam aula & cõmercio hominũ exturbauerũt,quid fiet? Omnino,vt ſuccinctus quis præſidijs literarũ ſit,maximi eſt negotij præſtare bonũ & vigilantẽ principẽ.nedum vacuus diſciplinis tueri officiũ principis non valeat. Sed hæc tu clauſtra inertiæ REX INVICTISSIME noſtra ætate primus tuo ingenio,induſtria, labore,& diligẽtia,virtutéq; refregiſti.Primus nobilitati veterẽ eruditionis gloriam retuliſti.id deniq; effeciſti, vt cæteros tuo cõmotos exẽplo pudeat eſſe indoctos.Magnũ ergo habet campũ tua virtus,in quo excurrere quiuis longiſſime dicẽdo valeat.ſed maiorẽ quærit orationem,q̃ vt hac anguſta epiſtola limitari poſſit.Quare vt vnde digreſſus ſum,redeam:ſiue ſpectes priſca ſtudia,ſatis tibi fecerit Galenus:in quem natura omneis diſciplinas cõtulit,atq; in eius pectore tanquã in copiæ cornu incluſit: ſiue ducaris nouis,habes illum è Græco latine loquentem. Non mihi hoc tamen ſumo, vt aſſecutum me Galenum virum diſertiſſimum,aut mea te oratione poſſe putem capi.Equidem hoc ſi ſperem,aut etiam eam cogitationẽ in animũ admittam,ſim demens. Habes alios, quibus hanc palmã do libẽter:habes præter cæteros principem Thomam Morum, non inquã eximia elegantia aut mũdicia lucubrationes meas tuæ maieſtati cõmendo,alumni tui inſtitutũ ſequor Thomæ Linacri,vt quem ille vir doctiſſimus patronũ elegiſſet & defenſorem exactiſſimorũ ſuorum operũ,eidem mea,non illa quidem elimatiſſima,ſed tamen plurimi laboris & operę certe,offerrem:quo eius auſpicijs in vulgus feliciter exirent.Quòd ſi aſſequor,vt labores hos meos & læte excipias & probes,omnia me putabo ſumma obtinuiſſe. Sin alterum tantum, vt grati ſint, etiam actum mecum præclare ducam,& ſtudioſis concitaueris reuoluendi libri deſiderium. Quis enim id dubitet obuijs vlnis amplecti,quod magnitudine nominis & doctrinę tuæ comprobatum accipiat & illuſtratum.Refert autem non parum quo animo quis, quóque ardore ad librum adeat. Qui flagrant ſtudio, horum in legendo retinentur animi. Alijs remittuntur,qui frigent. Hoc ego à tua maieſtate REX MAXIME totum expecto,vt mihi præſtet,& calculum addat.In te omnis natio Medicorum oculos coniecit: vt ſi hos libros intelligant eſſe tuo iudicio conſignatos, ſummo ſtudio arripiant:ſin improbatos, ſine dubitatione reijciant. Te ego vnum reſpicio. vt ſi repudies, poſthac à tranſferendo manum abſtineam. Sin meam induſtriam,& animum ad bene de ſtudioſis merendum confirmes,redeam ad eos,quos deliniatos leuiter nunc libros accepiſti, deſecandos & delimandos integrior atque alacrior. Libri hi Galeni ſunt de cauſſis pulſuum, & de præſagatione ex pulſibus.Adieci librum de vſu pulſuum à Linacro verſum,quem multis mendis, neſcio quorum culpa,ſcatentem purgaui. Illos ergo libros, quos Medici hactenus ſatis incommode deſiderauerunt,quidam mihi mei amici vertendos in latinam linguam de Græca impoſuerunt. Suſtinui,vt potui prouinciam: velim tam proſperam, quàm certe laborioſam. Quod profecto obtinebo,ſi tuæ maieſtati probẽtur,ad quam omnia mea ſtudia,operam & diligentiam, me denique totum defero,oróque deum, vt te nobis talem principem ſemper incolumem & florentem tueatur. Vale regum decus.

©BIU Santé

GALENI DE CAVSSIS PVLSVVM LIBER PRIMVS, HERMANNO CRVSERIO CAMPENSI INTERPRETE.

Genera cauſſarum.

Auſſæ,quæ pulſus variãt,partim generationis eorum ſũt,partim tãtum alterationis.Generationis tam vſus, cuius gratia fiunt,quàm facultas,abs qua,tum inſtrumẽta,per quæ diſtenduntur.Alterationis cæteræ omnes, & quæ præcedentes appellantur, & quæ his ſuccedunt externæ.Nam tertium quidem eſt cauſſarum genus non in pulſibus modo,ſed in alijs cũctis,vnum quod primum eſt,& præcipuum,quod quidem continẽs appellant:cuius inde appellatio deducta eſt,quòd illorum eſſentiam cõtineat:quæ,vt modo diximus,generationis eſt cauſſa.Reliqua duo genera,vt fiãt pulſus,in cauſſa non ſunt:ſed cauſſæ ſunt illorum, qui iam ſunt,mutationis.Nam humorũ craſſitudo,abũdãtia,lẽtor,acredo,efficere non valẽt pulſus,alterare valẽt.Ita frigidum balneũ,vel calidũ,& hyems,æſtáſq; breuiter frigus & calor,alterãdorũ pulſuum ſunt,non generãdorũ cauſſæ.Ac, quæ nunc cõmemorauimus,externæ appellãtur.Quæ has etiã præcedunt,quæ quidẽ in humoribus ſunt,præcedẽtes. Breuiter ſic habeto,quæcũq; extra corpus poſitæ quicquã in corpore alterãt,externæ vocãtur. Quæ has etiã antecedunt,præcedẽtes cauſſæ corporis affectuũ.Hi affectus,vbi cõtinentes moueãt, euadunt præcedẽtes illarũ cauſſæ.Denſetur enim ab occurſu externi frigoris cutis,cuius dẽſitas naturalem halitus digeſtionem reprimat,repreſſus ille coaceruetur,tandẽ accẽdat febrem,ob quã vſus pulſuũ mutetur,itaq; etiã ipſi pulſus.Hic externa cauſſa eſt occurſus externi frigoris. cæteræ vſq; ad vſum pulſuũ omnes præcedẽtes.Cauſſa igitur externa intercedẽtibus cauſſis præcedẽtibus,quia variat vſum pulſuũ,quæ vna ex cõtinẽtibus cauſſis eſt,etiam immutat ipſos pulſus.Neq; enim poſſit vlla cõtinẽs cauſſa mutari,vt cõſtans maneat effectus eius.Sed priùs,q̃ continentes attingat alteratio,non poſſunt immutari pulſus.Ideóq; principes hæ,& præcipuę ſunt,primæq; cauſſæ pulſuum.Cæteræ ſunt harũ gratia.Nam q̃ externa illa alteratio ad continentes penetrauit,propterea pulſuũ cauſſæ dicuntur:cũ ſua ſponte & per ſe alterare illos nequaquã poſſint.Quare qui peritus euadere artis de pulſibus volet,hic verſatus in cauſſarũ omnibus generibus mirifice debet eſſe,vt quicquid propoſitũ ipſi ſit,explicare pulſuũ alteratione poſſit.Pars exercitationis optima eſt, vt cõtinentes cauſſas,quamobrem generare quæq; pulſum poſſit,perpendas. Qua enim ratione generãdorum eorum ſunt origines,eadem etiam alterandorum.Siquidem cauſſarum in quantitate,& qualitate differentiæ,pulſuum differentias in qualitate & quantitate efficiunt.Videtur porrò perpetuo cũ omnibus arterijs

Primum genus cauſſarũ

Secundum genus.

Tertium genus.

Continens cauſſa.

Cauſſæ externæ.

Cauſſæ præcedentes.

Pulſus non mutãtur, niſi continẽtes cauſſę mutẽtur.

Facultas prima continẽs cauſſa.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 151 sur 282

©BIU Santé

cor motum illum pulſatilem,vt vocant,dum ſuperſtes animans ſit,habere. vbi interijt, nec vllam arteriam, nec verò ipſum cor amplius pulſare videas. Quò fuiſſe tum quandam cõſtat cauſſam,à qua moueretur. At quæ hæc ſit,non proclíue inuentu eſt. Vnus natiuum calorem,alius contentionem,alius temperamenti proprietatem,hic vniuerſam ſtructuram corporũ,ille ſpiritum tantum. Eſt qui quædam horũ,alius etiam omnia ſimul affirmat. Et verò quidam etiam facultatem quandam nullo præditam corpore introduxerunt,quæ peculiaribus inſtrumentis motus,quæ retulimus,vtatur,vel omnibus,vel pluribus,vel vno. Hanc cauſſam,quæ pulſus molitur,quæcunq; illa ſit,licet eius nos fugiat eſſentia,quòd facultatem habeat pulſus efficiendi,facultatẽ illam vocauimus, vt quamlibet puto aliam facultatem à facultate faciendi,cuius habet facultatem, ſolemus nominare. Alicuius enim eſt facultas,& eius notio eſt relationi ſubiecta. Itaq; quãdo eſſentia incognita nobis ſit,hoc appellamus eam nomine. At verò cum robur facultatis,vel virtutem dicimus,aut cõtrà infirmitatem & vitioſitatem,ad functionẽ hæc nomina ſunt referenda. Quippe quę obit,& efficit,creátq; functionem cauſſa,interim ad eam melius eſt appoſita,interim deterius. Quò fit,vt modo præclarius,poſtea,ſi res ferat,deterius functio adminiſtretur. Ac præſtantior ad functionem diſpoſitio facultatis,virtus eſt & robur: deterior infirmitas,atq; vitioſitas. Sed de facultate pulſus effectrice,hęc ſatis eſt hoc loco noſſe. ¶ De vſu eorũ illa ſunt,quæ alio loco demõſtrauimus,cõmemoranda: quę tuendi cauſſa caloris vniuerſi corporis creati ſunt,quem refrigerẽt, & ſi quid ſit fuliginis ex ſuccorum aduſtione contractum,id excernant è veſtigio. Etiam illo loco hoc dictum eſt ad gignẽdum hos referre animalẽ ſpiritum.

Diſſenſiones de cauſſa motus arteriarum.

Facultas.

Robur & virtẽ facultatis. Infirmitas & vitioſitas.

Vſus pulſuũ. Secũda continens cauſſa.

De cauſſa ex inſtrumentis.

Eliqua & tertia gignendorũ pulſuum continens cauſſa ipſum eſt arteriarũ corpus. Nam omnis facultas,quæ alicuius cauſſa agit, inſtrumenta quærit ad opus appoſita. Erat autem hic accõmodatum inſtrumentum,quod ſpiſſis tunicis & cauum eſſet intus. Nam vt artifices hi,quos in vrbibus cõſpicimus,ſutores,excuſores,pictores, certis inſtrumẽtis opus ſuum efficiũt: Ita quæ pulſus efficit facultas,ſuum opus tutelam natiui caloris inſtrumentis peragit arterijs. Hoc tantum inter hanc & alios opifices intereſt,quòd inſtrumẽtis hæc implicata eſt,ac per ea tota permanauit: non foris,vt illi,attingit. Itaq; vbi refrigerantẽ cauſſam trahit,arteriarũ diſtenditur corpus. Cum fuliginoſam expurgat,cõtrahitur. Iam præpollet modo diſtẽtionis vſus,modo cõtractionis. Ac cõſequitur omnino alterã motus partem reliqua. Itaq; cũ ex his cauſſis pulſus proficiſcãtur,omnes illorũ variationes cauſſarũ neceſſe eſt comites ſint alterationũ. vnde tot primæ ſunt & generales pulſuum differẽtiæ,quot ſunt cauſſarũ. Et facultatis quidẽ differẽtiæ, robur & imbecillitas. Natiui caloris,aduſtio refrigeratióq;. Arterię tunicæ,duritia ac mollitudo. Atq; prę his omnibus in ſingulis generibus cõmemoratorũ mediocritates. Verũ mediocritates naturales efficiũt pulſus,qui mediũ locũ obtinẽt inter excedẽtes. Exceſſus verò pulſus præter naturã. Atq; alij perſpicui ſunt. Qui autẽ in firmitate conſiſtit facultatis,quiddã dignum habet quæſtione,quod progreſſus diſputationis diſpiciet. Quippe robur facultatis neceſſario vehementẽ pulſum facit,infirmitas languidũ. Et inſtrumẽtorũ duritia durũ,mollitudo mollem. At incremẽto

Corpus arteriæ tertia cõtinẽs cauſſa.

Mediocritates creãt naturales pulſus.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 152 sur 282

©BIU Santé

tamẽ natiui caloris,vel imminutioni,vt vnũ ſemper & idem pulſuũ genus cõ=
ſequatur,nihil cauſſæ eſt.Nec enim celer,quod nonnulli ſunt opinati,nec ma
gnus,vel creber ſemper incidit,vbi aduritur natura: Nec cũ extinguitur,tar=
dus,vel paruus,vel rarus.Sed de his,qui ambigunt,perinde ac Archigenes er=
rant,qui in Magnũ diſputat de pulſus celeritate. Nam à robore non potius q̃ *Celeritatis cauſſæ.*
ab imbecillitate proficiſcitur facultatis.Nam neutrũ ſequitur neceſſario.Atta
mẽ peculiaris celeritas robori facultatis eſt,& caloris abũdãtiæ,præterea molli
tudini inſtrumẽtorũ.Tarditas cõtrarijs.Eodẽ modo validæ facultati magnitu= *Magnitudinis cauſſæ.*
do,& copiæ caloris,tum etiã mollibus inſtrumẽtis eſt familiaris. Paruitas verò
contrarijs.Crebritas item nulli neceſſario de cõmemoratis adhæret,magis ta= *Crebritatis cauſſæ.*
men propria facultatis eſt imbecillitati,copiæ caloris,duritiei inſtrumẽtorum.
Et raritas item magis ad cõtraria ſpectat,non annexa illis eſt perpetuo tamen.
Faciam autem,vt hæc repetita ab initio oratione ſigillatim demonſtrem.

Cap. 2. Calor, quos efficiat pulſus.

I amplior in corpore ſit collectus calor, animanti cum maiore opus
erit reſpiratione,tum maioribus pulſibus.Et quia maioribus,conti=
nuo etiam celerioribus & crebrioribus:vt qui ſitiunt,non multum
modo,ſed & celeriter potant,ac crebro.Sic qui indigent refrigerio,copioſum
ſimul id,& celeriter,crebróq; attrahunt.Quamobrem peculiares dixi eſſe pul
ſus copioſo calori magnum,celerem,crebrúmq;:non tamẽ vt comitẽtur ei ne=
ceſſe eſſe.Poſtulant enim,quò tales euadãt,facultatem validam,atq; inſtrumẽ=
ta mollia.Sin infirma facultas,aut durum ſit inſtrumẽtum,neq; magni eſſe,ne=
que celeres poſſint,quòd inſtrumẽtum ſit per duritiam aduerſus mouentem
facultatem cõtumax:illa verò attollere,quatenus oportet,arterias per imbecil
litatem impos. Quare,vt celer pulſus,vel magnus fiat,tria oportet cauſſarum
genera inter ſe conſpirent:vt vſus illorum generationis vrgeat, facultas vali=
da ſit,molléſque arteriarum tunicæ,aut certè non rigidæ.Vt enim impellere
velociter,aut multum progredi,vt maxime cõcitato motu indigeãt,nec ſenes
valẽt,nec parui pueri:Ita nec imbecilla facultas,etiam ſi vſus poſtulet,vel cele=
riter,vel multum attollere arterias poteſt.Iam etiam ſicut mollis veſica prom=
pte multum diſtenditur,dura:ne ſi admodum quidem etiam,atque etiam con
tendas: ſic arteriarum tunica, mollis quidem perfacile attollitur plurimum,
vel facultate infirma: At dura, licet facultas ſummopere illam impellat, reſi=
ſtit facultati motrici,renititúrque.Via omnium horum ratióque vna eſt.nam *Methodus inueniẽdarum cauſſarum.*
vt cauſſa,quæ in examen venit,ſola conuertatur,reliquæ maneant omnes in
eodem ſtatu,ita diſcernes alterationes pulſuum.Nam ſi cum multæ immuta=
tæ ſunt,attẽdes:primum obſcurum erit,propter aceruũ ne omnium in vnum
contractarum, mutatio euenerit,an propter vnam quandam ex illis. Dein=
de,vt conueniat propter vnam,quæ ſit nam hæc vna de illis,nondum conſtat.
Nam ſi calor increuerit ſolus,& maneant facultas,tunicæq; arteriarum immo
tæ,pulſus neceſſario maiores,& celeriores fient,vnáq; cum calore,dum ad ma
ximam perueniant diſtentionem,augebuntur. Celerrimi verò ne ſic quidem
prius,quàm maximam calor diſtentionem ſuperauerit,apparebunt.Tunc au=
tem vltra maximam diſtẽtionem extendetur,cum ab ea refrigeratur parcius.
quare celeritate motus reſarcitur defectus.Itaque pulſus fiunt celerrimi.Iam

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 153 sur 282

©BIU Santé

verò neq; hæc ſatiſſaciunt calori vehementer incenſo:ſed quod ante temporis inter duos motus quieſcebat,nunc id præſecat etiam.Subinde etiam tam reddit breue, vt perpetuos putes motus eſſe,nulla quiete interpellatos. Sed hoc accidit,vbi ad vltimum incenſus calor ſit.Et cum tres ſint in omnibus exceſſibus rationes opis,omnibus ſimul vtitur.Nam cum plurimum conſequitur ſe refrigerantis ſubſtantiæ,tum celerrime,& in primis cõtinenter. Quorum primum maximos pulſus creat,alterum celerrimos,creberrimos tertium. Neq; vbi liberaliter illum magnitudo refrigerat diſtentionis,iritat celeritatem:neque crebritatem, vbi ab ambabus auxilium conſequitur. Alterius enim illarum ſemper defectus corrigitur altera: magnitudinis, celeritate: celeritatis, crebritate.Quid multis,crebritatis pulſuum cauſſa vna eſt,prioris actionis defectus.Accidit id cum alijs de cauſſis,quas deinceps recenſebimus:tum de copia caloris, vti modo eſt oſtenſum. Propemodum iam, quod erat inſtitutum, confectum eſt. Declarauimus enim abundantiam caloris nullum conſequi neceſſario pulſum magnum, celerem,crebrum: ſed peculiares eſſe illi,in primis magnum & celerem,& nonnunquam crebrum etiam,ſed caſu.

Auxilia in exceſſibus tria.

Crebritatis vna cauſſa eſt.

C. 3. *Defectus caloris natiui, quos habeat pulſus.*

Vto iam quoq; de pulſibus conſtare, qui defectum comitantur natiui caloris.Quem ſcilicet nullus etiam comitatur neceſſario.Familiares tamen ſunt ei paruus & tardus præcipue,mox etiam rarus. Nam vt natura,quæ iam pridem refrigerata eſt,nec multum requirit,nec celere refrigerium, ſic nec breuibus interuallis. Breuibus interuallis idem eſt,quod crebrum.Et longis interuallis idem,quod rarum. Sed quando ſatis de his dictum eſt,ſi quod produximus dudum,quantum diſputationi conducat, perſpexerimus, ſeriem orationis proſequemur. Inter magnũ pulſum,& paruum naturalis intercedit & moderatus: cum quo comparantes & æſtimantes reliquos omnes,qui maiores ſunt eo,hos magnos vocamus:qui minores,paruos.Itidem inter celerem & tardum,medius,moderatúſque naturalis eſt.Sic inter crebrum & tardum. Ad hæc inter durum & mollem medij naturales ſunt.At naturalis non item videtur,qui inter vehementem medius eſt & languidum. validæ enim eſt facultatis opus vehemens pulſus, vt languidus infirmæ.Cuius ſanè non eſt contra naturam firmitas:imò hæc virtus eſt & ſecũdum naturam. Infirmitas verò facultatis, vitioſitas prætérque naturam eſt. Quantum iam in via,quæ intercidit inter robur & imbecillitatem,eſt ab altero ad alterum,in confinio alicubi vtriuſq; poſitum, tanto id præſtat infirmitate,quanto robore inferius eſt.Contráq; tantum firmitati cedit,quantum ſuperat robur.Proinde non hic quærendum aiunt eſſe naturalem pulſum: ſed in ſummo & valido.Atqui ex hoc prouenire vehementem pulſum.Sunt,qui verum fateantur hoc eſſe,ſed diſſentiant hoc vndequaque ita habere.quorum hæc ſententia eſt. Naturalem pulſum in hoc genere, fieri quoque ipſum ab ſummo & optimo ſtatu, non ſecus ac alios in omnibus generibus,non ſummum tamen & extremum eſſe, ſed eſſe ex non naturalibus quendam alium hoc vehementiorem.Nam ſingulare quiddam huic pulſuum generi accidiſſe ac extra ordinem autumant. Quo factum eſſe, vt in hæſitationem illi, erroréſque, qui aſſequi illud non poſſent, incurrerint. Siquidem fieri quidem

An vehemẽs pulſus naturalis ſit.

Vehemens. Languidus.

©BIU Santé

valente facultate vehementem pulſum,attamen certum eſſe & huius modum vehementiæ: quem ſi prætereat, de natura recedat. Certe quidem in ira dicunt,ſubindéq; in exercitationibus,atque potionibus vini vehementius offendi,ac natura poſtulat,motas arterias. At hoc inter omnes conuenire, naturaliter pulſum ad vnguem comparatum,in animante eſſe ſpectandum, in requiete poſito omniũ magnarum ac validarum alterationũ. Validam autem alterationem ira,exercitatio,vinum concitant. Quare non hunc eſſe naturalem,ſed qui valente natura ſimul & per extraneã cauſſam,quæ violéta ſit,nullam commota fiat. Itaq; quadam ratione eſſe medium,quadam non eſſe naturalẽ in hoc genere pulſum. Quatenus eo enim alij quidam ſunt vehementiores pulſus,& verò alij minus vehemẽtes,hactenus eſſe mediũ. Quatenus autẽ cum tres ſunt huius generis differentiæ,vehemẽtia,imbecillitas,& vtriuſq; mediũ,non ex medio eſt,ſed ex vna de ſummis: hactenus mediũ non eſſe. Omnino ergo eſſe reliquum,rectè de illo pariter ac vere dictum eſſe,naturalẽ pulſum huius generis,medium locum in altera extrema differentia obtinere. Sunt qui hoc impugnent etiam,qui aiunt vehemẽtes pulſus non fieri ijs tẽporibus,quæ commemorata ſunt: ſed videri fieri. Falli autem illos,qui negligentius tangunt,à celeritate cum ijs coniuncta,& magnitudine,atq; interim etiam altitudine: vt ſit in ira. At huius controuerſiæ conſtat iudicium ad dignotionem pertinere. Quæ eſt ergo vera dignotio? Dicendum eſt enim,quod perſpicimus. Vino potato, modice certè, pulſus aperte cum maiores & celeriores,tum vehementiores euadunt. In ira verò,& in modicis exercitationibus,non perinde aperte. Imò ſi quid illis accedat vehementiæ, id adeo eſt minutũ,vt animaduerti ægre poſſit. Vtcunq; ſit,quin quod in manibus habemus, conficiamus, nihil cauſſæ eſt, hoc ſi tantum quæramus: an magnitudo,celeritáſq; pulſuum pertineant ad robuſtam facultatem. quod eſſe his videtur,qui ſumma cura æſtimant ex ipſa rerum natura. Quãdo enim in confeſſo eſt diſtendi à facultate arterias,plus eas probabile eſt validam attollere,& infirmam parum,celerius item validam,tardius infirmam: quod quidem vel nobis ipſis conſpicitur, cum ambulamus, currimus,metimus,fodimus,deniq; quicquid agimus. Nam in his,qui fortior eſt,non maiorem modo,ſed & celeriorem operam præſtat,ſi quidem alia vtriq; paria ſint. Quòd ſi infirmiorem ad opus neceſſitas vrgeat: fortior autem,aut plane eo nihil indigeat,aut quàm pauciſſimo: celerius ſic imbecillior aget. Sed inepta iſta eſt comparatio. imò ſi,vt ante eſt dictum,alia vtriq; paria ſint. & vnũ tantummodo quodq;,quod quoq; loco in diſquiſitionem venit, commutetur. Vt ſi imminentibus latronibus fugiendum ſit, profecto non paria conficient ſpatia, nec æquali velocitate current iuuenis valens,atque imbecillus ſenex. Quòd ſi tamen motum ſenis,qui inuaſionem timet latronum ad iuuenis motum conferas,qui ſegniter in vrbe obambulat: velocior ſic atq; maior tibi ſenis videatur. non quò celerius moueri iuuene poſſit,vel magis artus tranſferre: cæterum quòd motu indigeat concitatiore ob metum,à quo compulſus omnes vires accommodat ad opus. Iuuenis viribus eſt quidem robuſtioribus, ſed ad opus eas non requirit. Nam ſi opus ipſi vt ſeni ſit,hoc celerius aget atq; magis,quo vires illi ſunt melius cõparatæ. Quamobrẽ accuſare hic operæpretium eſt tum Archigenẽ,tum Magnũ,tamen longe Archigenem magis. Nam

Alteratio valida.

Pulſus à vini potu.

In ira & modicis exercitationibus.

Magnitudo & celeritas ad robuſtam facultatem pertinent.

Cõtra Archigenem & Magnum.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 155 sur 282

©BIU Santé

Magnus quidem,etſi non vndequaque verum,certè aliqua ex parte animad-
uertit.Archigenes verò,cũ,quod deſiderabatur,deberet addere, etiam,quod
recte eſſet inuentum,ſtudet labefactare, qui ita ſcribit. Aequum eſt enim, vt
Infantis pulſus. » adſcribam ipſa verba. Nam infantes paruum prorſus pulſum habent,nec ve-
» hementem,tum mire crebrum,& celerem.Magnus eum negat eſſe celerem,
in perpetuum conſtituere volens hoc,non proprium imbecillitati celeré pul-
» ſum eſſe,ſed crebrum.Sunt enim imbecilli illi.Ac paulo inferius Archigenes.
Cholerico rũ & Cardiacorum pulſus. » Mihi quidé non in robore,inquit,videtur celeritas poſita eſſe. cum in choleri-
» cis reperiam,& cardiacis arteriarum cõtractum motum.Hæc Archigenis ver
ba ſunt,multum quidem probabilia,quæ facile auditorem circumueniant,vt-
pote ex lemmatibus collecta,quæ vulgus Medicorũ comprobat. Siquidem in
hac ſentẽtia ſunt penè omnes,cholericorum & cardiacorum celerem pulſum
eſſe. Nos verò ſatis in primo libro de pulſibus dignoſcendis diximus de cele-
ritate & tarditate.vbi alium mõſtrauimus celerem eſſe,alium non diuturnum
pulſum.Itidem de tarditate,non eũdem tardum eſſe atq; diuturnum.Nihil eſt
igitur,quòd eadem hic repetamus:ſed concluſione duntaxat commemorata,
in illis affectibus non diuturnum quidé pulſum eſſe,tamen non celerem,tum
ad inſtitutum eſt redeundum.Iam enim Archigeni nihil efficietur,cum nega-
tum ſit pulſus in cholericis cardiacíſque affectibus eſſe celeres.Et quidem(vt
Celer pulſus familiaris tã tũ robori facultatis. hoc conceſſum ſit)non fuerit facultatis roboris certum ſignum celeritas,ſed
familiare illi quin ſit,nihil obſtat. Quandoquidem iam ſatis aperte declarauí-
mus,quoſdam neceſſario pulſus conſequi continentes cauſſas.aliquos eſſe il-
lis familiares,neceſſario coniunctos non eſſe.Nam quorum pulſuum poſtulat
generatio vnam cauſſam, huic perpetuo illi adhærebunt,& hercle indicium
erunt cauſſę fideliſſimum:vt vehemens valentis facultatis,languidus infirmæ.
At quorum,niſi plures interſint cauſſæ,conſtitui generatio nequeat,hos fami
liares eſſe cauſſis dicemus,non autem ſignificare certam ex illis aliquam.Eo-
dem modo ſi ex vna aliquãdo cauſſa pulſus proficiſcatur,ſed non ab eadé per-
petuo,familiaris quidé omnibus cauſſis erit,quæ efficiunt eum:conſtanter ve-
Celeritatis cauſſæ. rò ex illis indicabit nullam.Neque ſi celeritas ſit pulſuum,ſtatim robur quoq;
neceſſario facultatis erit. Imò eſt, cũ maior ſit vſus generati animalis ſpiritus,
& eſt cum caloris ſit copia,vel inſtrumentorum mollities,vel horum quędam,
vel omnia ſimul.Haud aliter ſi magnitudo ſit pulſuũ,erit vel robur facultatis,
vel impendium animalis ſpiritus maius,vel calor in corde abundãtior, vel in-
ſtrumẽtorum mollitudo,vel quædam horũ,vel etiam vniuerſa. Itaq; Magnus,
qui familiarẽ eſſe celeritatem dixit facultati validæ,nihil peccat. Siquidem eſt,
cum velocior huius occaſione pulſus fiat.Archigenes verò,qui eũ oppugnat,
errat.Primùm,q̃ in eo mentiatur,quod perſpicuum eſt,qui omnes ducat non
diuturnos pulſus eſſe celeres.Deinde,q̃,ſi ſint celeres,hoc exiſtimat conſequi,
haudquaquã validæ facultati eos familiares eſſe:id quod planè falſum eſt.Neq;
enim quin pulſus celeres aliquãdo à robore facultatis proficiſcãtur, verum q̃
ab illo non ſemper ſolo,cõſequetur:vt illos,quos diximus,pulſus fateamur ce-
leres eſſe.Quòd ſi exiſtimauit nõ familiares eſſe tantũ valẽti facultati Magnus
pulſus celeres,ſed etiam vt ſignis in perpetuũ eſt vſus,lapſus eſt.Etenim non,ſi
celeritas eſt pulſuũ,cõtinuo robur etiam eſt facultatis.Imò vero(vt ſupra dixi-

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 156 sur 282

©BIU Santé

mus)ſi vel vſus vrgeat,vel ſint molliora inſtrumẽta,velocius arteriæ mouẽtur. Omnino quando robur facultatis ſequitur celeritas,& quando caloris copiã, aut exhauſtum animalem ſpiritũ,aut mollitiem inſtrumẽtorum,melius feciſſet Archigenes,ſi Magni ſermoni inueſtigatum adiunxiſſet. Ita enim abſolutus ſit,ſatiſq; ad omnes dignotiones. Quod ille quando præterijt etſi prius ab Herophilo motum:nos,quibus bene Magnus,& melius etiã Herophilus ſcripſit,reſiduum addemus,ac artem dignoſcendarum,quæ celeritatem efficiũt, cauſſarũ omnibus ſuis numeris abſoluemus. Prius tamen faciũdum mihi eſt, vt illorum admoneã,quæ in ſecundo de pulſibus dignoſcendis libro docuimus,quò ſignificationes aſſequentes horum nominum,nihil ſecus in ſermone accipiamus. Celeres dicimus pulſus itémque tardos eſſe non ægrotis modo, verum etiam valentibus nonnullis. quòd naturaliter quidem ijs confirmamus ſuppeditare:quemadmodum etiam alios, quibus comparatũ optime corpus eſt, nec tardos nec citatos, ſed moderatos natura habere pulſus: eoſdémq;,nec magnos,nec paruos,ſed medios inter vtroſq; moderatos.neq; item crebros vel raros,ſed & in hoc genere moderatos.Atque de hoc,qui corpore optime eſt conſtituto,priore loco dicamus. vt qui regula ſit & modus cæterorum hominũ.Magnos enim,& paruos pulſus,celeres, tardos, deniq; qui ad hunc modum ſingulis in generibus appellantur ac exceſſus denotant,ad nullum alium quenquam præter hunc,cum illos nominamus, referimus.Hic ergo homo ſi calidior ſolito euaſerit,atque hac re ſit tantũ alteratus,vehementiam is pulſuum non immutauerit.Imò nec duritiæ & mollitudinis genus. at in magnitudinem & celeritatem vertet.Interim etiam in crebritatem,prout magis vel minus calor increuerit.Paulo enim ſi,quàm ſolet,factus calidior ſit, manifeſto pulſus habebit maiores,veruntamen non celeriores aperte. Quòd ſi amplius illi calor increuerit,vnà cum illo magnitudo pulſuum proportione augebitur, adhæc elucebit celeritas. At ſi calor plurimum auctus ſit,maximi erunt pulſus,celerrimi verò nondũ:ſed,vt antea tradidimus,tum demũ, vbi maximam exceſſerit diſtentionem.Iam tum crebritas quoq; clare animaduertitur.Horum,cur ita appareant,rationem partim iam ante explicauimus, partim non magno negotio ex commemoratis inuenias. At ſi frigidior iuſto is homo factus ſit, primùm raritas perſpicua erit, deinde tarditas, poſtremo paruitas.Putauerit aliquis hæc euidentia euẽta & inter ſe & cum poſitis cauſſis pugnare.Par eſt enim,vt quemadmodum in calore prima erat magnitudo, celeritas altera,crebritas tertia:& in frigiditate item prima paruitas, ſecunda tarditas,tertia raritas ſit.Ergo quæ ratio eſt explicandi huius nodi? Quòd cũ valida facultas eſt,etſi paulo minor ſit vſus,primam actioné nec paruã neceſſe eſt,nec tardam eſſe.alterã verò multo poſt,ſi vſus non flagitet, veriſimile eſt fore.Vt enim cum vrgeret,facultatem ſtimularet,& excitaret ad officium:ita etiam quietem longiſſimam concedit,vbi non vrgeat.Iam ſi maior refrigeratio ſit,eóq; vſus ſit magnopere remiſſus,vnà elangueſcet celeritas motus, atq; minor ſtatim erit diſtentio.Si plurimũ progreſſa refrigeratio ſit,rariſſimi quidem,ſed non tardiſſimi tamen & minimi,neceſſe erit,vt ſint pulſus: ſed ſat eſt, ſi tardiores ſemper & minores fiant natuis.Semel quidem certè tardi vel parui,ſi valida facultas ſit,vt multum ſit vſus remiſſus,nunquã fiant.Eadem cæ-

©BIU Santé

teris actionibus videas vſui venire: vt ambulationi aucta neceſſitate, id eſt, ſi multa ſingulis diebus ſint ſtadia conficienda, velocius & magis progredimur, nec in diuerſorijs diu cõmoramur. Sin adeo ſit imminuta, vt ſingulis diebus habeamus quina dena ſtadia verbi gratia dũtaxat perficienda, diutiſſime ſubſiſtimus in diuerſorijs: attamen non ad extremam tarditatem & paruitatem actionem remittimus. Eadem in reſpiratione ratio eſt, de qua late egimus in commentarijs de diſpnœa.

C. 4. *Pulſus ab vſu vnà cum facultate profecti quatuor habent coniugationes.*

Dpulſus redeamus, ac repetamus: quando aut per ſolum calorem aut frigiditatem alterantur, nec cauſſa alia continens à priſtina natura deſciſcat vlla, alteratio eorum talis neceſſario exiſtet, qualem diximus. At vbi non modo vſus, verum etiam mutatur facultas, quatuor tum in vniuerſum differẽtiæ diuerſæ erunt. In quarum ſingulis moueri arteriæ in hunc modum videntur. ¶ In debiliore pariter & calida, ſi multum ab vtraque cauſſa vincatur, vt magnopere imbecillis ſit facultas, & calor igneus, parui & tardi pulſus creberrimíq; fiunt. Sin modica noxa ſit, æque fiunt crebri, ſed moderati in diſtentione & motu. Quid autẽ crebri perinde, non autem ex æquo parui, nec tardi? quoniam nihil extrema crebrius eſt crebritate, vbi ſimiliter habeant ambo. Quòd quidem ſi hac fieri etiam alia frequentior poſſet, omnino eã imbecillimi haberent hoc quidem nomine, quòd nondum vſum cõpleant. Quid verò in modicis offenſionibus tum facultatis tũ caloris pulſus frequẽtes fiunt, ſed nequaquam parui, neque etiam tardi, verum moderati? an quia, cum imbecilla facultas ſit, nõ planè tamen deiecta, moderata diſtentio & motus nonnunquam fiet, ſicut hominibus debilioribus quidem, ſed compulſis neceſſitate moderata eſt ambulatio? Quod enim robuſtis citra inſignem neceſſitatem accidit, eò compelluntur imbecilliores. Idem hi hoc habent, vt, vbi vſus inſtet & veluti cõpellat, in perpetua ſint actione. Nihilominus hi tametſi ægre, at vſum implent. Qui verò planè ſunt imbecilli, etiamſi maxime contendant, quàm plurimũ poſſint, augere actionis magnitudinem, celeritatem, crebritatémque, ne ſic quidem reſpondent vſui. Porrò pulſum, quibus debilis eſt facultas, omnibus languidum eſſe, diximus antea, & tam languidiſſimũ, quàm maxime affecta facultas ſit. Atq; de pulſu deprauato per caloris copiam & infirmitatem facultatis, hæc ſufficiunt. ¶ Iam ad alteram nos coniugationẽ conferamus, quæ in imbecillitate cõſtat & refrigeratione, cui pulſus competit cũ imbecillus pro offenſa quidem facultatis, tum paruus tardúſque, ſicut pulſus prioris coniugationis: ſed non æque, vt illi ad extremam deuenit crebritatem. Præter ſi quãdo omnino facultas proſtrata ſit, tũc plane pulſus minimus erit intermittétq; & deficiet frequenter. At modice ſi facultas infirma ſit, validáq; refrigeratio, creber minime euadit pulſus, vtique quod ſatis efficiat vel eiuſcemodi facultas vſui. ¶ Tertia eſt coniugatio pulſuum alterationis, cum ſimul calor increſcit & facultas, quam vehementiſſimi pulſus & maximi comitãtur, ſed non perinde celerrimi, creberrimi verò fere non ſunt aperte. Eſt tamen, cum perſpicue naturam excedant. Id quod incidit, vbi plurimum calor increuit. Tunc enim, etſi pulſus ſit maximũs celerrimúſq;, tamen, quæ copia eſt caloris, non reſpondet vſui. ¶ Reliqua eſt & quarta alterationis, quæ in hoc inci-

Vſũ & facultatẽ mutatã qui ſequãtur pulſus.

Prima cõiugatio.

Secunda coniugatio.

Tertia coniugatio.

Quarta coniugatio.

©BIU Santé

dit genus pulſuum,coniugatio: vbi coierint robur facultatis & caloris defectus. Hi magnitudine moderata ſunt,ſed tardiores,& bene rari: maxime,vbi præpolleat refrigeratio.Nam cum ſit paruus tum pulſuum vſus,vniuerſúmq; magnitudo diſtentionis facile tueatur,recte ſanè diutiſſime quieſcũt arteriæ. Etenim vt cum vſus flagitaret,illorum erat perpetuus motus:ita nunc,cum eſt remiſſus,longis interuallis fit.tamen ob facultatis robur diſtentionis non impeditur aperte vel dilucide quantitas. At nec multum tarditas eadem de cauſſa pollet.Siquidem valens facultas,naturales motus tuetur modos,etiam ſi non poſtulet vſus.Omnino,vt manifeſte pulſus minor euadat, magnopere diſſolutũ oportet vſum eſſe,frigore admodum ſuperãte.Plerunq; verò diſtentionis tuetur naturalem quantitatem,aut paulum,neque id admodum perſpicuo imminuitur. cæterum multo tardior quàm minor in refrigerationibus apparet,perinde atque illi qui iter faciunt,cum non opus ſit concitato motu. Hi minus ſcilicet de magnitudine greſſus,quàm de celeritate detrahũt.quòd ſi quando feſtinato opus ſit, plus ad magnitudinem addunt quàm ad celeritatem.Hic,ne male hæc accipiamus,& quolibet in ſtatu ducamus variationẽ magnitudinis & paruitatis mutationem ſuperare celeritatis & tarditatis,animo etiam atque etiam opus eſt attento.Neque enim perpetuo præſtat,cæterũ promptior eſt,itáque prior.Nam à moderato conuerſionẽ ad magnitudinẽ & paruitatem procliuius videas fieri hac,quæ ad celeritatem tarditatémq;.Attamen ſi,cum ad inſignem magnitudinem mutatio peruenit,adhuc fiat,vt creſcat calor,celeritas tũ affatim extenditur.quod,ſicut diximus prius,nõ immerito accidit.Nam ad implendum vſum ſatis eſt cordi,ſi diſtẽtionis augeat magnitudinem,neque velocitatem perinde ac illam requirit auctam. Cum verò luculenta iam ſit magnitudo,præterea vrgeat vſus: hic tum omne,quod deſideratur, adijcit celeritas.Sin parum ſit ea contentum,perpetuos ciet motus, quod perinde eſt,ac crebros facit.Atque de his hactenus.

Caussa minoris pulsus.

Magnitudinis & paruitatis mutatio procliuior est celeritatis & tarditatis mutatione.

C.ſ. *Pulſuum cauſſæ ex differentiis inſtrumentorum.*

Ranſeamus iam ad inſtrumentorũ differentias, ac inſpiciamus primum peculiares vtriuſq; earum pulſus.Deinde aliarum etiã cauſſarum immutationes,vti fecimus paulo antè.Ac cum durius ſolito & mollius euaſerit corpus arteriæ,ipſos pulſus id ibi ſimul reddere vel duros vel molles,ante explicatum eſt,nec quærit hoc longiorem probationem, cum id omnia perſpicua euenta approbent ferientis naturæ reſpondere qualitatem ictus . Porrò mollitudini inſtrumentorum familiarem eſſe magnitudinem, paruitatémque duritiei,quanquã de his antea verba fecimus, tamen quia ita fluit ſeries orationis,etiam hoc loco exponemus.Molle inſtrumentum,quoniam prompte extenditur in omnem partem,facile diſtenditur. Durum non abſque magno negotio.Iam comes eſt promptitudinis diſtentionis magnitudo:reniſus & cõtumaciæ paruitas.Itémque celeritas prioris,tarditas alterius generis:non tamen ex æquo ac magnitudo & paruitas. Paulo enim celerior pulſus eſt ex mollitudine perfectus inſtrumentorum pulſu, quem creat durities:maior permulto. Quia corporis arteriæ membranæ, quãuis duriores interim ſint,ad celeritatem quandam motus paratæ ſunt & faciles:ad magnitudinem verò diſtentionis omniũ ineptiſſimæ.Nam opus eſt,vt in omnem partẽ

Mollis & dura arteria quos pulsus habeat familiares.

©BIU Santé

extendatur facile,quod maximam diſtentionem ſit effecturum. Huiuſmodi molle eſt.Cúmque à natura longiſſime aut ad mollitudinem aut ad duritiem corpus arteriarũ receſſerit,tardior fit mollis pulſus duro. Nam corpus paulo mollius iuſto, quia paulo duriore ad magnitudinem ſequacior eſt, idcirco etiam ad motus velocitatem. At verò quod ad extremam diſſolutum mollitudinem eſt,& veluti laxum, & in ſeipſum per nimiam humiditatem conſidet, neque ad diſtentionis magnitudinem perinde ſequax eſt, neque ad celeritatem motus:Itaque celeritate cedit duro:magnitudine tamen etiam nunc nõ durum tantùm ſuperat,ſed ipſum etiam quod in naturali ſtatu eſt. Quanquã eiuſcemodi ſtatus, qui ad immodicum arterias exceſſum adducunt duritiei & mollitudinis,non ſemoti ſunt à mutatione aliarum cõtinentium cauſſarũ. Neque enim conſtare amplius facultas in ſuo robore,nec in terminis calor à natura præſcriptis poterit.Quam ob rem vbi ipſius ſolius vel mollitiei vel duritiei,remotis alijs cauſſis,proprios pulſus pronuntiamus, maiores & celeriores dicemus à mollitudine,minores tardioréſq; à duritie fieri, & multo quidem maiores,quàm celeriores,ob cauſſam,quam explicauimus nuper.crebritate verò ac raritate tantum à ſe mutuo & à mediocri variare,quantum magnitudine,paruitate,celeritate,tarditate à natura recedunt.Dictum præterea ante eſt,vnam omnino cauſſam eſſe omnium actionum crebritatis,cũ quemq; vſum non aſſequantur.Atque durorum inſtrumentorum eſt dura diſtentio, itaq; minor vſu actio obitur.Mollium contrà inſignis eſt diſtentio,impletúrq; abunde vſus.Iure itaque cum duris pulſibus crebritates,cum mollibus raritates cohærent.Quòd ſi quando incidat,vt cum duritie refrigeratio concurrat,& calor cũ mollitudine, tum pulſus duri mollibus euadent rariores.concurrentibus tamen hæc fit pulſuum alteratio differentijs continẽtium cauſſarum.Quando autem huc defluit oratio,vt primam commemorarem duritiei & refrigerationis complexionem,quin ſummam eius explicamus?Si durum corpus arteriarum ſit coniunctum cum innati caloris refrigeratione, pulſus efficiet iuſto minores & tardiores. Si ſuperat durities minores quàm tardiores.Sin autẽ refrigeratio,contrà tardiores, quàm minores.Ad eundem modum crebriores,ſi durities refrigeratione ſuperior fit:ſin vincat refrigeratio,rariores.At ſi par fuerit vtriuſque à natura flexus,tanto reddet minores, quanto tardiores:à raritate verò & crebritate naturali non abducet.Siquidem quantum vſus eorum generationis detraxit ob refrigerationem, tantũdem ſimul de quantitate diſtentionis,temporéq; motus abſtulit.Quare nihil cauſſæ eſt,cur arteriarũ magis natura continuet motum, ſicut in pleriſque paruis pulſibus,vbi infra vſum manet diſtentio.Quòd tamen ſi inſignis durities, & pauca omnino fuerit frigiditas, tũ idipſum exiſtet,quod cõmemorauimus,diſtẽtionẽ,quę vſum nõ aſſequitur,perpetuos creare motus.At ſi contrà accidat, vt permultũ ſit frigiditatis, duritiéſque naturali pulſu quamminimo minor, tum pulſus multo rariores neceſſe eſt ſint,quàm minores: quòd vſus etiã longe inferior ſit quantitate diſtentionis. Habes cauſſarum primam coniugationem. ¶Altera erat,in qua cum calore pollebat mollitudo.quæ etiam tres neceſſario primas differentias producit.Interim enim par mollitudinis eſt & caloris mutatio.Interim præpollet vel mollitudo vel calor.Quare ſi quantum

Durę arteriæ cũ frigore pulſus.

Mollitudinis cum calore pulſus.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 160 sur 282

©BIU Santé

naturam mollitudo relinquat, tantũdem deſciſcat ab ea etiam calor, magnos neceſſe eſt, & celeres fieri pulſus, non ſtatim tamen crebros, verùm vbi generandorum eorum vſus ſuperet magnitudinem diſtẽtionis. Si mollitudo præſtet, magnitudo etiam vincet celeritatem. Si calor, non item ſtatuendum eſt abſolute, ſed diſtincto eſt opus. Si ita abundet calor, vt vſum actio complere nequeat, celeriores vt fiant neceſſe eſt, quàm maiores pulſus, ſimúlque etiam crebri. vbi verò naturæ ſatiſfaciat vſus, æquæ magni atque celeres. ¶ Porrò autem tertia erit cauſſarum complexio, quæ pulſum in hoc genere variant, vbi calori adiuncta durities ſit. Atque cum vterque multum de natura deflectit, pulſus erunt celerrimi creberrimíq;, minimi autem nequaquam (niſi ſimul facultas affecta ſit, ſed id hic non poſuimus) ſed minores illi quidem iuſto, non ad vltimã tamen paruitatem delabentur. At ſi immodicus calor ſit, & inſtrumentũ non magnopere durum, verũ paululum à moderato variet, tantũ abeſt vt iuſto fiat diſtentio arteriarũ minor, vt etiam maior euadat. Nam cũ peculiaris duritiæ inſtrumẽtorum paruus ſit, & magnus immodico calori: iure pulſus in iſtis ſtatibus fit magnus, aſſimilatus vincenti. Sicut cum præpolleat durities, paruus. At celeris erit, vtra cauſſarũ excellat, maxime tamen cum calor. Tum verò etiam luculentior erit crebritas. ¶ Reſtat coniugatio in propoſitis pulſuum generibus, vbi concurrant mollities frigiditáſq;. Quia verò magnus pulſus hic quoque mollitudini peculiaris eſt, & paruus frigiditatibus: vtra longius à natura deflectat, illi pulſus neceſſe eſt aſſimilẽtur. Itaque magni inſtrumentorum præpollente mollitudine, parui in frigiditatibus erũt. Moderati autem, cum quantum à mollitudine in magnitudinẽ producantur, tantũdem à frigore contrahantur in paruitatem. Nam vt ſemel dicam, moderati pulſus non ex hiſce tantum cauſſis, ſed & ex cæteris nõ naturalibus omnibus fiunt, cum ambæ, quæ in contrarias partes diſtrahunt eos, parem vim habeant. Vnde falſo illos, qui in eum modum laborant, vulgus putat Medicorum naturaliter coparatos eſſe. Verum de his diffuſius dicam in commentarijs de præſagatione ex pulſibus. In præſentia hoc tantum ſatis eſt declaraſſe, quod quidẽ ad hanc commentationẽ pertinet, omnes naturales pulſus inter exceſſus medios moderatóſque eſſe: non tamen quicunque moderati ſunt, etiam naturales omnes eſſe. Rari quidem & tardi certè id genus omnes ſunt pulſus, maxime ſi ſuperior ſit frigiditas.

Caloris cum duritie pulſus.

Mollitiei cũ frigore pulſus.

Moderati pulſus interim ex cauſſis præter naturã fiunt.

Moderati pulſus.

Pulſus quos inſtrumentorum differentiæ cum differentiis facultatis efficiunt.

C. 6. Ed quando & de his, quæ par erat, expoſuimus, deinceps inſtrumẽtorum differentias euariemus differentijs facultatis, atq; illud addamus, quot excellentiam caloris affectus ſequuntur pulſuum, tot etiam generandi animalis ſpiritus vſus. Sic inſtrumentorum durities coniuncta imbecillitati facultatis, paruos pulſus, & tardos, & crebros concitat: robori, paruos atque crebros, nõ etiam tardos, imò longe interim iuſto celeriores. Quòd quantum diſtentionis mediocritati propter duritiem organorum deficiat, tantum à celeritate reſarcitur & à crebritate. Nam ſi inſtrumentum molle ſit, facultas autem valida, maiores quidem manifeſto pulſus fiunt, at aliquanto tardiores rarioréſque. Quòd ſi ad mollitudinẽ inſtrumentorum infirmitas adiuncta ſit facultatis, ſi quidem æquus vtriuſque, ſimúlque modicus fuerit à

©BIU Santé

natura flexus,& moderatos videtur & naturales plane hi pulſus referre, præter quantum varient mollitudine.Sin valde immodicus ſit, parui & tardi & crebri fiunt. Haud aliter ſi multo imbecillitas præpolleat. Etenim tum quoque generantur parui,tardi,crebri.Verum ſi ſuperior mollitudo ſit,accedunt pulſus ad moderatos.quòd facultas,cum paulo,quàm naturæ lex poſtulat,debilior ſit,nihil habeat obſtaculi,quin retineat & quantitatem diſtentionis, & qualitatem motus,ſicut cum incurrat in duritiem inſtrumentorũ.Siquidem cum impeditur ibi diſtentio,tum verò tanto fiunt neceſſario crebriores pulſus,quanto actio quæq; fiat imperfectior. Cum autem facultas aliquãtum imbecilla,& molles tunicæ arteriarum ſint,quia nihilo ſit tardior motus,neq; minor diſtentio ,ideóq; ſatis vſui efficitur:nulla fit pulſuũ in crebritatẽ mutatio.

Complexiones omnium cauſſarum continentium.

C.7. r Eſtat iam,vt omneis ſimul committamus continentium cauſſarum differentias.& fiunt complexiones numero octo.duæ cum remiſſa facultate pariter & vſu modò mollius ſolito ſit inſtrumentum,modò durius.duæ alteræ,vbi langueſcat facultas,& vſus auctus ſit,inſtrumentáque vel mollia vel dura.Præterea aliæ duæ,quando valida ſit facultas, ſed remiſſus vſus,vnà cum variante inſtrumẽtorum differentia.Reliquæ duæ,cum valens facultas ſit,auctus vſus,accedátque inſtrumentorum, quam diximus, differentia. ¶Ac languida quidem facultate ſimul & remiſſo vſu,omnino in paruitatem & tarditatem mutantur in vtraque differentia inſtrumentorum pulſus.Cæterũ non redduntur neceſſario crebri,vel rari:ſed viciſſim hoc pro inſtrumentorum ijs differentia contingit,& pro quantitate offenſionis ſingularum cauſſarum continentium.Nam ſi parua facultatis offenſio ſit, nec inſignis inſtrumentorum duritia,nihil crebritate pulſus variãt. Nam hoc docuimus antè,non pulſus modo,ſed omnes plane actiones fieri crebriores ex defectu,qui accidit cuique.Iam defectum vſu æſtimari,id ſupra expoſuimus.Cũ ergo remiſſus hic ſit, parũáque læſio facultatis,niſi per inſtrumentorum nimiam duritiẽ, nihil deſiderabitur in actione. Atqui ſi facultas magnopere ſit læſa,modice remiſſus vſus,inſtrumenta bene dura euaſerint, non poterũt pulſus non fieri,quàm vſus poſtulat, minores,itaque imperfectũ ſimul officium, ac quanto quidem imperfectius,tanto etiam crebrius.Iam verò nec ipſa horũ pulſuum paruitas & tarditas poteſt perpetuo ſimilis eſſe.Nam prout facultas plus vel minus,aut vſus offenſus eſt,etia pulſus ipſi neceſſe eſt,plus vel minus ad paruitatem tranſeãt & ad tarditatẽ.Minores enim redduntur & ob facultatis imbecillitatem,& ob vſum remiſſum,& duritiem inſtrumentorum. hoc tamen pro quantitate alterationis cauſſarum,aut ſingularum,aut binarũ,aut vniuerſarum affectarum plus vel minus habent:Singularum,vbi minimus factus pulſus ſit,vel inſtrumentis durioribus redditis,vel facultate prorſus infirma.Valet enim vel alterutrum eorum,vt dictũ eſt, ſi offenſum ſit,minorem efficere pulſum.Binarum,vt cum prorſus factus paruus ſit,neutra ſumme tamen ex memoratis cauſſis læſa ſit, ſed vtraque earum hactenus abſit ab extrema offenſione,vt pulſus,quem ambæ conſtituunt,perinde alteretur, atque is quem altera ſumme offenſa. Ita etiam ſi tria genera cauſſarum ad vnum concurrant pulſum conſtituendum,inducant interim tantam alterationẽ, quan-

Languida facultas,vſus remiſſus,variantibus inſtrumentis, quos efficiãt pulſus.

Minorũ pulſuũ cauſſæ.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 162 sur 282

©BIU Santé

tam committat etiã vnà de illis maxime offenſa. Quod memoria per omnem diſputationem tenẽdum eſt, vt ne falſus quiſpiam, alterationem putet, quæ ex omnibus extreme offenſis cauſſis conſtat, maiorem oportere ea eſſe, quã facit vna. Valent enim, ſicut docuimus, vel de vna qualibet cauſſa, quæ prorſus læſa ſit, ad vltimam pulſus deuenire alterationem. Nam ſi facultas ſemel deiecta ſit, etiam ſi molles tunicæ ſint inſtrumentorum, minimos efficit pulſus. Cum verò vſus (nam huius iterum operæpretium eſt ſummatim admonuiſſe) ad pulſus extremos conſtituendos identidem plures cauſſas requirat, identidem ſatis vnà ſit, maximum non efficiat facultatis ſummum robur citra cæterarum opem. minimus tamen nonnunq̃ ob imbecillitatẽ fiat. Et quod eo nouius eſt, licet reliquæ cauſſæ frequenter diuerſiſſimum pulſum habeant peculiarem, tamen ex vnius earum victoria fit mutatio. Vincit autem aliàs alia: modo, verbi gratia, imbecillitas facultatis, ex qua ortus minimus pulſus eſt: modo inſtrumentorum durities, interdum remiſſio vſus. Nam vt languida ſemel facultate, magnitudinem nec mollitudo inſtrumentorum, nec incitatio vſus augeat: ſic inſtrumentis deſiccatis, nil conferet ad magnitudinem nec facultas valida, nec vſus incitatio. Et vt per vnam cauſſam, quæ offenſa omnino ſit, pulſuũ ſæpe extrema mutatio accidit: Sic interdum, etiamſi coniunctæ ſint cunctæ cauſſæ ad vnum pulſum generandum, pulſus, quem conſtituunt, haud quaquã ſummam aſſequatur alterationem. Nam ſi ſimul & imbecilla facultas, & dura ſint inſtrumenta, & verò etiã diſſolutus vſus, tametſi omnes hæ valent cauſſæ pulſum paruum reddere, tamen ne ſic quidem minimum neceſſe eſt pulſum fieri. Verùm ſi nec vlla inter illas ſumme læſa ſit, neq; collectus ex omnibus aceruus æquet maximam vnius offenſionem, non poterit fieri pulſus minimus. Quamobrem, vt dixi ante, omnia in pulſuum alterationibus attendenda quãtitas eſt cauſſarum offenſionis. Sed de hoc etiã in libris de pręſagatione ex pulſibus agemus. ¶ Nunc ad tertiam & quartam octo commemoratarum coniugationem digrediamur, atque hic aliquando dicendi finem faciamus de duabus primis. Etenim ſiquid ſit in ijs præteritum, facile ex ijs, quæ ante diximus, inuenies. Ergo vbi langueſcat facultas, vrgeat vſus, durúmq; inſtrumentum ſit, potiſſimum ad crebritatem, deinde ad paruitatem, poſtea ad tarditatẽ pulſus videbis vergere. nõ neceſſario tamen nec perpetuo, nec etiam in quolibet illorum, nec ſimul concurrũt omnia. Siquidem vbi læſæ inſigniter ſint omnes cauſſæ, minimi, & creberrimi, & tardi pulſus fiunt. Tardi, quòd ſit infirma facultas. Minimi, cum ob hanc, tum verò ob duritiam inſtrumentorũ: qui quòd tales ſint, idcirco ſunt ijdem creberrimi, adeóque quia impellit vſus. Quinetiam citra eum, facultatis imbecillitas & inſtrumentorum durities coniunctæ, minimos poſſunt creberrimóſque pulſus reddere. Huc ſi cumulus acceſſerit vis vſus, non paruum erit illud quidem ad exitium momentum, nihilo tamen pulſus efficiet crebriores. cum ſint vel ſine hoc frequentiſſimi. At ſi offenſio ſit inſtrumentorum & facultatis parua, ac generationis eorum multus vſus, hi non erũt iuſto minores, nec tardiores, imò interdum manifeſte celeriores: maiores autẽ ſi non aperte, pares certè perſpicuo moderatis. Etenim vbi multum inſtat vſus, quamuis ſit imbecillior iuſto facultas, celeriter mouetur. Ac longe verò aucturus vltra celeritatẽ magnitudinẽ erat, ni durities impedimento ſit. Nuuc

Cauſſa vnà ſúme læſa vàlet inducere ſummam alterationem.

Languida facultate, vrgẽte vſu, durǽq; inſtrumẽto qui pulſus fiant.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 163 sur 282

©BIU Santé

eō apertior euadit celeritas magnitudine,quòd huic nullo impedimento ſit paulo inſtrumentū durius ſolito.At hoc magnitudini repugnat præter cętera. Crebri porrò in eo genere pulſus fiunt,vt vſus impleatur.qui quidem,ſi etiã paulum diuertat ab natura, omnino,parua, vt dignoſci vix poſſit,erit crebritas:quòd vſui tū ſatiſfaciat celeritas & magnitudo.Et quid multis?in hac coniugatione comparanda cum quãtitate vſus functio eſt,quam per organa obit facultas.Quanto enim inferior functio vſu eſt,tantū creſcit in crebritatẽ.Contrà,tãto minores fiunt & tardiores ita comparatis,quantū vel facultas vel inſtrumenta naturalem relinquant modū.At de cauſſarum tertia variatione ſatis hæc ſunt.¶Accedamus iam ad quartã coniugationẽ,vbi infirma facultas eſt,& maior eſt vſus vnà cū inſtrumentorū mollitudine.Sanè in hac quoq; ſi permultum vſus increſcat,& non multū ab natura facultas diſcedat & inſtrumẽta, omnino longe magis in magnitudinẽ increſcent pulſus,q̃ in celeritatẽ. Nam durities inſtrumẽtorū in proxima ſuperiore complexione magnitudini diſtẽtionis reſiſtebat.In hac non tantū non officit diſtẽtioni mollities illorū,ſed præ cæteris adiuuat etiã.Itaq; iuſto maior plane pulſus erit,ſed nõ perinde celer aperte. Iam crebrior etiã iuſto erit is pulſus, nec tamen hic perinde ac ille tertij cõplexus.q̃ vſui hic magis,q̃ illic ſatiſfiat. Quòd ſi paululū vſus & facultas à naturali ſtatu deflectant,inſtrumẽta verò multū ad mollitiẽ deſciſcant,ad mediocritatẽ pulſus horū affectuum accedent, tū quãtitate diſtentionis, tum motus qualitate,præterea quietis tẽpore. Vna tantum occurſus mollitudine (nam hoc proprium ijs inſeparabile eſt)excedẽt ſtatum naturalem. Quòd ſi nõ ita deflectant multum vſus & inſtrumenta,facultas autẽ vehementer labo ret, tales pulſus bene parui erunt & crebri, modicè verò tardi.Atq; hactenus ſatis etiam ſit de hac concurſione egiſſe.¶Conferamus nos iam ad proximas duas,quæ cõmune habent robur facultatis,vſúmque pulſuum generandorū remiſſum,ſed diſtant inſtrumentis.Itaq; altera illarum,in qua durū inſtrumentum eſt,valida facultas,minor vſus,minores plane pulſus creat,non tardiores tamen,nec crebriores neceſſariò.Verùm ſi admodum remiſſus ſit vſus,& dura modicè inſtrumenta,non minores modò,verũetiam perſpicuo tardiores rarioréſq; fient.Sin vitium inſtrumentorū vincat vitium vſus,abũde fit is pulſus paruus,itáque creber,eadémque de cauſſa minus tardus illo prioris ſtatus.Si enim nec vſus completur,& imbecilla eſt facultas, non ita fiet tardus. Atqui non completur vſus propter diſtentionis paruitatem, quæ quidem duritiem comitabatur inſtrumentorū.Hæc enim ſi mollia eſſent,non minor, quod animaduerti poſſet,foret naturali: niſi ſingulariter vſus ſit imminutus. & omnino hoc rarior apparebit,quo diſſolutior ſit vſus. Et verò etiam tardus aperte quidẽ in mutationibus inſignibus vſus,non aperte in minoribus.¶At quando & ſatis de his cõcurſibus diſputauimus, ad reliquos iam duos accedamus: in quibus tunicę arterię,vſu aucto,valẽte facultate,nũc molles ſunt,nũc duræ. At molles ſi ſint,prorſus pulſus magni & celeres erũt: crebri non ſemper:ſed vbi immodicũ vſus ſit incrementū.nam tum quidem nec magnitudo diſtẽtionis,nec celeritas motus cõplendo eſt vſui.Vbi verò paruus exceſſus ſit,abũde vel ſola ſuppeditat magnitudo.Nã ſi arteriarũ duræ ſint tunicæ,varie in eiuſcemodi ſtatibus mutãtur pulſus.Parua enim ſi durities ſit, ſed vſus inſignis mu-

Infirmæ facultatis,maioris vſus, mollíũ inſtrumentorũ qui pulſus.

Valídæ facultatis,vſus remiſſi, variantibus inſtrumentis pulſus.

Vſus aucti, valentis facultatis,variantibus in ſtrumentis qui pulſus fiant.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 164 sur 282

©BIU Santé

tatio,maiores,celeriores,crebrioréſque,quàm iuſtum ſit, euadent. Sinautem æquo vtraque cauſſa interuallo deflexerit à natura,neutráque admodum longo:pares quidem naturalibus,ſed celeriores atque crebriores fiunt.Iam ſi inſignis offenſio vſus & inſtrumentorum ſit,vt hæc plane duriora ſint reddita, ille vrgeat nimium,celeriores etiamnum erunt moderatis,at minores ac crebriores.

Vſus exercitationis in cauſſis pulſuum.

C.8. Via verò, quæ de his dicenda erant, diximus: ſupereſt, vt pulſum vnum aliquē proponamus, in quo doceamus vſum,& fructum huius exercitationis.Sit verò celer,quem peculiarem robori facultatis eſſe,vſuíque vrgenti,& mollitudini inſtrumentorum docuimus.Quonam hunc pacto,cum eũ offenderimus,in vno ægroto explorabimus,quãdo ex vna illarum cauſſarum,quando ex duabus,quando etiam ex omnibus natus ſit? Ad hunc modum.Quando à valida facultate vehemẽs nõ poteſt diſcludi, nec à mollibus inſtrumentis mollis,ſi cum neutro horum ſit celeritas coniuncta, ab vſu ſolo prouenit vrgẽte.Vbi verò cum altero,omnino ex illo oritur, quod ſignum hoc ædit,& etiam neceſſario ex vſus incremento. Oſtenſum enim eſt ante celeres pulſus non poſſe exiſtere, nec verò etiam magnos, niſi poſtulet vſus.At quatenus ad robur vel imbecillitatẽ facultas tranſijt,ex proprijs eius pulſibus dignoſcas licet.Eadem eſt ratio in qualitate inſtrumẽtorũ. Vt quam etiam, pulſus habeamus,qui prodant. Quantus autem generationis eorum ſit vſus,coniectandum eſt,atq; colligendum ex commutatione magnitudinis, crebritatis,& celeritatis.Si enim maximus pariter & creberrimus idem ſit, & celerrimus etiam,ſumme vrget vſus.Sin magnus tantũ,& paulo celerior,nec etiam maximus,& creber, vſus non ſit magna immutatio. Et iam poterit ex alijs quoq; ſignis citra pulſus, vt vſus habeat,præſciri. Siue enim copioſus ſit calor,ſiue exhauriatur animalis ſpiritus, haud id magno negotio explorabis. Quòd tactum calor non fugiat:Et hercle iam difficultate etiam ſpirandi,ſitíq; prodatur,atq; interno laborantis ſenſu.Animalis autem ſpiritus conſumitur in exercitationibus & immodicis per halitum digeſtionibus, fluxionibúſque intro vergentibus,quorum nihil eſt,quod Medicũ præterire poſſit. Nec hoc loco iſta longiorem quærunt orationẽ.Neq; enim ad propoſitam commentationem,niſi obiter,ſed ad præſagationẽ pertinet ea diſputatio. Attigimus autem hic eam, quò Archigeni oſtenderemus cum erraſſe ipſum in prodenda celeris pulſus origine,tum in promptu ſemper eſſe efficientis cauſſæ inuentionem.Erítque id ipſum ex ſequentibus multo apertius, ſi prius de origine narremus reliquorum pulſuum,vt inordinatorum,arhythmorum,& inæqualium,quos vocant:præcipue,ſi tales in arteriæ vna diſtentione ſint.

PRIMI LIBRI GALENI DE CAVSSIS PVLSVVM FINIS.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 165 sur 282

©BIU Santé

GALENI DE CAVSSIS PVLSVVM LIBER SECVNDVS, HERMANNO CRVSERIO CAMPENSI INTERPRETE.

C. 1.

De *cauſſis inæqualium pulſuum.*

AC de vehementi quidē pulſu,& duro,atq; magno,præterea celeri,crebro,cōtrariiſq; horū in primo libro explicauimus,quæ cuiuſq; origo ſit,& quot indigeat cauſſis, tū quēadmodū inter ſe cōſpirātibus. Adhæc qui illorū neceſſario efficiētes comitētur cauſſas,ac qui familiares quidē ſint ijs,nō cōſequātur tamē neceſſario.Reliquū eſt de cęterorū pulſuum vt agamus generatione,atq; primū inæqualium. Quia verò quidā de his æqualitatē in arteriæ vno motu labefactāt,alij in pluribus:quā Medici collectiuā inæqualitatē ſolent appellare,quoniā eſt lōge hæc apertior inæqualitate vnius pulſus,ſatius primo loco ſit de hac tractare.Sanè comites ſunt eiuſcemodi pulſus,vt vno verbo dicā,inæqualis tēperiei cordis,atq; vitiorū inſtrumentorū vel facultatis. Nā aut oppilationes,aut cōpreſſiones,aut duritiā,aut nimios humores excipiūt:vt nimios humores accipias,qui ad facultatē æſtimātur.At non ſatis eſt hoc de illis noſſe,ſed ſunt ſingulæ partes explicandæ, ſuiſq; cōfirmādæ demōſtrationibus. Nā cum tres cauſſæ ſint cōtinentes pulſuū generationis,inſtrumētū,facultas, vſus,nō poterit ex vſus alteratiōe cōſtitui in pulſibus collectiua,quæ aperta ſit, inæqualitas.ꝙ nec repēte,nec cumulate adeo vnq̄ immutari vſus poſſit,vt pulſus,verbi gratia,prior ſit magnus,vel celer,vel crebrior: alter tardus,vel paruus,vel rarus.Siue enim augeatur innatus calor, ſiue imminuatur, ſiue plus animalis ſpiritus, ſiue minus exhauriatur,horū nihil adeo affatim mutetur, vt inæquales efficiat pulſus.Id quod plane ex acceſſionibus in lenibus febribus perſpicias,veluti ijs,quę ex bubonibus cōcitātur & ſynceris tertianis, iiſq; etiā, quæ ex aduſtione vel frigore,vel quocūq; alio eius generis oriūtur.Totū enim inde vſq; à principio eorū tēpus ad vigorē pro incremēto caloris pulſus cōuertēs in magnitudinē,celeritatē,crebritatēmq;,nuſq̄ ſecundū pulſum clare à primo variat:verùm ſi multum tēporis interponas,dilucide maior, celerior, crebrior apparet.E veſtigio autē diuerſus nō videbitur,niſi quādo ex illis,quæ cōmemorauimus,aliquod acceſſerit,vel nimij humores,illi,inquā, qui pro facultate intelligūtur:vel obſtructio,vel cōpreſſio,vel durities inſtrumētorū, vel ipſius aliqua intēperies cordis,quæ certè excedūt iam lenē morbū. Siquidē ipſis etiā valētibus vbi lauerint,vel exercitationē ſubierint,exhauſto ſpiritu, calore aucto,maiores,celeriores,crebriores iuſto videnť pulſus eſſe.at manifeſte nūquā à primo differt ſecundus.Si qui inæquales eſſe etiā eos pulſus cōtendat, licet nō videātur:hic dū vſum nominū repudiat,nihil tamen ad doctrinā affert lucis.Neq; enim quos ratio eſſe colligit impares,eos ſolemus inæquales vocare,cæterū quos dilucide ſenſu cōperimus tales eſſe.At vocaueris vel hos inæquales, verùm hoc ſcito in ſenſibilibus inæqualitatibus,quæ ex alteratiōe vſus fiat,eſſe nullā.Hæc ſufficiebat & tanta ſcilicet dixiſſe ad probandā collectiuā,

Inæqualitatis collectiuę cauſſæ.

Nimij humores.

Continentes tres cauſſæ.

Inæqualis pulſus nunq̄ ex vſu immutato fit.

Inæquales ſę ſu nō ratione iudicamus.

©BIU Santé

quam vocant,inæqualitatem variationi nũquam vſus ſuccedere. Adijciamus verò & hoc,quod animaduertitur nonnunquã in ira,quando videtur & hæc innati caloris eſſe veluti quidam feruor.Sanè habet inæquales interdum hæc quoq; pulſus,nõ illos quidem ſua ſponte(ſemper enim haberet tales)ſed vbi adiunctus ad eã aliquis timor ſit.Iure ergo varij tunc & inæquales apparent. cum non tantum ab diuerſis cauſſis alterentur,ſed etiam natura contrarijs. Nam propter vindictæ cupiditatem alti,magni,celeres,vehementes:quia verò timor eſt maior accipiendi mali,quàm ſpes dandi,parui,humiles,languidi,& tardi fiunt.Quare inuicem vtriq; pro cauſſæ præpollentis natura videntur euariari:ac excellit modo ira,modo metus.Quin imò ipſe timor, ſi quidẽ ingens ſit,quòd lædatur facultas, vel alteretur vſus,pulſus reddit inæquales. Quomodo ergo pulſus facultas affecta inæquales facit? Nam hoc deinceps eſt dicendum.Quòd non imperet omnibus inſtrumentis:quod cũ facit,cunctos ſimiles efficit & pares.Sicubi autem offendat in agendo, & veluti claudicet,ibi euertit æqualitatem.Quod dico,diligenter attendendum eſt,ne omni putes offenſioni facultatis neceſſario ſuccedere collectiuam inæqualitatẽ. Nam aliter ſe res habet.Sed cum per ſe infirma ſit,creat pulſus nõ ita crebro inæquales.Vbi verò valida ſit ſua ſpõte,opprimatur autem à copia humorum, aut plane contumacia habeat inſtrumenta, ibi illam efficit inæqualitatem. Mentem meam exemplo perſpicies facilius. Ob oculos ponamus duos homines, qui incedunt pedetẽtim. ſit alter robuſtiſſimus ſimul & florentiſſima ætate, verùm pondus portet grauiſſimum. Alter prorſus nihil baiulet, præter ſit imbecillis ex morbo,aut ex ſenectute.Iam nec multum progrediantur hi nec celeriter:itaq; nihil different in actione:ſed in eo different,quòd æquis plerunque paſſibus procedet ægrotus:diuerſis valẽs ac inæqualibus,& aliàs alijs.Nam ille quidem,ne ſi contendat quidem,poterit vnquam vel magnam vel celerem actionẽ obire.Robuſtus verò etiã fere perinde,interin tamen maiore alacritate celerius aliquãtiſper & magis aget,deinde ab onere preſſus ad primã tarditatem & actionis paruitatẽ redibit. Idem vſu venit arteriarũ actioni.Nam cũ eſt delapſa in imbecillitatẽ facultas inſignẽ,pulſus æduntur lãguidi,parui,tardi.Sin illa,q̃tũ in ea eſt,valeat,ſed aliqua copia degraueẽ, varios tũ, inęqualéſq; efficit:plurimos,cum graui onere preſſa ſit,languidos,& tardos,& paruos:cũ leui,pleroſq; vehemẽtes,celeres,magnos. Cũ verò nec admodũ grauis nec nimiũ leuis offenſio ſit, ferè vt in copia, cõtrarios:vt nec plures poſſis dicere,nec pauciores vel vehemẽtes eſſe imbecillibus, vel magnos paruis, vel celeres tardis.Atq; hunc in modũ pulſus inæquales facultatis noxæ efficiunt.

Ira iuncta timori inæquales pulſus facit.

Cur ira cũ timore inæqualitatẽ cõcitet

Facultas affecta cur inæquales pulſus efficiat.

Nõ omni facultatis offẽſioni inæqualitas comitatur.

Exemplum.

C. 2. *Inſtrumentorum vitia quomodo inæquales pulſus efficiant.*

INſtrumentorum vitia in hunc modum.Vbi circumiectas regiones arteriæ,quæ ad hoc creatæ ſunt, vt eam diſtentã excipiant,aliud corpus inſederit, non poſſunt per illud reſtrictæ arteriæ ſatis diſtendi. Itaque ſingularum actionum defectio ſummam interim magnam coaceruat, vt longe ab vſu abſit officiũ.Ibi iam violenter agere,& vehemẽter facultas cogitur,reijcere & propellere illa ſtudẽs, quæ ſua inſtrumẽta obſederũt,& motu prohibuerũt.Vbi maiorẽ prioribus & vehemẽtiorẽ,& etiã celeriorẽ neceſſe eſt pulſum euadere. crebrior non nũc primũ,ſed ſtatim à primo fiet.Oſtendimus

Inæqualitas ab inſtrumẽtorũ vitijs.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 167 sur 282

©BIU Santé

Crebritasim parium vſui actionum comes.

enim in ſuperiori libro imparium vſui actionũ,neceſſario comitẽ eſſe crebritatem pulſuum.Itaq; ſi parem impetum facultas in omnibus,quæ conſequũtur,diſtentionibus retineret,æque magni ſemper fierent,& vehemẽtes,& celeres.Nunc,quia nõ ſeruat,ſed refert ſe ad priſtinum motũ,varia hic inæqualitas exiſtit & continua.Quò minus conſeruet,in cauſſa eſt,q, cum nihil fere proficiat, nequicquam defatigetur. Ac ſi humor ſit aliquis offuſus arterijs, vehementibus & violentis motibus propulſus de loco in locum cogitur defluere,dum in meatum impingat,qui educere ipſum poſſit,itáque emanet ex corpore:vel etiam die inciſus,aut totus reſolutus in halitum digeratur. Vbi diuerſa etiam & continẽs * diſtentio neceſſario fit:quòd nec pari copia humores perpetuo deinceps maneãt,nec eaſdem cogãt arterias,ſed ex partibus ſæpe ignobilioribus in nobiliores,atque ex ijſdem rurſus migrent in ignobiliores.Quòd ſi qua inflammatio aut abſceſſus, aut ſcirrhus arterijs circumfuſa corpora afficiat,à quo comprimantur & coarctentur:tũ longioribus coguntur interuallis inæquales pulſus interpolare æquales. Semper enim earundem arteriarum premuntur eædem partes ab ijſdem, vel paribus magnitudine,vel ſimilibus tumoribus.Accidit etiam pulſuũ inæqualitas interim ex ſanguinis copia,qui aut in venas,aut arterias ipſas ſit infuſus.At hæc quidẽ ſanguinis miſſione ſedatur facillime. Etenim copia illa in venis, arterias non ſecus ac tumor præter naturam,vtpote ijs vicinas premit & conſtringit.vacuata per ſanguinis miſſionem,ilico venarum tumorem contrahit,ſtatimq; etiam locum arterijs amplum ad motum dat.Vbi,quia ſolitam functionem nemine interpellante tenent,ſimul cum ea æqualitatem naturalem pulſuum recuperant.At verò hic ſanguis,qui in arterijs eſt,quemadmodum occupet ſpiritus, riuos,quid refert narrare?potiſſimum ſi craſſus,vel lentus,vel ſi extremis earum finibus ſit impactus.Tunc enim quia nec allicere ſpiritum,nec reddere valent,diuerſas ſimul & difficillimas faciũt inæqualitates,præcipue ſi vel prope ipſum cor,vel procul quidem,ſed in nobiles partes impingant,obſtruántque illi ſucci.Quare,vt vno verbo dicam, cum aut valide comprimuntur arteriæ,aut cũ obſtruuntur,vt integra omnino facultas ſit,inæqualitas quædam corripit pulſus.At ſi facultas vna ſit affecta cum eo affectu inſtrumentorum, clariſſimũ eſt magis variam oportere inæqualitatem exiſtere.itémque ſi ipſum cor infeſtet inæqualis intemperies,de qua accuratiſſime in libris de præſagatione ſcribam.At verò ſi inſtrumentorum illeſus ſtatus ſit,ſed magnopere facultas infirma,inæqualitas illa,de qua iam diximus,non exiſtet, ſed Mutila & Decurtata,quam vocant,inæqualitas. Ab admotis enim digitis victa facultas, minores ſemper imbecillioréſq; pulſus creat.Demõſtrationem oratio amplioremnon quærit,cũ abunde in libris de dignoſcendis pulſibus declarauerim. Quod verò refert ad hunc locum,hoc faciam,vt adijciam.

Inæqualitas ex humoribꝰ offuſis arteriæ.

* *Forte inæqualitas.*

Inæqualitas ex humoribꝰ

Inæqualitas ex ſanguinis abundantia.

Decurtatæ inæqualitatis cauſſa.

Pro facultatis offenſione aliæ atque aliæ inæqualitates oriuntur.

Parua facultatis offenſionis pulſus

Acultatis,quæ creat pulſus,non eſt neceſſe imbecillitatem in omnibus affectionibus parẽ eſſe:ſed in ea permagnus eſt exceſſus & defectus.Nam prima quidem,& parua minores,languidioréſque,non autem decurtatos pulſus facit.Quæ verò eſt hac tanto maior, vt iam facultati ſint oneri applicati digiti,hæc pulſuum decurtatorũ author eſt. Sed quia du-

Maioris offẽſionis pulſus

Decurtatorũ duo genera.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 168 sur 282

©BIU Santé

plex eſt in his ipſis differentia(quidam enim illorum ad priſtinum motum reuertunt,quos decurtatos vocant reciprocos:aliqui illic alicubi deſinũt)priores ſcito minorem annuntiare imbecillitatem. Adhuc enim reſiſtit quodammodo facultas,& veluti colligens ſeipſam & ſæpe concitans, magnitudinem ita auget pulſuum.Auget item contentionem. At qui permanent in extrema paruitate,nec omnino recipiunt ſeſe, languidiorem quàm in his oſtendunt facultatem eſſe.Sic ſi ſemel deficiant,ſignificabunt vltimam quandam imbecillitatem.Verùm hæc explorari omnia applicandis digitis arteriæ, nequaquam ſuſpenſis,apertiſſimum eſt.Nam ſi eleuatis ijs,& mox applicatis inueniamus in ſingulis applicationibus motum deficientem,veram abolitionẽ pulſus vocamus,non deficientem pulſum.Equidem longe abeſſe abolitionẽ puto à pulſu deficiente.Illa enim velut eſt defectus,vt ſenſus quidem indicat,totius functionis:hic dimidiatæ amiſſio. Ergo vbi admouẽti digitos videatur motus remiſſus, & tenenti applicatos paulatim prorſus deſinat, eos pulſus vocamus deficiẽtes.Illúmque ſtatum medium numeramus inter decurtatos pulſus & perfectam pulſus abolitionem:& quanto decurtatis grauiorem, tanto leuiorẽ pulſus abolitione.Ac hi quidem tres ſtatus quãtitate noxæ differũt. Quartus reciprocorum eſt decurtatorum,qui eſt omnium leuiſſimus.Quintus his addatur,intermittentium: qui præcedit deficientium ſtatum. Quod enim in vno aut altero erat,aut certè in numero pulſuum certo, id ſtatus deficientiũ in omnibus efficit.Manifeſtæ etiam ipſorum intermittentiũ differentiæ ſunt. Grauius enim facultas offenſa eſt,vbi plures:leuius,vbi pauciores motus deficiunt.Iam verò intercurrentes,quos vocant,pulſus alia ratione ac intermittentes dignoſcuntur:qui quidem item inter inæquales,quæ aceruatim fiunt, ſunt: incidúntque, vbi facultas valens copia humorum,vel inſtrumentorum oppilatione impeditur. Vt ergo ad repellenda,quæ moleſtant, maiores ſæpe, & vehementiores ædit,celeriorẽſque pulſus:ita plures quoque in eiuſcemodi præſertim ſtatibus, atque alti pulſus fiunt, itáque portendunt decretoriam excretionem.Porrò nõ ſolum facultatis infirmitas inducit intermittentẽ pulſum,ſed & inſtrumentorum valida oppilatio,aut compreſſio,& cõſtrictio: vbi in ſe nihil prorſus arteriæ allicere valeant. Hactenus de pulſuum inæqualitate collectiua ſatis dictum eſt.

Abolitio pulſus & deficiens pulſus quid diſtent.

Deficientes pulſus.

Reciproci decurtati.

Intermittentes.

Intercurrentiũ pulſuum cauſſæ.

C. 4. *Cauſſæ inæqualitatis vnius pulſus.*

Vnc de inæqualitate vnius pulſus agendum eſt.cuius ſunt complures ſingulares differentiæ.Has laborandum nobis eſt,vt ad vniuerſales réducamus cunctas : quibus perſpectis etiam ſi quid deſideretur ſingulare,ex ante dictis prõpte reliqua inueniẽtur.Orationis etiã idem ſit initiũ,quod in ſermone de differentijs illorũ fuit, vbi initium fecimus à diuidenda primũ motus inæqualitate,qui vel interpellatur,vel perpetuus eſt, vel reciprocus.Ac nouẽ differẽtias docuimus fieri,cũ diſtentionem arteriæ quies aliqua interſecãs,totã eam in tria partiatur tempora.Ergo hic ſingulas ordine cõſideremus,vt cauſſas inueniamus.Ac primo quidẽ loco quã illarũ primam expoſuimus,cũ celeriter primũ concitata arteria,deinde parua interpoſita requiete reſiduũ deniq; addat diſtentioni tardè mota. Hoc enim accidit cũ vſus vrgeat,& facultas,q̃tũ in ea eſt,obſequatur:ſed aut ab vitio interrũpatur inſtru

Diuiſio inæqualitatis motus.

Intermittẽtiũ pulſuum cauſſæ in vna diſtentione.

Motus primũ celeris, deinde tardi cauſſæ.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 169 sur 282

©BIU Santé

mentorũ,aut ab humorũ inſigni abundantia.Nam ni interrumpatur vſquam diſtentio quiete,omnino magna ſit:qualis nunquã,niſi flagitet vſus,& morem gerat facultas,fiat.Nam paruã diſtentionẽ quiete intercipi nõ poſſe perſpicias, ſi intelligas,nullũ eſſe quẽquam paruum pulſum,qui diſſecari in parteis duas, vt animaduertere poſſis,valeat.At hic verò,de quo nũc agimus,in duos manifeſtos eſt diuiſus pulſus,alterũ ante quietẽ,qui celer eſt:& alterum à quiete, qui tardus.Ac ſi quidẽ inſigni vterq; magnitudine præditus ſit,tum erit totus ex maximis.ſin minus,nõ paruus certè eſt prorſus:licet ex paruis quidẽ duobus conſtare intelligatur.Porrò facultatis robur prioris motus demõſtrat celeritas,& vſum etiã vrgentẽ motus indicat ille ſecundum quietẽ. Nam abſq; eo eſſet,nunq̃ inceptũ motum facultas abſolueret:ſed vbi inhibitus primũ motus eius eſſet,ibi deſineret diſtentionẽ,vnúmq; hunc faceret paruum pulſum. Quomodo millies in collectiuis inæqualitatibus paruum factũ cernas pulſum,nõ quin moueri facultas poſſit,ſed quòd impediatur:vnde ſequentẽ ſæpe maximũ efficit,concitans,vt ita dicam,ſeipſam,& veluti colligens,viréſq; recuperans,deniq; omnem contentionẽ vímq; aduocans. Hoc autem,cum poſſet etiam hic moliri,quia non fecit,vſum declarauit vrgere. At vnde, quòd immodici humores,vel inſtrumentorum compreſſio,aut oppilatio motum impediant?primum hinc,q̃ valeat facultas,& vſus inſtet. Neque enim extra illa, quod noxam inducat,reliquum quicquã ſit.Deinde etiam ex ipſa natura illorum.Nam ſiue copia ſit humorum,quæ degrauet,nihil obſtabit,quominus in media diſtẽtione ſubſiſtat facultas, & quaſi reſpiret,atq; inde reſiduum apponat:ſiue ſit valida inſtrumẽtorum obſtructio,ſiue cõpreſſio violenta,retineri hactenus veriſimile eſt motum, quatenus ſpiritu deficitur locum diſtentionis impleturo.At quia omnino cõſiſtere & retineri,omnino ſignificat obſtructas eſſe ſemitas ſpiritus, ideo etiam compreſſionem & obſtructionem validam eſſe dicimus.Atque hoc omnibus diſtẽtionibus cõmune eſt, quas quies diuidit.Singulis autem ſeparatim ea,quæ nũc exponemus.Primæ,admodum onerari à copia humorum facultatem,vbi ex abundãtia certè humorũ gignatur is pulſus.Poſterior enim motus,qui ſecundum quietem fit,cum prior eſſet celer,non poſſet tardus fieri, niſi oppreſſa tum & grauiter onerata facultas ſit ab humorũ copia.¶Contrà eſt in altera differẽtia,in qua motus vtrinque celer eſt.Videtur enim attollere facultas,& retinere cõtentionẽ, copiæque humorum repugnare.¶Iam medius eſt inter vtrumque ſtatus,vbi motus quoq; ſecundus medius eſt inter celerem & tardum, quod eſt,moderatus. Hæ ſunt diſtentionum quiete interpellatarum tres differentiæ.¶Alteræ tres ſunt differentiæ,vbi priore motu tardo,alter trifariam variet:vt aut tardus, aut celer,aut moderatus fiat.Sanè hic quoque peſſimus eſt,qui vtrumque motum tardum habet.Ac longe hoc commodior,in quo celer alter. medius inter vtrumque, vbi ſit moderatus . ¶Haud aliter cum à primo motu moderato alter tribus modis conuertatur,commodiorem ſignificabit ſtatum celer motus, pernicialiorem tardus, medium moderatus . Omnium harum nouem differentiarum, à quacunque cauſſa proficiſcantur, quæ eſt vtroque motu tardo,deterrima eſt . Commodiſſima, cuius celer eſt vterque motus . Media, in qua vterque moderatus. Iam aliæ quæ intercedunt inter

Parua diſtẽtio quiete nõ poteſt intercipi.

Conſiſtere omnino & retineri.

Motus vtrinque celeris cauſſæ.

Motus moderati cauſſæ.

Tardus vterque motus peſſimus eſt. Celer vterq; motus cõmodiſſimus.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 170 sur 282

©BIU Santé

mediam & extremam vtranq;,proportione. Quin etiam tempus hoc quietis, quò ſit in quaq; nouem harum differentiarũ lõgius,hoc eſt deterius,Ediuerſo diuturnius motuum tempus meliorẽ declarat ſtatum.Præterea vtriuſq; diſtẽtionis magnitudo optima.Contrà peſſima eſt paruitas.Similiter vehementia optima,remiſſio peſſima.Quòd ſi omnia,quæ cõmemorauimus,mala in vno pulſu conueniant,hic illorum ſcilicet peſſimus erit.Contrà,ſi omnia commoda,optimus.Ille enim,ſi copia humorum ſit,quæ facultatem oneret,valde declarat ſuperatam naturam eſſe.Si oppilatio arteriarum,cum præcipuarum eſſe harum,nec remotarum longe à principio:tum hanc oppilationem indicat ſignem eſſe.Si compreſſio ſit & conſtrictio,innuit arteriarum locum occupatum penè omnem.At verò commodiſſimus inter illos,cuius inquam vterq; eſt motus celer,magnus,vehemens,ac quietis breue tempus,cum facultatem denuntiabit ſuperiorem abundantia humorũ eſſe,tum oppilationes,& compreſſiones arteriarum vel paruas,vel non in nobilioribus partibus, vel procul à principio.Sed hæc ad contemplationem proprie pertinent præſagiendi: nos quòd non aliena à propoſito erant,adſcripſimus.

C. ſ. Continuorum motuum,ſed diſparis celeritatis cauſſæ.

Nunc ad pulſus commentandos tranſeamus,qui totius diſtentionis habent quidem perpetuum motum,non vniuerſum tamen pari celeritate.de quibus in libro de differẽtijs pulſuum abunde diximus, & quot omnes huius generis differentiæ ſint,quótque in quaque earum pulſus.Quominus horum hic numerus recenſendus eſt.ſed ad cauſſas illorũ accedamus,eáſq; quò breuior tota diſputatio ſit,quoad eius aſſequi poterimus, generatim explicemus.Ac qui iam inde ab initio ad finem vſque in celeritatem inſurgunt,minus onerari annuntiant facultatem.Qui contrà,magis:veruntamen oppreſſa quidem facultate nullus horum exiſtit.Siquidem omnes magni ſunt.præſertim quatenus in tria interualla,triáque tẽpora aut quatuor, quæ ſentiri poſſint,motus valet extendi.Eſt autem proprium ijs,qui in contraria affatim mutantur,nõ ſolum grauari facultatem, ſed etiam obſtrui & præmi inſtrumenta. In contraria affatim mutari dico, ſi cum moueantur celeriter,ſubito fiant tardi:aut qui ex tardo primo motu euadant celeres.Oriuntur enim hi cum ex obſtructionibus quibuſdam & cõſtrictionibus,ſed minus difficilibus quàm in intermittentibus: tum ex facultate ipſa copioſis humoribus onerata:minus illa tamen quàm in intermittentibus. Etenim non æque magnum eſt incõmodum mutari motũ,ac impediri. Sed enim huius generis inæqualitatis ſinguli pulſus qua re mutuo differant,quiq; inter eos exitialiſſimi ſint,quíq; leniſſimi,quis prõpte vel de vulgo,adminiculo illorũ,quæ de intermittẽtibus tradidimus,inueniat.faciã tamẽ,vt in cõmẽtarijs de præſagatiõe ex pulſibus aperiã.Nam propoſita quidẽ diſputatio nõ requirit iã eos. vt qui pro cõmuni genere cõmunes habeant generationis cauſſas,de quibus modo dixi.

Motus,qui perpetuo fit celerior, cauſſa

Motuũ ſubito in contraria mutatorum cauſſæ.

C. 6. Vibratorum & Dicrotorum pulſuum cauſſæ.

Porrò ad reliquũ iam genus inæqualitatis in vna parte poſitæ, quos Dicrotos pulſus vocamus,pergendum eſt. Hos diximus non poſſe eſſe,niſi vibrati ſint.Quam ob rem eorum cauſſas nulla ratione exacte inuenias prius,quàm vibrati cauſſas accurate perſpexeris.Fit autem hic,

Dicroti ſemper vibrati ſunt.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 171 sur 282

©BIU Santé

Vibrati pulſus cauſſæ.

vbi valida ſit facultas,inſtrumentum durum,vrgeátq; vſus.Si quid enim abſit horum,nõ fiat vibratus. Quæ enim conſtituit eius generationem, eſt violenta diſtentio duræ arteriæ. Nam, niſi ambo ſint hæc coniuncta,non vibretur vel vndequaque cõcutiatur.Quòd ſi arteria indurata ſit ſola,nec cogatur diſtendere eam plurimum facultas:nulla erit plane vibratio:ſed hoc tantum,durus, quem vocant,pulſus.Sin plurimum dilatare arterias facultas ſtudeat,illæ autem moderata mollitudine conſequantur, magnus tunc erit,nõ vibratus,miniméque durus. Quare ſi fiet, vt vibratus ſit, plane diſtendere amplius eas, quàm poſſint, facultas molietur. Atqui niſi ab vſu vrgeatur & compellatur, violentam facultas actionem nunquam obeat. Recte ergo robuſta facultate diximus opus eſſe,induratis arterijs, atque vrgente vſu.Vt autẽ vrgeat,à quanam procedat cauſſa,exponendũ eſt.hoc enim minime eſt prætermittendum.

Vſus cur in vibratis pulſibus vrgeat

Vna eſt,vt ſic dicam,finitima cauſſa, cuius multæ authores ſunt.Quæ tandem hæc vna eſt, & quæ multæ illæ? Vna hæc eſt, cum vſum functio non impleat. Multæ illæ huius authores,breuiter imbecillitas facultatis,inſtrumẽtorũ contumacia, & maior vſus. At de propoſito pulſuum genere demenda facultatis imbecillitas eſt.Namque eam probauimus firmam eſſe. Relinquitur igitur,vt vel vſu increſcente,vel inſtrumentis renitentibus,vel vtriſque copulatis diſtentio in vibratis pulſibus non aſſequatur vſum.Atqui vſus abundantia caloris augetur,vel exhauſto animali ſpiritu. Contumacia inſtrumenta fiunt per oppilationes, compreſſiones,& duritiem.Atque hæc durities exiſtit,ſi inflammata ſint,ſcirrho intumuerint,induruerint,deſiccata ſint,refrigerata,cõtenta inſtrumẽta.Itaque omneis iam inuenimus cauſſas originis vibratorum. Nam intemperata inæqualitas ſi progrediatur,augebit quidem vibrationem, non tamen cauſſa eſt eorum generationis. Cæterum inæqualitas pulſuum in diuerſis arteriæ partibus comitatur proxime tali intemperiei: quòd vbi humidior ſimul & calidior ſit pars arteriæ,maior illic citatiórque fiat pulſus: vbi vel frigidior vel durior,ibidem minor & tardior.Iam etiam ad motũ prius concitatur pars illa prior,poſtea orditur altera.Quare ex eo cum augebit ſimul vibratos,tum erit finitima cauſſa inæqualis in partibus diuerſis arteriarum motus.

Vſus auctí cauſſæ.
Contumaciæ inſtrumẽtorum cauſſæ.
Duritiei inſtrumentorũ cauſſæ.

Dicroti pulſus cauſſæ.

Igitur pulſus,qui vocatur Dicrotus(vt tandem aliquando ad hunc veniamus) ad hunc modum fit. Vbi parte arteriæ,quam attingimus duriores ſint frigidioréſque,itáque difficilius etiam moueantur,partes vtrinque, quas non attingimus:ac deinde partem mediam præ ipſis in diſtentione concitatam retrahant intro, iterúmque ſecum attollãt:bis neceſſe eſt feriatur tactus. Eiuſcemodi pulſus dicrotus eſt duntaxat, non autem vibratus perſpicue.Alter,qui iuxta & ſatis vibratus eſt,& dicrotus,fit ad hunc modum.Vbi cum vibratione ſublatæ arteriæ pars ea, quæ ſola cute tecta eſt, facile iactetur: aliæ autem vtrinq; partes craſſitudine, numeróque onerẽtur corporum incumbentium,adeo vt ne motus quidem earũ tangentibus occurrat:neceſſe tum eſt parte hac,quæ aperta eſt,omni iam ſublata,parteis illas non manifeſtas,quæ vtrinque ſunt,adhuc attolli:itáque mediam,quæ delata iam dudum eſt, de integro vnà cum illis,quæ vtrinque ſunt,attolli,ita vt redeat & occurrat iterum foris ipſam tangentibus.Proinde conſtat eũ dicrotum futurum:qui in eo tantum vincit vibratũ, ꝙ motus inæqualitatẽ in magnis obtineat partibus arteriæ.

Dicrotus nõ aperte vibratus.
Dicrotꝰ aperte vibratus.
Dicrotꝰ qua re vincat vibratum.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 172 sur 282

©BIU Santé

Cum enim pars,quæ digitis occurrit,omnis,niſi quatenus vibratur, æqualiter moueatur:ac parteis ex vtroq; latere ab illa differãt,efficitur Dicrotus.Vibratus,cui nihil ſuppetit amplius,quàm q̃ vibrantur cõcutiuntúrq; paulatim omnes partes,motus in tam magnis partibus diuerſitate,quam habet dicrotus,vacat.Planũ eſt igitur ex prædictis,dicrotũ interim ex magna intẽperie oriũdum eſſe,paruáq; duritie arteriæ in eum modũ motæ: interim ex ingẽti duritie coniuncta cũ quadam intẽperie,vel craſſitudine,vel abundantia humorũ & carnis.

Caprizantis pulſus cauſſæ.

Aprizanti verò,quem vocãt,hoc cum dicroto conuenit,quòd bis pulc ſat:non conuenit cauſſa. Neq; enim cum inſtrumẽtorum duritia neceſſe illi eſt,nec cum intemperie,vt cõiungatur. Verum vbi retineat facultas,quantum illa quidem præſtare poteſt, contentionem natiuam,arceatur autem à motu,vel ob humorum immodicam copiam,vel ob oppilationem vel compreſſionem inſtrumentorum,quies tunc diſtentionem interpellat.Iure itaq; altera eius pars ſecundum quietem robuſtior illa, quæ eam antecedit, videtur. Siquidem vbi ſeſe facultas,quæ prius fuit victa,collegit,vt ita dicam, & confirmauit,viréſq; reparauit, imminet grauius,& vt ſuperet reijciátq; quæ moleſta ſunt,contendit:id quod frequenter facit.Quòd ſi in altero etiam impetu ſit inferior, fuerit is ſanè caprizante deterior pulſus. Nomen hic non eſt ſortitus.Tametſi hos quidam omnes,quorum continuitatem diſtentionis interpellat quies,appellent caprizantes.Nos quidem de nominibus minime laboramus,niſi quatenus flagitet inſtitutionis perſpicuitas.

Vndoſorum pulſuum & vermiculantium differentia & cauſſæ.

Vnc quãdo res aperte declarata eſt,ad aliud genus digrediamur pulnſuum inæqualium, quos vndoſos,nõnunquam etiam vermiculantes vocant.Diximus verò de his quoq;,ſola eos diſtare quãtitate,ſub vno tamen ambos genere poſitos eſſe. Ac ſunt quidem in eorum numero, qui in diuerſis partibus arterię inæqualitatem,ídq; in vna diſtẽtione habeant.Cauſſæ ſunt illorum generationis, facultatis imbecillitas, vel copia humorum, vel ſumma inſtrumentorum mollitudo.Nam cum à principio contentio in ſingulas arterias permeans pari firmitate totum attollere vas nequeat, hic propinquior principi parti motum orditur primum,remotior ſerius. Atqui æqualiter ſi hoc fiat per omnes arterias, eius ſemper prior pars prius videbitur moueri: veluti ſi fluente quopiam per eas libere,vel ſpiritu, vel humore pulſus contingeret effici.Quod quidem Eraſiſtratus perpetuũ autumat eſſe,in quo mentitur de rebus euidentibus.Aliorũ verò nullus non modo Medicorum, ſed nec Philoſophorum,nec imperitorum. Omnes enim clare cernũt omnes partes arteriarum eodem diſtendi tempore.Rarò & iam præter naturam,partes cordi viciniores moueri prius,deinde longinquiores. At talis pulſus non vndoſus iam, nec vermiculans eſt. verum cum ei hoc acceſſerit, vt,quod ſpeciem habet fluentis per arterias,remorari alicubi & ſubſiſtere videatur,quieſceréq;:mox iterum fluere,iterúmq; retineri,atq; per totam hoc arteriam accidere,is pulſus,vel vndoſus,vel vermiculans eſt. Nam cũ ſinguli motus ſemper terminentur quiete, ſeriem veluti vndarum,vel vermis perrepentis ſpeciem contingit repræſentari.Si à copia humorum oneretur,hæc moratur contẽtio-

Vndoſi & vermiculantes pulſus quid differant.

Vndoſorũ & vermiculantium cauſſæ.

Contra Eraſiſtratum.

©BIU Santé

nem,ac interpellat,atq; diffindit illic,quò plurima cõfluxit.Itaq; exiſtunt multæ diſtentiones in modum vndarum ſeſe mutuo excipientes. atq; quo loci diuiſa contentio eſt,illic terminat vndam quies. Quòd ſi ipſa facultas etiam citra humorem langueſcat ſola, nec vniuerſam poſſit arteriam diſtendere, ſed hoc particulatim faciat,& tum exiſtent veluti vndarum quarũdam multæ circumſcriptiones ſuccedentium mutuo diſtentionũ.Porrò quod inter hos pulſus intereſt & illos, quos copia humorum conſtituit,magnitudo eſt. Vnde hi ob paruitatẽ vermiculantes,ob magnitudinem illi vndoſi vocati ſunt.Et cauſſam habent illi facultatis imbecillitatem,hi humorum abundantiam.Iam conſequuntur etiam extremã mollitudinẽ inſtrumẽtorum eiuſcemodi pulſus,ſimili modo ac in mollibus ac tenellis virgis,quæ cũ ex vertice apprehẽduntur, quædam partes,præcipue vicinæ parti prehẽſæ vnà attolluntur: quædam cum flectuntur, adhuc demiſſæ manent & humi. At verò duris virgis & ſiccis hoc non accidit.ſed pari tentione,ſi attollere velis,quacunq; parte prehendas,tota ſimul attollitur. Idem arterijs vſu venit, cum multa humiditate imbutæ ſunt. Neq; enim tum à principio cõtionem æqualiter omnibus partibus accipiunt: ſed quaſi flecterentur & frangerentur,multis partibus diſſecant:in eóque vndoſus plerunq;,nonnunquam vermiculans erit.Nam validam facultatem habet vndoſus:quippe magnas ſic partes arteriarũ poterit attollere. Imbecilliorem vermiculans.q; paruis interuallis tum contẽtio vincatur.Cæterum ſtatim hunc neceſſe eſt inæqualem alioqui,etiam intermittentem fieri:vt ſit in hydropicis.quibus,cum reſiſtat adhuc cõtentio,quemadmodum inferius,vbi tractabimus de illis,dicemus,latus vndoſúſq; eſt.Vbi verò ſit victa,variè fit inęqualis.

Vermiculãtes & vndoſi vnde dicti

Decurtatorum pulſuum cauſſa.

Ed quia ſatis eſt de his, de decurtatis iam agamus,qui imbecillitatẽ conſequuntur facultatis,à qua pulſus creantur.Cum enim à corde permeans in ſingulas arterias contentio magis ac magis in partibus remotioribus diſſoluitur, minores tum languidioréſq; neceſſario earum motus fiunt. Qui tandem igitur in partibus quidam principio propinquioribus inueniri aiunt nonnunquam minores motus?Neq; enim hic poterimus dicere,contentionem in vicinioribus magis quàm in remotioribus remitti. Equidem puto ijs aut propter arteriarum inæqualem ſitũm eam ſpeciem oblatam eſſe:aut ſi plane vera prædicant, intemperiei inæqualitati origo omnium iſtorum pulſuum referẽda accepta eſt. vt à principe parte facultas in arterias diffuſa partibus earum temperatis merito vtatur melius,intemperatis deterius. Siquidẽ inſtrumentum à pari robore eodémq;, ſi humiditate & calore ſit modico temperatum, facilius ac magis mouetur: ſqualidum, aut nimium humidum, aut frigidum,lentius minúſque.

Decurtatorũ imbecillitas cauſſa eſt.

Innuentium & circumnuentium pulſuum cauſſæ.

Gitur naturam innuentium & circumnuentium pulſuum ſimili ratione commentabimur.poſſint forſitan pari modo ac ſimili aliquando fieri:nam ſæpe luculenter mihi certè apparuerunt alijs de cauſſis accidiſſe. Vbi enim valida ſit facultas, corpora autem quæ ambiunt arterias, marceſcant: qua parte illorum maxime marcida,atq; eò leuiore emicare motus poſſit,ibi etiam maxime eluceſcit eius magnitudo.Comparata enim huius

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 174 sur 282

©BIU Santé

partis diſtẽtione alijs vtrinq; minoribus, decurtatũ in vtriſq; partibus motum oſtẽdit. Hoc fieri in validiſſimis facultatibus non poteſt. q̃ immotam oporteat eam eſſe, nec ſuſtinere incumbentiũ corporũ põdus: vt manifeſtam efficiat excellentiam diſtẽtionis in parte nudiore præillis, quæ ſunt in partibus oneratis.

Inæqualitatis ex ſitu arteriæ cauſſæ.

ET quomodo ex ſitu arterię fit pulſuum inæqualitas? Hoc enim deeſſe a orationi adhuc videtur. Qui verò aliter ac dixit Hippocrates, qui de omni nos diſtortione in communi docuit? Etenim vterus ſimiliter, & ſpina, muſculíque diſtorquentur cum in corporis illas partes tenduntur, in quæ diſtorqueantur. Sed, quòd multæ cauſſæ ſunt, quæ tenſionem inducunt, vniuerſum pleriſque veteribus Medicis difficile fuit inueſtigatu. Inflammationes enim, ſcirrhi, abſceſſus, ac crudorum quorundam generatio tuberculorum: Breuiter omnes præter naturã tumores, vicinas partes ad ſe retrahere valent. Præterea ſqualida durities, frigúſq; immodicum, quod quiddam faciat in modum gelu, & conuulſiua intentio: quorum aliàs aliud arterias diſtorquet. Præter cætera diſtorquere inæqualis intemperies cenſenda eſt.

Diſtortionis communis cauſſa.

Conuulſiui pulſus cauſſæ.

ED quando de his, quæ nobis viſa ſunt, expoſuimus: iam de conuulſiuo pulſu etiam diſputandum eſt, qui nomen recte inuenit ex ipſa ſpecie & affectu, quem ſolet denotare. Tendi enim ad vtrũq; terminum arteriam putaueris, & ſtatim corripit hominem conuulſio. At qui tandem hic ſcrupulus eſt, & quid propoſitus? Si vt arteriarum cor, ſic neruorum eſt fons, nihil eſt ſcrupuli, & fruſtra eſt motus. Sin aliud principium neruorum, aliud arteriarum: atq; harum pulſus functio eſt, illorum ſenſus & motus volũtarius: vt functionum illis nulla ſocietas eſt, ita nec erit affectuum. An verò errant in eo, & mentiuntur, qui putarũt illis nullum commercium eſſe? Nam princeps quidem huius placiti diuinus ille Hippocrates. Confluxio vna, inquit, eſt, conſpiratio vna, omnia omnibus cõſentiunt, natura communis. Nam abſq; hoc eſſet, duo animalia eſſet, nec vnum quiſq; noſtrum. Nunc arterias cor cerebro vinculum ſocietatis tranſmittit, cerebrum neruos cordi. qui quanquam non magni ſint, mandatum tamen rationis poſſunt perferre. Ad hæc cum ſingulis arterijs fibræ à neruis deductæ ad ſocietatem cohærent, per quas ſe ſinunt mutuo in conſenſum venire non modo actionũ, ſed affectuũ etiam. Nec iam quicquam habet admirationis, ſi, cũ vniuerſum neruoſum genus cõiunctũ cum arterijs ſit, ſingulíq; eorũ ramuli ſibi mutuo immixti, cõmunis appareat affectus.

Conuulſiuus pulſus vnde dictus.

Omnia i corpore conſentiunt.

Arteriæ & nerui conſentiunt.

Cauſſæ alti, humilis, lati, anguſti, longi, breuis pulſus.

ED quia de conuulſiuo pulſu diximus, reſiduum ad commentationem omnium inæqualitatum adijciam. Supereſt nimirum, quemadmodum alti, humiles, lati, anguſti, longi, breues pulſus fiãt. Maximus eſt enim horum numerus, & variãt maxime omneis inæqualitates cum in vno pulſu, tum verò lõge magis in aceruo. Accidit autem tale quippiam, dum diſtenduntur arterię, & in valentibus omnibus & ægrotis pleriſq;, vt ſuperficiem earum motarum clarius ſentiamus, quàm partes obliquas quòd propior illa ſit noſtrum tactum, & cõgrediatur minus multis interpoſitis corporibus. Partes ex vtroq; latere huius, cum remotiores ſunt, tum pluribus corporibus, quę

Superficies arteriæ clarius ſẽtitur, quàm cæteræ partes.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 175 sur 282

©BIU Santé

Moderatus pulſus altior eſt.

interpoſita ſunt,indutæ.Proinde ipſe naturalis pulſus,ſi diligenter expendas, altior eſt:quòd deficiat ſemper eius in latum motus, præpolleat autem motus in altum.Verùm quia mẽſura nobis hæc eſt,reliquorúmq; regula aliorum,nec altum eum,nec anguſtum appellamus:ſed,vt par eſt,& poſtulat æquitas,moderatum,& inter omnes exceſſus mediũ.Cui quia aſſueti nos ſumus,& vnà cum eo creuimus,ac ſæpe eum inuenimus,non in ſanis modo,ſed & in ægrotis,facile cognoſcimus, qui ſuperantur ab eo, & qui eum ſuperant in quacunq; dimenſione.Etenim longus & breuis ad hunc collatus dicitur. Ac quicũq; non eſt in hoc verſatus,non tantum non alti,humilis,lati,anguſti ſit probus explorator,ſed nec longi & breuis. Nam vt hominem dicimus aliquem vndequaq; moderatum,non obuia illa ad ſenſum paritate longum cum lato & profundo comparantes,ſed paritate in poteſtate.Neq; enim tam eſt quiſquam breuis, vt concedat longitudo latitudini. Sic vocamus moderatum pulſum, naturalem proportionem & mediocritatem, normam æqualitatis ipſum ſenſum faciẽtes. In hoc omnino lõgitudo prętſtat profunditati,atq; hæc latitudini.Nam ſi ipſam ſolam arteriam fingamus omnibus circumiectis corporibus nudatam, æquabit profunditatem latitudo,atq; adeo in ea certè ne dicere poterimus quidem, quæ latitudo, quæ profunditas ſit;ſed ſicut vndiq; ſibi eſt ſimile corpus plane circulare,ita nulla dimenſionum differentia eſt.At ſi in alio ſit corpore ea collocata,deorſum iam dicetur,quibus partibus ſuſtentatur & defixa eſt:ſurſum, quod eſt è regione:quod interponitur his interuallis ex imo ſurſum,intelligũt altitudinem,& deſuper deorſum profunditatem.Vbi autem altitudo & latitudo eſt,illic alterutra diměſionum profunditas & latitudo eſt.Quòd ſi non tantum fulciatur aliqua parte,ſed etiam ex ipſis obliquis partibus,&ſuperioribus complectatur quædam corpora,planiſſime partes,quas per pauciora tegmenta contingimus,apertiorem motum,q̃ quæ tangimus per plura,ædent. Atqui quę arteriæ ſub cute poſitę ſunt(tales autem ſunt,quas dignoſcendis pulſibus attingimus)harum ſuperiorem partem interpoſita ſola cute tãgimus.Partes vtrinq; alias,quantum recedunt in obliquum,tanto per longius interuallum & per plura interpoſita corpora.Qua neceſſitate fit,vt omnis pulſus,qui naturalis ſit,ſi mutuo compares diměſiones,ſit ſemper longior:vocatur autem moderatus & aliorum regula,vt Polycleti.Nam vt,cum alias ſtatuas ad hãc conferimus,craſſas,graciles,latas,& anguſtas vocamus,aut ſi quo alio exceſſus nomine:ſic pulſus,cum naturali comparantes,altos,humiles,latos,anguſtos,longos,breues,craſſos,graciles,magnos,atq; paruos,appellamus. At quænam ſũt cauſſæ,vnde oriantur,quod inſtitueramus dicere? Ad manum erat quidem,vt in inſtrumentorũ intemperiem inæqualem cauſſam cõferremus,aut in diſtortionẽ ſitus. Siquidem quemadmodum appareãt in eiuſmodi affectibus motus inæquales,declaratũ eſt.Sed altos ego in ira,& ab iudicationibus cõperio fieri: latos plurimũ in decretorijs excretionibus.Non poſſum verò inſtrumẽtorum iam intemperiem,aut diſtortũ ſitum,ſolos in culpa ponere.Sanè quidẽ interim etiam de aliqua harũ cauſſarum incidat.verum pleriq; affectus,in quibus inueniũtur eiuſcemodi pulſus,ſunt expertes cauſſarũ,quas diximus.Neq; enim tẽperaměti inæqualitas,quæ immutat adeo naturã inſtrumẽtorum,vt inæquales efficiat pulſus:nec verò ſitus immutatio,vnq̃ inueniatur citra ingentẽ noxam,

Quomodo moderatum aliquẽ dicamus

Nũquam ſuperat latitudo longitudinem.

Surſum. Deorſum. Altitudo. Profũditas.

Polycleti regula.

Altus & latus quando fiant.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 176 sur 282

©BIU Santé

tẽpúſq; lõgũ, quorũ ſuppetit nihil, nec iratis, nec modo iudicatis, nec iam iámq; iudicãdis. Sed quod illis accidit, hoc eſt. Magnũ pulſum creat iratis & iudicandis. Non tamen quãto quicquid maius euadit, tãtum etiã animaduertitur. Motus enim in altũ & diſtentio arteriæ, quouſq; progrediatur, vniuerſa conſpicua eſt. motus obliquus ferè occultatur, eodẽ ſcilicet modo, quo inculpata valitudine præditis ſemper oſtẽdimus præpollere motũ in altũ. Itaq; memores illius ſtatus pulſuũ, quos moderatos appellamus, ſi iam cõperiamus bene auctam altitudinem motus, nec multũ latitudinẽ, ſed omnino parũ, vel nihil prorſus, recte vocamus eos pulſus altos. Quòd ſi manifeſtum accedat incremẽtum latitudini, magnos ſimul & altos vocamus: ſin omnino obſcurum, altos tantum. Si ambo increuerint altitudo & latitudo, ſed non multum latitudinem vincat altitudo, hos vocamus magnos tantum. Cum enim eadem proportione altitudo adaucta vincat latitudinem, qua etiam in naturali pulſu ſuperaret, eandem ſpeciem, ac moderatus, quem vocant, retineat hic oportet. Itaque non altus, vt nec ille: ſed maior tantum illo videtur. Siquidem eorum, quæ eandem ſeruant formam, non decet vnum moderatum, alterum vocare altum. Sed ſi eadem vndequaq; proportione alter creuit, maiorem tantum. Quinetiam in longitudine eadem eſt ratio. Quæ cum eadem proportione augetur, qua profunditas & latitudo, vniuerſum pulſum, vti diximus modo, maiorem repræſentat. Vnde, vt magnus fiat pulſus, non requiritur, vt plane pares ſint motus, qui in tribus dimenſionibus augentur, verùm vt proportione ſint æquales. Quare qui triti ſunt in naturali proportione, nullo negotio, quantum acceſſio diſceſſit à proportione, perſpicient. Hoc pacto generantur propoſiti pulſus. Reſtat vt cauſſas aperiamus, quamobrem naturalium nullum proportio conſtare, vel perire ſolet. Conſtat, vbi nulla præter naturam ſuccreſcit in craſſitudinem mutatio, aut in gracilitatem corporis fiat. Præterea neq; ſiccitas immodica, vel humiditas, vel neceſſitas quædam maximæ prorſus diſtentionis. Perit atq; conturbatur cuiuſpiam horum præſentia. Exempli gratia. Inſuorum omnia ſe recte habeant, facultas autem compellatur in magnam diſtentionem facere, vt eius tumorem circumiecta arterijs loca non capiant. In eo vtique ſtatu, vt alia ſint inculpata omnia, altus pulſus appareat, oportet. Quippe enim in eam attollitur magnitudinem diſtentio arteriæ, vt nuſquam eo arctetur, naturalem tuebiturtrium dimenſionum proportionem. At coarctata quidpiam detrahet de illa dimenſione, quãtum progreſſu prohibita eſt. Quocirca iratis, licet corpore ſint optime comparato, ſit pulſus altus. Diſtentionis enim ſummum exceſſum neis quidem commode ferat habitus: ſed iam eximò premitur, & ex obliquo arteria. Sola ergo pars illius ea, quæ inſtrata ſola cute eſt, omnem calorem excipit. Vbi verò in alijs omnibus impedita diſtentio ſit, pars autem eius duntaxat ſuperna ſeruetur ſoluta & libera, non poterit illius motus non præſtare cæteris. quod aliud erat nihil, ac altus pulſus. Quia porrò valentibus cunctis, & ægrotantibus pleriſque in maximis diſtentionibus arteriarum manifeſtarum, quas tangimus, partes comprimuntur aliæ omnes, & in anguſtum coguntur, ac ſuo motu libero prohibentur: partes autem eminentes, liberum obtinent & diſſolutum motũ: hinc factum eſt, vt obſeruauerint Medici & ſcriptis prodiderint pulſum iratorum altum eſſe. Qui certè aut rarum exemplum non

Altus pulſus quomodo oriatur.

Magnus & altus quomodo fiat.

Magnus quomodo fiat.

Proportio dimenſionum quamobrem cõſtet & pereat.

Alti pulſus cauſſæ.

Altus iratorum pulſus.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 177 sur 282

©BIU Santé

animaduerterũt,aut negligenter attẽderunt,aut hunc duxerunt ſingulis affectibus pulſum propriũ,quem cũ ijs cernerẽt frequẽter eſſe coniunctũ.Quidam etiam vltro rara exẽpla,vbi cauſſa deficiũtur,reticẽt.quos hoc ſanè nomine accuſes,ſi alia omnia ignoſcas.Ita enim ſcitu digna infinita præteribuntur.Quin veritatis ſtudioſus omne debet,quod cõſpiciat,etiã ſi eum angat cauſſa,ſedulo exponere.At quod tãdem eſt illud euidẽs exemplum?Multis gracili corpore, nec facultate admodũ firma,pulſus,ſi iraſcãtur,magni,& non alti videtur eſſe. Quæ verò tãdem huius eſt cauſſa?Neq; enim multũ videtur ab illis,quæ initio iam poſita ſunt,abeſſe.Siquidem robur facultatis diximus eſſe tantũ debere in altis pulſibus,vt maximã diſtentionẽ poſſit moliri, nec loca cingentia arterias capere eam valeãt.Quod ſi eſt,in cõmemoratos affectus planiſſimũ eſt non poſſe altũ pulſum incidere:cũ nec valeat facultas,& circum arterias loca ſint ampliſſima ex marcore.Sed hæc quãdo nec opinato inuẽta eſt,apertũ arbitror ſimul cum hac eſſe,quænam latorũ pulſuũ ſit cauſſa. Nam cũ naturali robore facultas aliquatenus deficiatur,& latitudo ſit inſignis locorũ,põdúſq; accedat arterijs ex ſuperioribus partibus,hic pulſus collatus ad moderatũ latior eſt.Pondus hoc,quod acceſſit,ſæpe ſunt ipſius cutis rugę:quod accidit ſenibus,& gracilibus, qui tamẽ corpore non ſunt deſiccato.De quo genere ſunt,qui recẽtes ſunt iudicati.Sæpe etiã ex humiditate,prẹcipue ſi irrigua ſint ipſa corpora arteriarũ,vt fit in hydropicis.Partes enim earũ,quæ in ſummo cacumine ſunt poſitæ,delabũtur demittũtúrq;,partim in ipſam arteriarũ cauitatẽ,partim in obliquum.Quare hactenus aſcenſu neceſſe eſt pulſus prohibeãtur,quatenus arteriæ dorſum demittitur.Ac nimirũ latitudinẽ iam bifariã oportet præpollere, tum ꝙ in obliquum dilatẽtur arteriæ partes,ac comprimãt,atq; eo inferiorem regionẽ dilatẽt: tum verò ꝙ imminuta ipſa altitudo ſit. Quarũ certè,vel altera reddere pulſum latũ valeat, aut imminuta altitudo, aut latitudo aucta. Quia verò ambæ coniũctæ ſunt,hinc clara in eiuſcemodi affectibus,& ampla cõſpicitur latitudo. ¶Quando iam pulſus ſit lõgus,quẽ vocãt?Inuenitur enim motus nõnunquam,qui quatuor digitis occurrat:ſed ita anguſtus & obſcurus,vt ſpeciẽ referat ſubtilis fidis.At ne hoc quidẽ ex ijs,quæ diximus,inuẽtu difficile eſt.Siue enim fidẽ tenuẽ quandã occurſus,ſiue pilũ repræſentet,durities ex eo arteriarũ tunicæ ingẽs ſignificatur. Verũ non ea modo,durus enim tantũ pulſus ſit:imò quia anguſtus humiliſq; eſt,oportet imbecillioré facultatẽ eſſe,quã quę magna vi inſtrumẽtũ diſtẽdere propter duritiã cõtumax poſſit.Quid iam, ſi hoc verũ eſt,num lõgus cõtinuo is pulſus eſt? an huius etiã cauſſam inuenerimus,ſi affectus cõmemoremus,qui prẽditi eo pulſu ſunt?Qui tandẽ ſunt illi affectus?Corpus tenue,contenta,aliquãtóq; durior cutis.Proinde ſi remiſſa & craſſa magnã partẽ motus tegit,tenuis cõtentáq; prorſus omnẽ cõſeruat. Vnde liquet cõſpirare gracilitatẽ totius corporis oportere,& duritiẽ cutis,ad hæc duritiem inſtrumẽtorũ,tum imbecillitatẽ facultatis,non vltimã tamen.Perdiderit enim pulſum homo,non longũ habuerit.Omnino enim nõ attollit in ſenſibilem motũ facultas prorſus languida,ne vas quidẽ molle,nedum durũ.Sanè per excellentiã longus pulſus hoc nomen ſortitus eſt.propriũ autẽ nomen eſt tenuis,& gracilis.Qui abſolute eſt,& proprie lõgus,cũ quo quãtitatẽ non cõcipimus dimẽſionũ duarũ reliquarũ,aut ex corporis tenuitate,aut ex ſua ipſius

Rara exempla obſeruanda.

Latorũ pulſuum cauſſa.

Longi pulſus cauſſa.

Fidis ſpecies vel pili,quid ſignificet.

Status,i quo fiunt longi pulſus.

Longus per excellentiã.

Lõgi proprie dicti cauſſe-

©BIU Santé

magnitudine talis euadit. Porrò autẽ breuis fit, vbi in parte quapiam parua, arteria ſola cute muniatur & partes ex vtroq; illius latere omnes in profundum demergãtur. Namq; pars eius illa ſublimis, quæ ſubter cutem eſt, aperte omnẽ motum prodat oportet: Demiſſæ cõtrà, q̃ multa obiecta ſint corpora, occultentur. Hoc multis ſponte ſuppeditat: In morboſis affectibus ſanè paucis, cum in ſitu diſtorqueatur aliquo modo arteria, ac parua ſit eius pars cõſpicua, reliquę intro omnes in profundum depreſſę ſint. Eſt verò & hic pulſus de illis, qui breues per excellentiam dicuntur. Nam proprium huius nomen eſt craſſus, & turgidus. Quãdoquidem qui ſimpliciter breuis eſt, vel ex corpulẽtia naſcitur, vel ex paruitate. Percurri iam omnes penè, quæ inæqualitatẽ inducunt, cauſſas. Quòd ſi qua res parua præterita ſit, facile inuenias ex commemoratis.

Breuis pulſus cauſſæ.

Turgidi pulſus cauſſæ.

Breuis proprie dicti cauſſæ.

Ordinati & inordinati cauſſæ.

Proximũ eſt, vt de inordinatis & ordinatis dicamus. Hi pulſus, quãdo p inæquales omnes ſunt, quomodo docuimus in libris de differẽtijs pulſuum: ſed in eo variant, q̃ æqualitatem hi certis orbibus tueantur, illi confuſi vndequaq; ſint: hoc in communi vnum breue caput de omnibus ijs cognoſcendum eſt, cauſſam, quæcunq; inæqualitatem efficiat, ſemper firmam in ordinatis & fixam eſſe: in pulſibus inordinatis, non fixam. Inſuper ordo, vt æqualitas, naturę, ſi quid aliud, familiaris eſt. Quare ſi alterum eorum ſit contur batum, minorem deſignat offenſam: ſin vtrumq;, maiorem. Cõcurrunt autem in inordinatis ambo, alterum in ordinatis, qui inæquales ſunt.

Ordo naturæ familiaris eſt.

Rhythmorum mutatorum cauſſæ.

Orrò & mutationũ rhythmorum cauſſas (hæ enim reſtãt explicãdę) ſi p perſequare ſuperiora, facile inuenias. Si enim recte demõſtratũ eſt, allici per diſtẽtiones arteriarũ aëreã quandã ſubſtãtiã, in cõtractionibus autẽ excremẽta excerni, & quaſi fuligines aduſtorũ humorũ: neceſſe eſt, cũ diſtẽtionis vſus inſtet, maiorẽ fieri celeriorémq; diſtẽtionẽ: cũ contractionis, cõtractionẽ. Quãobrem quibus in ætatibus multi humores inſumũtur, quę ſunt vſq; ad iuuẽtutẽ, in his parũ diſtẽtio cedit cõtractioni. In quibus pauciſſimi, quod in ſenibus fit, longe hic maior eſt cõtractionis tẽpore diſtẽtionis tẽpus. Siquidem difflatus per totum corpus cõtractionis eſt arteriarũ munus. In diſtẽtionibus enim in ſe attrahunt, vt alijs omnibus oſcillis, ita illis etiã quæ ad cutẽ pertinẽt. Nihil ergo hic quicq̃ ex corpore excernitur, imò verò prorſus intro trahitur. Cõtrà in cõtractionibus excernitur, attrahitur autẽ nihil. Iam in quibus ætatibus humores natura non ad nutrimẽtũ modo, ſed etiã ad incremẽtũ cõficit, in his excremẽta oportere magis affluere, in aperto eſt. Sẽper enim quãtitati confectorũ ſuccorũ quãtitas reſpõdet excremẽtorũ. Proinde vbi plurimi cõficiuntur, illic plurima ſunt excrementa: & vbi plurima excrementa, perpetua hic & multa opus eſt euacuatione. vt ſcilicet in vẽtris & veſicæ excremẽtis fit. Cæterũ horũ excretiones perſpicimus ſenſibus. excremẽtorũ verò euacuationes in arterijs aſſequitur ratio. Ac miror, ecquis erit, qui aut per externã ſuperficiẽ negabit arterias vacuari, aut nõ quomodo diximus. Demõſtraui autẽ hæc, quoad eius res poſtularet, in libro de vſu pulſuũ. Ad p̃poſitã diſputationẽ hęc ſatis ſũt.

Diſtẽtio attrahit, nihil excernit.

Contractio excernit, nihil attrahit.

FINIS SECVNDI LIBRI GALENI DE CAVSSIS PVLSVVM.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 179 sur 282

©BIU Santé

GALENI DE PVLSVVM CAVSSIS LIBER TERTIVS, HERMANNO CRVSERIO CAMPENSI INTERPRETE.

POstquam de pulſuum alterationibus, quæ ex primis & præcipuis cauſſis proficiſcũtur, ſatis primo in libro diſputauimus: illos nunc explicabimus, quæ ab alijs omnibus fiunt: quæ non per ſe plane, ſed quòd mutent primas, cauſſæ pulſuum vocantur. Hæ autem quia partim præter naturam ſunt, partim naturales, partim etiam inter has mediæ, quas non naturales vocant, vt ab naturalibus exordiamur, par eſt, eodémque ordine dicamus, quem in libro Tironibus deſcripto inſtituimus. Nam præter alia, enarrabuntur etiam, quæ illic recte tradidimus, ſimúlq; oſtendentur, quæ congrue illic ſunt pręterita. Ac reliquimus quædam prorſus, aliqua hactenus, vt non diſtincte explicaremus. Quicquid enim initiatis huic commẽtationi allaturum erat obſcuritatem, hoc viſum eſt præterire. potiſſimum autem omiſſa eſt cauſſarum explicatio. Præſtabat enim initiatis in ipſis exerceri operibus primum per experientiam: deinde vniuerſam aliquando perdiſcere ratione eſſentiam rei. Itaq; vt exercitatis iam illis, & aſſequẽtibus abſolutiorem narrationem, hanc lucubrationem conſcripſi. quæ prioribus duobus commentarijs, quantum de cauſſis, quas continẽtes appellant, ſatis erat, diſſeruit: duobus reliquis hoc & proximo, cætera omnia plana faciet. Itaq; ingrediamur narrationem, ac ſingula capita, quæ in illo libro conſcripſimus, proponamus, eáque inde interpretemur. Primum ex ijs, quæ accommodata inſtituto noſtro ſunt, hoc ſit.

Cauſſarum tria genera.

Virorum pulſus.

» Iri mulieribus pulſum ferè habent longe tum maiorem, tum vehemẽtiorem, paulo tardiorem, ſatíſq; rariorem. ¶ Hoc eſt caput. Cur autem accommodatior hæc oratio ſit, vt primo loco referatur, in illo libro eſt explicatum. Itaq;, quia non eſt noſtri inſtituti ſæpius de rebus ijſdem ſcribere, ad cauſſas iam pergendum eſt, declarandúmq;, quę imponatur neceſſitas naturæ rei, quamobrem virorum & mulierum pulſus aliter atque aliter comparati ſint, ad hunc modum. Quandoquidem calidior & ſiccior fœmina mas eſt, vt præſtantiſſimi quiq; ſenſerunt veterum Medicorum & Philoſophorum, nóſq; aliàs demonſtrauimus: vſum generationis pulſuum, & inſtrumentorum comparationem differre in illis oportet. quòd ſi hæc, tum ipſos etiam pulſus. Etenim copioſo calori in ſuperioribus libris oſtendi magnum pulſum familiarem eſſe. Itaque ſi calidior mas fœmina eſt, etiam pulſus ſtatim habebit maiores. Si multo calidior, multo maiores. At enim tum calidior, tum multo eſt calidior. Proinde & maiores, & multo maiores pulſus obtinebit. Nam calidiorem eſſe, cum in libris, quos de temperamẽtis iam ædidimus, tum verò antea etiam in veterum ſcriptis ſatis probatum eſt. Iam verò multo calidiorem,

Virorũ & mulierũ pulſus cur diuerſi.

Mas fœmina calidior & ſiccior.

Magnus pulſus copioſo calori familiaris.

Mas fœmina multo calidior eſt.

©BIU Santé

id nondum nec nos,nec quiſquã demonſtrauit alius.Quare faciundum nunc id nobis eſt, vt demonſtremus, alioqui nequaquam conſtituta erit & confirmata tota oratio.Primùm initium capitis commemorandum eſt,atque ipſum totum legendum,ſinguláque verba attendenda. Nam quid dicit? Viri mulieribus pulſum ferè habent longe tum maiorem. Quid hoc ſit,ferè,ſumma diligentia expẽdendum eſt.certè enim non temere quidem appoſitum eſt, ſed totum firmamentum in eo & cardo verſatur orationis.Nam quia nec inde ab initio perinde nos temperati omnes ſumus, nec vitæ inſtitutis iiſdem, nec victu vſi, vniuerſalis affirmatio tollitur, cum inueniri interim poſſit mulier, cuius non ſolum non multo minor pulſus,ſed omnino ne paruus quidẽ ſit:nec par, ſed planè etiam quàm quorundam virorum maior.Fac virum mihi fingas natura pituitoſiore,frigidum hoc erit temperamentum humidúmq;,ſi cum muliere conferas natura bilioſiore,id eſt,calidiore & ſicciore.Nec hic cõſiſtamus, ſed incolat ille Pontum, hæc Aegyptum.Præterea vir in vmbra viuat & otio ac multis in delicijs,mollitérque:fœmina ruri agat, ac multa in exercitationibus ſit,& victu vtatur modico:huius mulieris pulſus quàm viri maior erit.verùm ſi,vt poſtulat natura,viuentem vtrumq; obſerues, & in ſua propria ab initio temperatura conſtitutum,vnáq; & eadem commorantem in regione, non maior tantum,ſed multo etiam maior ſit huius viri pulſus.Nam pro naturali quidem temperamento,maior tantum,non multo maior erit. verùm cum acceſſit à peculiaribus vitæ inſtitutis vtrique differentia: Illa enim in otio viuit, hic in multis laboribus: multo ſanè ita calidior vir efficitur, itaq; pulſibus eſt multo quàm fœmina maioribus. Additum eſt autem capiti, ferè, quod ſagacioribus tironibus pro ſtimulo quodam excitante eſt,& ad totius rei perſcrutandam naturam inſtigante.Statim de naturali differentia viri & mulieris meditabuntur, & intuentur vniuerſum genus in omnibus animantibus maſculinum valentius fœminino eſſe.Atque fœmellæ eſſe officia concipere, lactaréque, denique fœtus naturales educare. Maris verò nutrimenta ijs ſuppeditare,& ſi petantur inſidijs, defendere. Vnde perſpicient ſemper differentiam vt maris ad fœmellam,maiores tantum pulſus creare:at differẽtiam vt viri ad mulierem,multo maiores.Sic etiam vehemẽtiores tantum,ſi naturam ſpectes, pulſus virorum:longe verò vehemẽtiores virorum præ vt mulierum.quia contentionem illis naturalem in laboribus creſcere oportet:his,quia otiantur,remitti.Horum etiam ſi aperte nihil tua ſpõte inueneris,at in opinionem eorum inquirendo venies, aut certe veluti ſiti eorum ardens, quæ cupis inuenire, neq; dum inueniſti, ſi ad magiſtrum, qui docere ea valeat applicaueris, & citiſſime diſces,& optime memoria complectere. Atq; hæc ſic habent.Robur iam facultatis, quod maribus adeſt, conferet aliquid & ipſum pulſibus magnitudinis. Quare non ſolum ex caloris abundantia,verum etiam ex robore marium maiores pulſus fient. Sed hoc etiam in libro primo probaui, validis facultatibus eſſe magnos pulſus peculiares. Quid iam viri, nunquid hactenus tantum à mulieribus diſtant in cauſſis pulſuum:an etiam momentum vtriſque ex corporis habitu non leue accedit. Illi enim totum corpus ad perſpiratum habent probe comparatum, purum,excrementis vacuum,non compreſſum.His contrà arctæ inter vaſa regiones ſunt,quas adeps,molliſq; caro,atque excrementa

Mas fœmina cur multo calidior.

Ferè cur adiectum.

Non ōnis vir omni mulierre multo calidior eſt.

Fœmellæ officia.

Maris officia.

Robur facultatis in maribus ad magnitudinem pulſuũ facit.

Habitus corporis ad magnitudinem pulſuũ refert

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 181 sur 282

©BIU Santé

quædam occupant pituitoſa: Ad hæc ſpiſſum eſt,& male per halitum digerit corpus: Præterea coguntur quidam in pleriſque corporis partibus, illaborati, craſſi, crudíque humores: à quibus comprimi omnibus arterias earum ſua ſponte alioqui minore mole præditas,cogíque neceſſe eſt.Quare habitus ijs omnino eſt vndequaque ad paruitatem pulſuum diſpoſitus.Vnum modo ad magnitudinem conſecutæ ſunt appoſitum, mollitudinem inſtrumentorum,quæ illis etiam nulli vſui eſt.Primum,quia ſunt plures paruitatis fortioréſque cauſſæ.Deinde quòd cum late in illis viri à mulieribus diſtent, minimum diſſideant in mollitudine inſtrumentorum. Neque enim perinde ſicçius virorum dicitur corpus, collatum ad mulierum, vt ſi, verbi gratia, lapis ſit cœno ſiccius.neque multum inuenias exceſſum in arteriarum ipſis tunicis. Imò verò inſtrumentum virorum ita comparatum eſt, vt ad functionem ſit ſequax. Quin ſi maior exceſſus ſit, & multo mulieris inſtrumentum mollius,id ipſum ſanè ſit in cauſſa,cur minores fiant pulſus.Siquidem vbi nihil eſt, quod grauet, vel comprimat, vel cogat, illic accommodatius ad magnam diſtentionem eſt mollius inſtrumentum.At vbi(vt modo in mulierum oſtendimus habitu) preſſus,pondera,atque conſtrictiones multæ, hic inſtrumentum mollius, vt quod omnibus, quæ infeſtant, facile cedat, ad diſtentionem eſt ineptius.Verum de corporibus hæc omnia optime conſtitutis referri,& conſtitutioni viuentibus conuenienter, vel ex his planum eſt, quæ commemorauimus. At abſoluta de his & integra diſputatio, ac demonſtratione confirmata in ſecundo libro de pulſibus dignoſcendis prodita eſt.Quare qui commentationem probe de pulſibus geſtit aſſequi, ei illo opere opus eſt reuoluto.Iam verò etiam de celeri pulſu eſt in tertio illorum commentariorum demonſtratum, quantus error ſit plurimorum in ijs dignoſcendis, qui pulſum non diuturnum ſtatim etiam velocem arbitrantur eſſe.Et nimirum mulieris pulſum(Nam cauſſa præſentis diſputationis memini, quæ demonſtraui illic)bene celerem putãt eſſe.Eſt verò ille celerior quidem,non inſigni tamen & magna differentia excellit pulſum virorum. Sic ſe res habet, & rectè tironibus ſcriptum eſt, Paulo eſſe virorum tardiorem pulſum quàm mulierum. At cauſſa illic vt in omnibus eo loco traditis, omiſſa eſt, quam nunc aperiemus. Quatenus quidem infirmior facultas eſt,& calor parcior mulierum, debebat tardior etiam pulſus eſſe.quòd eum vtrique huic cauſſæ oſtendimus eſſe peculiarem. Cæterum quia multo eſt minor, eóque minus vſui ſatis fit, auget, quantum poteſt,celeritatem.Quippe hoc primus liber eſſe neceſſarium probauit.Itaque cui illa exciderunt,quæ in illo libro docuimus,nequicquam hæc legit.At ſi quidem celeritatis tanta acceſſio ſit,vt omni vſui foret complendo, non quæreretur crebritas. ſed quoniam multum vſui cedit functio ob diſtentionis paruitatem, aliquantum autem adiuuatur à celeritate, oportet iam ſatis pulſus ſit creber. Id quod etiam in primo libro eſt declaratum. Ergo mulieres ad hunc modum à viris pulſu diſtant.Maſculi infantis ad fœmellam ſimilis ratio eſt, non vndique tamen eadem: ſed quomodo diximus antea.Nam tantum maiorem, vehementiorem, rariorem, non multo item pulſum habet maſculus quàm fœmella. Atque de his hactenus.Nunc ad proximum caput digrediamur,quod de differentia docet ex temperamento.

Habitus mulierũ ad paruitatem pulſuum diſpoſitus eſt.

Mollitudo in mulieribꝰ nihil conducit magnitudini pulſuum.

Mollitudo quãdo ad magnitudinem, quãdo ad paruitatẽ faciat

Mulierũ pulſus aliquanto celerior virorum eſt.

Virorum pulſus cur mulierum paulo tardior.

Mulierũ pulſus cur crebrior.

Maſculi infãtis pulſus à fœmella quomodo diſtet.

©BIU Santé

Calidi natura pulſus.

» Alidi natura multo habent maiorem, celeriorem, crebriorem, vehe=
» c mẽtiorem non item multo. ¶Complectitur & hæc oratio quæſtio=
» nem maximam, cui ne attendere quidem, niſi præditus ſingulari pru
dentia ſit, vllus tironum animum poteſt. Etenim qui natura calidi ſunt, partim eos eſſe humidos aiunt, partim ſiccos. Quo minus abſoluto ſermone pronun=tiatos oportuit eorum pulſus, qui natura calidi ſunt: ſed prius illorum qui ſi=mul humidi ſunt, ſecundo loco eorum qui ſicci. Neq; enim qui natura calida ſunt, eundem omnes pulſum ædunt. Imo verò ſunt quidam tertij, temperati illi quidem humiditate & ſiccitate, at calore intemperati. At eos neglexiſſe pa=rum recte, qui ante nos temperamenta diſcreuerunt, in commentarijs, quos ſcripſi de temperamentis, oſtendi. Ergo hos moris eſt calidos vocari, qui de quatuor temperamentis vnum hoc ſolum vincens reliqua obtinent. Qui qui=dem quo calidiores ſunt temperatis, hoc maiores habent, & celeriores pulſus, crebrioréſq;. Cauſſa, ſi retinuiſti, quæ prodidimus in primo libro, aperta eſt. At quid vehemẽtiores diximus non multo eſſe eos pulſus, cũ in huius operis pri=mo libro quæſierimus, ecquis poſſit pulſus, citra opem roboris facultatis vehe mentior fieri? Quoniã hi pulſus tironibus omnes videntur vehemẽtiores eſſe. Proximus eſt enim quodammodo prima ſpecie celer ſimul & magnus pulſus vehementem. Quare quidam etiam Medici, qui libros nobis ſcriptos reliquerunt, alium negauerunt eſſe vehementem pulſum, ac conflatum ex magnitu=dine & celeritate. Proinde tironibus non erant mouẽdæ tantæ quæſtiones. In=certum enim identidem illis, nec diſtributum, confuſúmq; cõducibilius certo eſt & definito, vbi profundã hoc cõtemplationẽ poſtulet, declarationémq; pro=lixam, ac longum tempus. Verum quãdo abunde in primo libro huius operis diſſeruimus de his, dicturi etiã nõnihil poſthac, cũ perduxerimus ad rhythmos ſermonẽ, hic enarrationẽ in præſentia finiã, ac me iam cõferam ad aliud caput.

Calidos quos vocemus.

Calidiorum cur nõ multo vehemẽtior pulſus.

Gracilium pulſus.

» Raciliores maiorem, rariorémque multo, vehementiorem paulo.
g ¶Accipiendi hic etiam abſque vllo affectu alio ſunt graciles. Nam ſi ex conuerſo temperaméto, vel facultate, vel ex alio affectu gracilior factus ſit, pulſuum compoſita immutatio erit, non verò ex vna gracilitate. At gracilitas, quia ſua ſponte ſola magis regiones arteriarum dilatat, atque leuio=ra impoſita corpora reddit, magnitudinem pulſibus non contemnẽdam con=ciliat. Atqui vbi pari relicto vſu creſcit magnitudo, hic rariores neceſſe eſt pul ſus fiant, ídque tanto, quanto ſcilicet ſint maiores. Maiores verò erant multo: proinde rariores etiam multo erũt. At vehementiores hoc inuenientur, quo tangentibus per ſubtiliora occurrant corpora. Quamobrem non quò acqui=ſierint vllam contentionem, ſed quòd magis, quam obtinent, prodant, tales vi=dentur eſſe. De celeritate & tarditate nihil hic memini. quòd neutram de his gracilitati acceptam referant, ſed perinde habeant vt craſſiores, cum illis ro=bore & vſu reſpondeant. De ætatibus deinceps in hunc modum eſt ſcriptum.

Graciles quo modo accipiendi.

Gracilium pulſus cur maior & rarior multo, vehemẽtior paulo.

Pulſuum pro ætatibus mutatio.

» p Orrò pro ætatibus hoc pacto immutantur. Infantis pulſus creber=
» rimus eſt, rariſſimus ſenis. Omnes, qui inter hos intercedunt, pro=

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 183 sur 282

©BIU Santé

» portionem ſeruant, prout vel ad puerum, vel ad ſenem propius accedant.
» Celerrimus item pueri pulſus, ſenis tardior. Reliquarum ætatum pulſus am=
» bigunt inter hos. At ſenex à puero longe magis raritate quàm celeritate di=
» ſtat. In vehementiæ & magnitudinis differentia maximus eſt, vt in ætatibus,
» pulſus iuuenum, minimus ſenum, Medius & paulo maior pulſus puerorum.
» Iam vehementiſſimus iuuenum, languidiſſimus ſenum, medius eſt inter hos,
» puerorum pulſus. ¶ Bifariam crebritatem & raritatem intelligi, aliter ab illis, qui & contractionem confirmant ſentiri, aliter ab illis, qui negant, aper= tius in libris de differentijs pulſuum diſputauimus. Et verò etiam in ipſo hoc tironibus deſcripto libro declaratum eſt. Sanè illos volebamus prius in con= tractione quaſi inſenſibili verſari. At multo quidem tutius eſt, paritérque commodius, ſi in quietum quantitate ponas genus hoc pulſuum. Ita enim fiet, vt ſimul in notitiam exactam veniamus rhythmorum. Verum quòd ſta= tus, qui crebri, vel rari pulſus ſunt authores, ferè talem eum vtrique huic ſe= ctæ repræſentant: erit cauſſæ etiam vtrique aſſignatio communis. At præſti= terit vt eam ad veritatem reducamus, háncq; in hoc ſermone ſectemur. quan= doquidem propoſitum opus minime ad Tirones dirigitur, ſed plane docet verum. Ergo cum calore pueri non pauco prædíti ſint, ſubſtantiam quoque, quæ refrigeret illum, non paucam requirunt. Quapropter magnis egent pul= ſibus. Quia verò humores etiam exhauriunt quamplurimos. (Quippe qui illis non ad nutrimentum modo, verumetiam ad incrementum ſuppetãt) ne= ceſſario in conficiendis ijs contrahent per totum corpus vaporoſorum &, vt ita dicam, fuliginoſorum aceruum excrementorum: ita etiam deſiderant ma= ximas arteriarum contractiones. Et verò etiam animalis ſpiritus non tantum nutriri ſubſtantiam oportet, ſicut in adultis, ſed vnà etiam cum inſtrumen= tis augeri. Itaque vel hoc nomine maiores diſtentiones flagitabunt. Adeó= que vſus contractionis arteriarum in infantibus æquat penè vſum diſten= tionis. Etenim ſunt abundantiſſima excrementa, itáque maiorem quærunt contractionem. Calor autem vt non ſit omnino copioſiſſimus, at quòd au= geatur animalis ſpiritus, æquat in illis diſtentionis vſum ei, quem poſtulat plurimus calor. Quo enim iuuenibus cedunt exuperantibus aduentitio ca= lore, hoc vſu, quem imponit ſpiritus, reſarcitur. Maximum ergo, ſimúlque celerrimum pueri vtrumque motum requirunt. Sícq; infra vſum eſt functio in ijs. Nam licet quammaxime celeres ſint & magni, non ſatis efficiunt tamen vſui. Quare hic crebris opus motibus eſt. In ſenibus plane contrà habet, ca= lor paucus, cui par eſt generatio fuliginoſorum excrementorum, ſpiritúſ= que animalis nutritio. Iure habent ergo contrarios illis pulſus paruos, tar= dos, raros. Hic meminiſſe oportet eorum, quæ in ſecundo libro de pulſibus dignoſcendis diximus: vt quo adducti errore, intelligamus, complures Me= dici puerorum pulſus putauerunt paruos eſſe, tametſi ſint magni, ſi cum ma gnitudine eos arteriarum compares: parui, ſi ex prima ſpecie æſtimes, id eſt, ſi quantitatem tantum diſtentionis ſpectes, eámque conferas ad iuuenum pul ſus. Sed tamen non maximos habent pulſus pueri, ne ſi ad magnitudinem quidem eos arteriarum perpendas. Siquidem quòd nec facultas eorum per= ueniat ad ſummum robur, & coarctentur etiamnum molles arteriarum tuni=

Crebritas & raritas bifariam accipiũ tur.

Raritas & crebritas po nẽdæ in quie tũ quãtitate

Pulſuũ pue rorũ cauſſæ.

Pulſuum ſe nium cauſſæ.

puerorũ pul ſus cur quidã paruos puta runt.

Puerorũ pul ſus cur non maximus.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 184 sur 282

©BIU Santé

cæ, multum de maxima diſtentione detrahitur. Nihilominus tamen tantum retinent pulſum, vt medium ſuperet. Ac celeritatem habent parem in diſtentione & contractione. Nam & motus vtriuſque par vſus eſt, non vt in ſenibus. Quo enim minor contractionis vſus eſt quàm diſtentionis, hoc contractio tardior diſtentione eſt. Nec iniuria quidem ſenes minorem habent. quoniam parum omnino, aut nihil ex aduſtis humoribus excrementi prouenit. eſt enim imbecillus calor. Præterea quòd non magnopere nutriantur, nec vllo modo augeantur. Tamen vſus diſtentionis, etſi non magnus, mediocris tamen adhuc ſenibus manet. Etenim ventilatum oportet innatum calorem, atque nutritum animalem ſpiritum. Quia verò vſus pulſuum non completur tantum vndequaque à functione, ſed & remiſſus per ſe eſt omnino: longe magis in raritatem immutant pulſus ſenes, quàm in tarditatem. Quare hic oportet longiſſimam quietem fieri. Quomodo cum non impleretur, præter quòd magnopere augebat, perpetuos etiam concitabat motus. Nam non ſolum in infantibus non eſſe auctum ad ſummum vſum generãdorum pulſuum, verum etiam de maxima diſtentione, quæ compleret forſitan vna vſum, non parum diſceſſiſſe, ante demonſtrauimus, cum tantũ detrahi diceremus, quantũ facultas ab ſummo robore abſit, ac degrauentur coarctenturque inſtrumenta, quæ infantes ex humiditate habent mollia. Sanè hoc quoq; diximus ſupra, inſtrumentorum mollitudines, quæ remotæ à preſſa ſunt, nec grauantur, vel coarctantur referre ad pulſuum magnitudinem. Quæ verò his coniunctæ ſunt, ad paruitatem, præcipue ſi robore facultas deficiatur. At quantum ſenum pulſus ex puerorum degenerauit crebritate in raritatem, tantundem propè motus contractionis in tarditatem ex celeritate. Nec obſcura eſt cauſſa. Si quidem ſemel vſum contractionis remiſſum eſſe recte docuimus in ijs ætatibus: non tamen diſtentionis vſus perijt totus. Nam hoc etiam adidimus. Quo minus eſt in hac tardus motus quàm in contractione. Atqui hanc tiro ſolam poterat dignoſcere. Probe ergo dictum eſt. Senex à puero longe magis raritate, quàm celeritate diſtat. Iam omne declaratum eſt, quod deficiebat huic ipſi differentiæ: Præterea quod mutationi rhythmorum pro ætatibus. Quos (quoniam obſcuriorem eſſe ſermonem, quàm qui tyronibus accommodatus eſſet, arbitratus ſum) non attigimus. Nam vt de crebritate, ita de rhythmis extiterunt duæ ſectæ: vna prorſus negabat ſentiri contractionem, quæ diſtẽtionis tempus comparabat cum toto reliquo: quod non tantum conſtat ex contractione, ſed ex binis etiam quietibus. Altera ſentiri cõtendebat, ac rhythmos in motuum temporibus ponebat. Hæc quanto ſecta ſit perfectior & vtilior ad præſagiendum, clarius in proxima lucubratione aperiemus. Nec tamen nunc obſcurũ eſt, niſi obiter ſuperiora & negligenter attẽdiſti. Ex ijſdem, differentiæ rhythmorum pro ætatibus à qua proficiſcũtur cauſſa, nullo negotio inuenias. Cũ enim vtriuſq; motus plurimus infantibus vſus ſit, minimus ſenibus, & omne interpoſitũ tempus ætatũ vtrumq; vſum remittat, magis tamẽ cõtractionis rationi conſonũ eſt, vt quantum à pueris recedãt ad ſenes, tanto ſemper vtrũq; motum habeant tardiorem, magis autem contractionis. Ex his naſcuntur differentiæ rhythmorum pro ætatibus. de quibus latius in commẽtarijs de præſagatione ex pulſibus agemus. Iam etiam quamobrem vehementiſſimus ſit

Senes cur cõtractionẽ minorem quam diſtentionem habeant.

Senũ pulſus cur rarior q̃ tardior.

De rhythmis duæ ſentẽtiæ fuerunt.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 185 sur 282

©BIU Santé

Iuuenumpulſus cur vehemẽtiſſimus.

iuuenum pulſus,ſenum contrà languidiſſimus,in aperto eſt. Iuuenibus enim validiſſima facultas eſt,ſenibus verò debiliſſima. Eadem etiam alijs in ætatibus ratione, pro robore earum vel imbecillitate pulſus remiſſione & vehementia different.

Pulſuum pro temporibus anni mutatio.

» Ro anni temporibus. Medio vere pulſus maximi ſunt & vehementiſ=
» p ſimi, vt in temporibus: celeritate & crebritate moderati. Pari modo
» medio autumno. Vergens autem ver,nonnihil de magnitudine & ve
» hementia detrahit,ſed auget celeritatem atque crebritatem. Tandémque, in=
» eunte iam æſtate languidi,parui,celeres,crebríque fiunt. Autumni progreſſus
» cuncta imminuit,magnitudinem, vehementiam,celeritatem,crebritatem. Ita
» ineunte hyeme,in paruitatem conuertuntur,& remiſſionem,& tarditatem,&
» raritatem. Reſpondet autem initium veris fini autumni, illius finis initio hu=
» ius. Aeſtatis item principium ſuo,& principium hyemis ſuo fini. Proinde quæ
» pari ſpatio à media æſtate, & media hyeme in vtramque partem deflexerunt,
» ſimiliter variant. Porrò media ætas partim conuenit cum media hyeme, par=
» tim diſſidet. Nam parui vtrobique & languidi ſunt: ſed celeres atque crebri
» æſtate,tardi rarique hyeme. non perinde tamen parui æſtate vt hyeme,ſed æſta
» te minus. Nec ita hyeme languidi,vt æſtate, cæterum minus hyeme. ¶ Quæ
accidunt ex tem[illegible]ribus,in tres referũtur haſce cauſſas,in vſum, facultatem,

Vere cur vehemẽtiſſimi pulſus & maximi.

& inſtrumẽta. Nam [illegible]out in [illegible]hæc ſingula variant,mutantur pulſus. Ac me=
dio vere aëris ſtatus nos[illegible]phitentis temperatiſſimus eſt: Itaq; corpora etiam
ſunt ſana. Hoc enim ſemper memoria tenendum eſt, hoc tempore præ cæte=
ris,à quibus animans affi[illegible]tur, facultatem robuſtiſſimam eſſe,& calorem tem=
peratiſſimum,& etiam inſtrume[illegible]a in ſumma mediocritate eſſe, quòd nec hu
miditate immodi[illegible]a mactant, nec ſiccitate ſqualleant, neque veluti rigeant
gelu ac congelaſcant, neque calore quaſi remittantur langueſcántque. Vn=
de & pulſus corporibus quidem optimè comparatis maximi & vehementiſſi=
mi fiunt. Nam in illis pulſ[illegible]n p[illegible]ætatibus,temporibus,regionibus,& id ge=
nus alijs mutationibus prodidiſſe literis Medicos declaraui,vt alia loca ne citẽ,
in ſecundo libro de pulſibus dignoſcendis. Itémque eos,qui eius ſtatus ſunt,
magnos eſſe ædituros & vehementes pulſus,in primo libro docuimus. Siqui=
dem hi facultati validæ peculiares ſunt,& moderato vſui,inſtrumentíſque na=
turali lege conſtitutis. Nam ſi quid mediocritatem vſus excedat, non magni
ſolum & vehementes, ſed & celeres fient. Si verò longius excedant, vt vſum

Vere cur pulſus,nec celeres,nec tardi.

iam actio non compleat,ilico mutatio addetur in crebritatem. Quia verò vſus
eſt moderatus, non tendunt,nec ad celeritatem,nec ad crebritatem. At enim
adiecimus orationi, vt in temporibus. Recte ſanè. Neq; enim plane maximi,
tum atque vehementiſſimi fiunt. Cum multo illis alij pulſus in naturis vehe=
mentiores atq; maiores reperiantur. Sed ſi pulſus cum alijs temporibus com=

Æſtate creſcit vſus & langueſcit facultas.

pares,tales medio vere euadunt. Nam æſtate quidem creſcit vſus, ſed langue=
ſcit facultas. Quamobrem aliquatenus decreſcit illa vehementia ſimul & ma=
gnitudo: ſed tamen hæc minus. Nam,quia vrget vſus, augetur nõnihil. Idémq;
momentum celeritati & crebritati non leue adfert. Contrà hyeme eſt ac æſta=
te,validior facultas: non æque tamen ac vere: ſed vſus remittitur generatio=

©BIU Santé

nis pulſuum. Quare languidiores pulſus hyeme quàm vere ſunt, & vehementiores quàm æſtate, atque veluti medium locum occupant inter vtraque tempora, nempè quòd & facultas teneat locum medium. Verum ſatis ſunt parui. Quoniam cum facultas infra ſummum robur eſt, tum vſus mire eſt remiſſus. Quæ ipſa in cauſſa remiſſio eſt, cur ſimul tardi & rari ſint. Hic rurſus memoria tenendum eſt dictum, quod aliquando declaraui, Hippocratis. Vſus eſt enim eius in mutationibus ex ætatibus, temporibus, regionibus, ſtatibus, omnibúſque eius generis: ne me quis cum illo exiſtimet pugnare. Neque enim „ ille abſolute dixit. Quæ augentur, plurimum habent calidi: ſed innati addit, vt quí alterum ſciret calidum acquiſititium eſſe: quod plurimum iuuenibus ſuppeditat. Nam temperatus eſt natiuus calor. Acquiſititius autem in- *Natiuus calor temperatus.* „ temperatus, & quaſi igneus eſt. Sic etiam: Vent[illegible]es, inquit, hyeme & vere cali- „ diſſimi natura ſunt. Imò ne hi quidem calidiſſimi abſolutè, ſed calore natiuo. Aeſtate pauciſſimum hunc habent: abundant verò aduentitio calore & ſqualido, vnde marceſcit potius, quàm nutritur corpus. Præterea functiones tantum abeſt, vt meliores reddat, vt illæ ne æquent quidem illas, quæ in moderato obeuntur. Hæc ſi retinuerint lectores, nihil me nec in hac oratione, nec in reliquis diſſidere ab Hippocrate vllus arbitrabitur. Poſtrema de regionibus & ſtatibus præſcriptũ eſt tironibus. Quæ [illegible] x ſuperioribus clara eſt, ac cauſſam habet apertiſſimam. Itaque ſolum [illegible] quædam deſcribam caput, quod hoc eſt.

Pulſuum pro regionibus & ſtatibus mutatio.

„ Ro regionibus perinde, vt pro temporibus. In vehementer calidis,
„ p ſicut media æſtate. In magnopere frigidis, vt media hyeme. In tempe-
„ ratis ita vt medio vere. Ad harum proportionem in his, quæ medium
„ locum ſunt ſortitæ. Porrò aëris nos circundantis alij ſunt, qui calidi ſunt, ca-
„ lidis temporibus: frigidi frigidis, medij verò veri reſpondent.

Prægnantium pulſus.

„ Rægnantium maiores, crebriores, celeriorésque pulſus ſunt. Præter-
„ p ea nihil mutatur. ¶ In prægnantibus præter vſum, mutatum prio-
rum nihil eſt. Quicunque hic ſit, omnino increſcit & augetur: quòd *Prægnãtibus vſus tantum mutatur.* mulier non ſibi iam ſoli reſpiret & pulſet, ſed fœtui etiam cogatur. Rationis ergo eſt, vt celeriores, & maiores ſint, crebrioréſque. Nihilo tamen vehementiores ſunt, vel languidiores, vel duriores, vel molliores: ſanè eadem conceptus ratione. Neque enim, vt ex eo, vlla facultati, vel inſtrumentis prægnantium facta mutatio eſt.

Pulſuum ex ſomno mutatio.

„ Am ſomni etiam ſint, ſiquid aliud, naturales, qui & ipſi variant pul-
„ i ſus: initio minores, languidiores, tardiores, rarioréſq; reddunt. Poſt-
„ ea tarditatem pedetentim augent & raritatem, præſertim à cibo. At
„ maiores ſunt & vehementiores. Tandem ad remiſſionem & paruitatem re-
„ deunt. Tarditatem & raritatẽ retinent. ¶ Quæ ſit cauſſa, cur concoctiones per ſomnum meliores ſint non in ventriculo modo, verumetiam in venis, in

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 187 sur 282

©BIU Santé

arterijs,in omni denique animalis corpore,non eſt huius loci explicare.Neq; enim de cauſa,quænam illa ſit conuenit inter omneis Medicos.Equidem hoc in præſentiarum de illa breuiter dico.Facultas concoctrix ſe intro per ſomnum recipit magis,& in altum.Ergo quia intro mouetur & materiam conficit:primo veluti imbecillior redditur ac oneratur.paulopoſt cum fruitur alimento,quod conficit,confirmatur ipſa,ac calor creſcit animantis.Vt qui frigidiores cibos comederunt,ilico frigidiores ſe animaduertunt,multíq; adeo illorum manifeſte & horrent & rigent,haud multo poſt fiunt calidiores.Proinde ſi natiuus calor eſt,qui concoquit cibos:ac qui huic præſunt motus,vt ratio fuit Hippocratis,qui foras tendunt,vigilias:qui intro,ſomnos conciliant: facilime rationem ac naturam commentemur pulſuum mutationis,quæ ex ſomno proficiſcitur.Quòd ſi qua eſt alia huius molitrix facultas,certè quia conſenſum eſſe traditum eſt mututum omnium facultatum,quæ animali moderantur:non mirum eſt,ſi quid hæc facultas naturalis cõſentiat cum illa.Sed hoc ſi ſemel admiſſum ſit confirmari & debilitari viciſſim facultatem,quę pulſum creat,prompte expedias cauſſam.Nam quia oneratur illa initio ſomni, atque debilitatur,minores & languidiores pulſus oportet exiſtere.At mox ea confirmata,è diuerſo,maiores vehementioréſque.At enim quid ſimul tardiores & rariores fiunt?Erafiſtratus vt æquum cauſſam confert in motuum voluntariorum requietem,quæ idcirco referri oquat probe:non ſomnum in cauſſa ponit.Hippocrates ac cæteri,qui vel ſine calorem intro ferũt per ſomnum,qui quidem Medicorum ac Philoſophorum ſunt pene omniũ probatiſſimi,in huius incrementa,& decrementa,motúſque diuerſos cauſſas conferunt.Immiſcui enim dicũt,ac veluti ſuffocari,vbi in aceruum ſubito incurrat ingeſtæ materiæ.Quomodo ignem quoque,cum in lignorum ingentem ſtruem incidat.Atque vt idem ignis,vbi ſuperior euaſit materia,firmior fit,& ingens:ſic innatus calor,cum reparatur alimento,confectis iam ſuccis,in quos inuaſerat, copioſior quàm ante fit & validior.At cauſſas adhuc tarditatis & raritatis non expediuimus.Imo aliter me iudice res habet.Quando dormientibus motus caloris,qui foras tendit,imminutus eſt:viget autem qui intro,contractionem oportet celeriorem fieri,diſtẽtionem verò tardiorem.Ac ſic quidem manifeſto fit.Qui contractionem non aſſequuntur arteriarum,ſed diſcernunt ex ſola diſtentione pulſus,hi tardum abſolute volunt dormientiũ pulſum eſſe. Ille autem abſolute nõ eſt tardus:ſed altera ex parte tardus,totus non tardus potius q̃ celer.Nam cuius tarda diſtẽtio,& celeris eſt cõtractio,is neutro horũ nominũ appellandus eſt,nec celer nec tardus,ſed ſunt diſtinguendæ eius partes.Quod in reſpiratione fecit Hippocrates.Iam verò etiam altera ſui parte paruus eſt dormientium pulſus.Siquidem plurimum contrahitur,diſtenditur autem non plurimum,ſed quantũ contrarius motus neceſſe habet reddere cõtractioni.Porrò arteria in pari ſemper interuallo mouetur in cõtractione ac diſtẽtione:niſi quãdo rhythmũ ſubito immutet.terminis verò vnde proficiſcitur,& quibus finitur,variat.Nam cũ motus,qui intro pergit,præpolleat, atq; prorſus cõſideat,rurſúſq; inde incipiat qui foras tendit motus,haudquaq̃ hic diſtentionem plurimum producit.Contrà cum præpolleat motus qui foras concitatur,contrario debili,minime tunc ab extremo orditur collapſu

Facultas initio ſomni oneratur,poſtea cõfirmatur.

In ſomno cur tardiores ſimúlq; rariores pulſus.

Dormientiũ pulſus altera ex parte tãtũ tardus.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 188 sur 282

©BIU Santé

in diſtentione, ac ſummam tandem magnitudinem aſſequitur. Cumque inde inceperit denuo qui intro fertur motus, finé contractionis, vnde incepit diſtendi, facit. Ita cum facit ſemper veluti motuum quendam orbem, modo intro magis, modo foras fertur. Quam ob rem, qui duntaxat diſtentionem ſentiunt, his pulſus neceſſe eſt in ſomnis paruus & tardus videatur. Iiſdem neceſſe eſt vt imperitioribus in dignoſcendo, puſillam partem conſpici motus diſtentionis, & fugere maximam. Quippe in eo motu arteriarũ, internos motuum terminos ne exercitatiſſimi quidam attendunt. ſed contractionis hos finis fugit, & principiũ diſtentionis. Quo magis imperitos immenſam partem motus præterire oportet, totam propè contractionem, & partem non mediocrem diſtentionis. Quæ autem pars motus lateat, quam non ſentiant, qui tangunt, ea cum adiungatur ad tẽpus quietum, ſpeciem præbet pulſus rari: tametſi reuera dormientium pulſus nihilo rarior ſit: vt nec reſpiratio. ſed aperte etiam in hac expiratio, quæ cum exufflatione fiat, maior eſt: quietis tempori nullum accedit incrementum. Explicaui iam ſummam ferè de ſomnis. tamen quo res clarior ſit, addam reliquum. Pulſus dormientium, qua parte foras mouentur, ſimiles ſunt vigilantium pulſibus: qua intro, permultum videntur diſtare. Quòd terminos internos motuum non aſſequitur noſter ſenſus: ſed tum minor eſt, tum languidior quàm pulſus vigilantium. præſertim à principio ſtatim. nam poſtea magnitudo ei quædam & vehemẽtia adiũgitur. Etiam tardus in diſtentionibus eſt, in contractionibus velox. Et in ſumma, intro magis mouetur. Quare ſi vehementem in contractionibus eum dicas, nihil erres. Etenim excremẽtum ſuccorum confectorum veluti fuliginoſum excernere arteria per ſomnos, quòd copioſius tũ collectũ ſit, vehemẽtius auet. Vnde motus, qui intro fertur, vel hoc nomine præpollet. At verò vbi abſolute ſucci cõfecti ſunt, ſi in ſomno homo permaneat, immoderatus erit vtiq; talis ſomnus. Motus autem merito ſit vterq; minor, tardus, imbecillus, rarus. Somnus enim, quod vel ex poetis audias, mortis eſt frater. Vna illi hæc conuenit cum viuentibus, confectio alimenti. Reliqua mortuis ſunt ſimilia, non videre, non audire, nihil intelligere, vel cogitare, vel ſentire, ratione carere, proiectum eſſe. Et verò quid aliud (ſi illud vnum, quod commune adhuc cum viuentibus habet, ſit ablatum) niſi recte via ad mortem dicatur? Iam etiam primũ eſſe & natiuũ caloris motum, cum foras & extra ſeipſum mouetur: Secundum, cum intro & in ſeipſum, qui propter nutrimentum comparatus eſt: id iam pridem multis locis diximus. Qui vbi non amplius in nutrimento detineatur, neq; proprium ſuum motum, quo fertur foras, repetat, ſed otioſus ſit vtrinque: habet tum certe imaginem mortis, remittitúrq; eius contentio, vnde oritur languidus pulſus. diſſoluitur porrò motus, quam ob rem paruus, & tardus, & etiam rarus fit. Quòd ſi increſcat etiam atq; etiam paruitas, tarditas, raritáſq;, propemodũ nihil mouebitur. At hæc mors erat. Habes omnia de ſomnis. Quanquam præterea Archigenes pleniſſimos dicat pulſus in ſomnis videri. Appollonides inaniſſimos, mihi certum eſt de his non producere orationem, cũ in ſuperioribus lucubrationibus falſo hoc probauerimus genus pulſuũ inductum ab Herophili ſucceſſoribus eſſe, ſicut multa alia. Neque quicquam habet admirationis, ſi in re, quæ plane diſcerni nequit, inter ſe Archigenes &

Somnus mortis frater

Caloris duplex motus.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 189 sur 282

©BIU Santé

Apollonides diſſideant. Neque enim communis ſenſus affectũ, ſed ſuas vter-
que opiniones ſcripſit.

Expergiſcentium pulſus.

» Vi expergiſcuntur,è veſtigio pulſus magnos, vehementes,celeres,
» q crebros,& cum quadam vibratione habent: qui mox mediocrita-
» tem aſſequuntur. ¶Non perinde in ſomnum incidimus vi-
giles,ac ex ſomno euigilamur.quòd hoc ferè ſubito, illud omnino pedetẽtim
fiat. Etenim turbulenta inſomnia,vel ſi quis vociferetur, perſtrepat, tangat
dormientem,celerem & ſubitaneam concitat mutationem. Quocirca pulſus
illos, quos commemorauimus, qui in eum modum immutantur,clariſſime
percipiunt.Nec tamen in alijs,qui motu innati caloris foras progrediente ex-
citati ſunt,fugiunt exercitatos. Nam ſomnus incidit,cum natiuus calor aut
ex fatigatione,& nimia ſiccitate ad alimentum ſe conuertat, aut ob immodi-
Sõn⁹ duplex. cam humiditatem foras nequeat progredi.Quorũ eſt ſalubris primus & na-
turalis.Alter,quem memorauimus,veluti ſomnus qui eſt in comatibus & le-
thargis.Cui oppoſita eſt phrenitidum & vigiliarum non naturalium vigilan-
tia:vbi deſiccatus natiuus calor eſt & quaſi inflammatus,atque idcirco foras
quoque mouetur immodice. Sed affectus præter naturã, quos nec vigilantiã
nec ſomnũ,ſed vigilias & comata potius voces,relinquã in præſenti. At ſom-
ni naturales ſimúlque vigilantiæ ita,quomodo ante diximus,gignũtur: Nam
cum indigeat ſimúlque deſideret naturalis animalium calor copioſam humí-
ditatem,ideóque in viſcera conueniat & ventrem:fit ſomnus. Qui ſimul at-
que ea ſatis fruitus eſt,vt naturalem iam qualitatem recuperauerit,expergi-
ſcuntur.quo quidem tempore illę cõuerſiones nullo modo citra vim aliquam
fiãt.Nã in alimento cõcoquẽdo quia ſuccreſcit humiditas vaporoſa large cũ
in ipſa cute,tum in poris,corporibúſque ad externam ſuperficiem vſque in-
terpoſitis omnibus, non perinde iam calori procliuis eſt ad externa motus.
Quare vt hanc diſcutiat,remoueãtque, & meatus repurget, & etiam corpus
vndequaque ſibi penetrabile reddat, poſtulat primos vehementes atque vio-
lentos motus.Quod vbi perſpirabile,purũmque reddidit,ad naturalem ſe re-
cipit mediocritatem.Hinc pulſus ilico experrectis ex ſomno magni,& vehe-
mentes,& celeres æduntur.Præterea ob motus vim nonnihil vibrantur.Pau-
lopoſt ad natiuam mediocritatem reuertunt.Deinceps tironibus ſcripſimus
σχίσεις. de corporis aduẽtitijs habitudinibus: quas græce σχίσεις nos Hippocratem ſe-
» cuti appellamus, qui in libro de articulis dixit. Cæterum refert etiam nonni-
» hil corporis habitudo.Ac pulſus nos in vtraque illarum maxime conſpicuos
prodemus,quorum facile nunc ſit adiungere cauſſas ex cõmemoratis. Nam
quæ de naturalibus differentijs corporis tradita ſunt, eadem dicentur de ad-
uentitijs. Quò breuior ero,ſolúmque ipſum illinc caput ſubijciendarũ cauſſa
rerum huc tranſferam,quod ita habet.

Pro aſcititiis habitudinibus pulſus.

» Scititiæ habitudines corporis perinde pulſus vt naturales immutãt.
» a Nam gracilis natura ſi quadratus euaſerit,huic qui talis natura eſt,
» aſſimilem pulſum habet.Sin quadratus factus gracilis ſit,aſſimilem
» gracilibus natura.Conſtat autem gracilitatis & quadrati corporis citra facul-

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 190 sur 282

©BIU Santé

» tatis immutationem,æſtimandam differentiam eſſe:itáque in omnibus alijs vt
» vnum id tantum vbique,de quo in præſenti diſputemus, mutetur. Quæ dixi=
» mus de quadratis, hæc etiam de corpulentis maiori tamen cum incremento
» ſunt interpretanda. ¶In eum illic modum de habitudinibus corporis diſ=
ſeruimus. Appoſuimus itidem de temperamentis, caput etiam hic memoriæ
gratia ſatis eſt adſcripſiſſe.Eſt autem hoc.

Pro aſcititiis corporis temperamentis pulſus.

» Am etiam temperamenta corporis aſcititia pulſus naturalibus tem
» i peramentis mutant conuenienter. ¶Scilicet ad eundem hic mo
dum,vt de anni temporibus diximus.Calida calidis, frigida frigidis
aſſimiles pulſus creant. Nam temperamentorũ in humiditate & ſiccitate dif=
ferentia continebatur in habitudinibus corporis.Siquidem ſiccis gracilitas,
corpulentia eſt humidis familiaris.Verum hæc in libris de temperamentis de=
clarauimus.Præterea hoc quoq; corporis duritiam tẽperamentis ſiccis,molli=
tudinem comitari humidis.Itaque pulſus his mollis eſt,illis durus.

Pulſuum pro exercitationibus mutatio.

» Vnc alias mutationes, quæ cauſſas non habent naturales recenſea=
» n mus. Exercitationes primo,quæ moderatæ ſunt,vehementes, ma=
» gnos,celeres,crebros pulſus efficiunt:ſi multæ ſint & vires excedãt
» laborantis,paruos,languidos,celeres,& crebros in ſummo.Nimium immodi=
» cæ,adeo vt ægre iam ſe poſſit mouere & multis interpoſitis quietibus: aut ni=
» hil prorſus poſſit,ſed remiſſę vires impenſe ſint,pulſus mire paruos,& langui=
» dos,tardóſque,& raros.Quòd ſi peruentum eò ſit,vt vires oppreſſę ſint:pul=
» ſus creant illis proprios.Quales autem excitet pulſus facultas oppreſſa,dice=
» mus paulo inferius. ¶Habes caput,quod illo in libro conſcripſi.Nunc iam
addam cauſſam,facultas in exercitationibus vniuerſam adhibet contentionẽ,
vnde pulſus vehementes excitantur. vſus autem increſcit, vnde magni,cele=
réſque.Hic quandoquidem binis acceſſionibus augetur,ſpiritu exhauriendo
& caloris incremento, ideo etiam, quoniam eorum vſus non ſatis magnitudi
ne & celeritate completur,crebri fiunt.At quæ vires excedunt exercitãtis ſe,
efficiunt paruos & languidos propter earum imbecillitatem:tamen illos qui=
dem adhuc,quia vrget vſus,crebros: at non celerrimos propter facultatis in=
firmitatem:ſed pro his creberrimos.idque quatenus actio longe vſu inferior
eſt.Quòd ſi adeo quis cogatur laborare,vt nõ modo ſuperiores facultate labo
res ſint,ſed continenter neceſſe habeat interquieſcere,huic refrigeratur vni=
uerſum corpus.Pulſus autem ob imbecillam facultatem lãguidi ſunt & par=
ui: ob frigus nec celeres,nec crebri.In aperto ratio eſt,ſi memineris priorũ.

Ex balneis calidis pulſuum mutatio.

» Alneæ calidæ,dum ſint moderatæ,pulſus creãt magnos,celeres,cre
» b bros,vehementes.Immodicę paruos & languidos,tum adhuc cele=
» res ac crebros. Quòd ſi hic non relinquantur,paruos, languidos,
» tardos,atque raros ¶Ex balneis ſi in tempore vtaris,omnino corpus com=
moditatẽ aliquam percipit. Nam cũ defeſſi ſimus, incaluerimus, ſimus refri=
gerati,deſiccati,nauſeam aut temperiem inæqualem ſentiamus, deniq; ſi va=
cuatione opus ſit nobis:illas nos ſubimus . In illis autem omnibus tempori=

©BIU Santé

bus corpori reſtituitur mediocritas temperamenti, vires corriguntur, oportunus augetur quidam calor, ac pars digeritur ſpiritus vnà cum ſudoribus. Quare calidæ balneæ par eſt, ſi ſint moderatæ, vt ad eum modum mutẽt pulſum, ſicut declarauimus immutari, cum facultati cõmodatur, & augetur vſus. Immoderatas, planum eſt facultatem diſſoluere, vſúmque præter modum intendere. vnde fit, vt creberrimos creent, celeres autem perinde vt priores: niſi ſanè facultas ſemel depreſſa ſit. Nam tum quidem formicantes, quos appellant, prodibunt. Quòd ſi ab immodicis balneis deſtiterint, nec lauẽtur amplius, ſanè refrigerabitur corpus, ac facultas opprimetur. Quam ob rem mutatio pulſuum ea exiſtet, quam in libro primo docuimus excipere facultatis imbecillitatẽ & vſus remiſſionẽ. Hoc enim in præſenti ſatis eſt ſi demonſtrem, quẽadmodum ex ſingulis præcedentibus, & externis cauſſis ad primas mutatio & præcipuas penetret, quas vocant continentes. vt autem ex illis pulſus neceſſario alterentur, in primo aperuimus libro.

Ex balneis frigidis pulſuum mutatio.

» Rigidæ balneæ ilico paruos, ac languidiores, & tardos, raróſq; pul-
» f ſus efficiunt. Poſtea, prout id ſit, quod induxerunt. Omnino vel tor-
» porem inducent, vel robur. Quæ torporem intulerunt & refrige-
» rarunt, paruos & languidiores & tardos raróſq; efficiũt. Quæ excalfecerunt,
» & robur conciliarunt, magnos, vehementes, celeritate & crebritate modera-
» tos. ¶Balneæ frigidæ è veſtigio refrigerant omnino. poſtea vel confirmant vel obruunt facultatem, vnáq; perfrigerant. Nam id eſt torporem inducere. Itaque & pulſus prò ratione cauſſarum immutantur. Quod verò non poterat tum tironibus explicari, id nunc declarabo. In frigida lotione arteriarum motus plus intro quàm foras fertur, quòd & calor illuc ilico magis feratur. Quòd ſi intus arterias poſſemus contingere, omnia quæ aliàs in diſtentionibus animaduertimus, hæc in contractionibus hic apparerent, magnitudo, celeritas, vehemẽtia. ſed hoc quia nõ poteſt vlla ratione, ab ijs quæ in diſtentionibus percipimus, totos pulſus ſic appellamus: Paruos, quia multo minor diſtẽtio id tẽporis eſt quàm antea: Tardos item, quòd aperte remiſſus eſt motus: Iam raros quoque, quòd alij etiam omnes, in quibus plus motus intro fertur, tales eſſe viſi ſint cõtractionẽ non ſentientibus. Cauſſa ante explicata eſt. Languidos non diximus abſolute, ſed ſcripſimus languidiores: qua voce paruam mutationem ſignificauimus in remiſſionem eſſe.

Pulſuum mutatio ex cibis.

» Ibus largus, vt etiam grauet facultatem, pulſus inæquales atq; in-
» c ordinatos concitat. Archigenes vult celeriores quàm crebriores.
» Modicus, magnos, celeres, crebros, vehementes. Parcior, quàm qui
» ſatis nutriat, non æque ac moderatus, cæterum minus mutat, neque id diu.
¶Cum poſſimus in ſingulis capitibus in hoc libro præſcriptis, primum quæ alij de ijs cenſuerunt, cõmemorare, deinde eſſe falſos cõfutare, non hoc facimus: ſed ſtatim ad id, quod probatum & verum eſt, accedimus, id agentes, vt operis, quoad eius fieri poſſit, prolixitatem contrahamus. Quod cum nunc & ſua ſponte longum ſit, quid fiet, ſi veterum præterea opiniones vnà cum confutatione congrua complectatur, nónne in immenſum ducetur? At qui tem-

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 192 sur 282

©BIU Santé

pore ad diſciplinas abundat, ardétque cupiditate Medicorum omneis opiniones cognoſcendi,huic lucubratio hæc certò ſcio viã muniet,vt per ſe inueniat,vbi bene ſentiant,& vbi errẽt.Et quidem alio ipſi loco multa ſcripſimus, quæ his,qui in ea voluntate ſint,conducent.De propoſita quæſtione in libris, vbi inquirimus in Eraſiſtrati artem de pulſibus, opinionis clare errorem, vt puto,prodidimus,Adhæc vbi diſcrepamus ab illis,qui peritiſſimi habentur in arte de pulſibus, de his item vir, qui ſapientia ſit præditus, facile mihi videtur horum præſidio,quæ nunc tradidimus, exiſtimaturus. Inueniet ea enim fere partim in ſola dictione,partim in exactis & diſtinctis explicationibus cõſiſtere:vt etiam hæc,de quibus nunc agimus.Nam cum ſcribat Archigenes in
„ hunc modum de cibo facultatẽ onerante. Hic,quia premit,languidiores mi-
„ noreſq; pulſus cõcitat,& celeriores q̃ crebriores.Nos ſecus,at quẽadmodum
„ ſcripſimus?Cibus largus,vt etiam grauet facultatem,pulſus inæquales,atque inordinatos concitat.Qui autem opera artis diligenter obſeruat,non in cibo tantum,ſed & in alijs affectibus omnibus,in quibus oneratur facultas, reperiet inæquales pulſus.Atque hoc ſcilicet ipſum eſt,quod imbecillam facultatem ab onerata diſtinguat.Simul enim cum eo proditur noxæ magnitudo.Si inter multos magnos & vehementes,pauci offendantur parui languidíque, puſilla eſt offenſio facultatis. Contrà,ſi pauci magni & vehementes,parui autem atque languidi multi ſint,ingenti in eiuſcemodi affectibus,onere oppreſſa eſt facultas.At verò parui & languidi pulſus perpetuo fiũt, nullo interpellante contrariorum,nõ in oneratis,ſed in obrutis facultatibus.dum verò per ſe quidem validæ ſint,ſed abs quopiam grauentur & premantur,omnino vehemẽtes & languidi pulſus commiſcentur,etiam ſi ſummè offenſæ ſint. Incuriè igitur ſcribit Archigenes lãguidiores & minores pulſus fieri facultatibus cibo oneratis.Sunt enim oppreſſarum hęc non oneratarum ſigna facultatum. Atque vt in differentijs magnitudinis & vehemẽtiæ ſunt inæquales.ſic in differentijs crebritatis & celeritatis . Quare ne iſthuc quidem queo conijcere, quemadmodum Archigenes ſcripſerit,celeriores eos quàm frequẽtiores eſſe: niſi ſi hoc dicere velit,licet ſint hi inæquales,maiore numero tamẽ celeres tardos vincunt,quàm raros crebri. Etſi ne hoc quidem verum eſt,ſi ita nude proferatur,nec diſtincte.Imò offenſiones leuiores, celeres magis quàm crebros: Grauiores è diuerſo crebriores pulſus,quàm celeriores reddũt.Cauſſa in aperto eſt ex demonſtratis in primo libro.Siquidem cẽleritas facultati peculiaris validæ eſt,crebritas imbecillæ.Iam aliorum etiã, de quibus deinceps dicemus, niſi exciderunt ea tibi,quæ primo in libro docuimus,in promptu eſt cauſſa.

Inæquales pulſus fiunt facultate onerata.

Cæleritas facultati validæ peculiaris eſt.

Pulſuum mutatio ex vino.

„ Inum pulſus cætera vt cibus variat:hoc verò intereſt,quòd ilico im-
„ v mutet,& citius mutatio à vino profecta recedat,quàm illa quæ à ci-
„ bo: quòd item celeritatem amplius & magnitudinem, quàm vehe-
„ mentiam & crebritatem augeat. Quanto enim vehemẽtius moderatus cibus
„ conſtantiúſque robur conciliat,tantum ferè vinum extollit magnitudinem.

¶Hæc quoq; oratio ſeipſa interpretatur,ac omnia ſubijcit nobis,quæ de vini virtute ſunt ab omnibus Medicis prodita.Appoſitio enim, quam facit, celeris eſt,quòd humidum ſit & calidum.Quicunque enim celerem, inquit, re-

Appoſitio per vinum cur celeris.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 193 sur 282

©BIU Santé

Vinũ cur cito digeratur

quirunt appoſitionem,his humidum medetur.Quando vero calor etiam dux eſt humiditatis,multo iam magis.Adhæc quæ affatim ſubitóque nutriunt,hęc celeriter permeant.Quam ob rem vt celerem, ita minime diuturnam à vino appoſitionem corpora accipiunt. Facile enim digeritur per halitum. Porrò quòd nutriat,pulſus ita vt cibus variabit:quòd autem amplius quàm ille calfaciat,inſigniorem adijciet illis & magnitudinem & celeritatem:id quod plane apertum eſt illis,qui retinuerunt, quæ in primis exemplis docuimus. Ac reliquorum,quæ in iſagoge prodidimus, ſi memoria teneas, quæ in primo libro ſcripſimus,omneis claræ ſunt cauſſæ. Quare præterita illorũ magna parte,cauſſas tantum illorum,quæ ſunt obſcuriora referamus:de quibus hoc eſt. Cur choleris,magnis alui fluoribus, mẽſibus,denique omnibus, quæ ex corpore vacuando facultatẽ debilitant, comitentur pulſus vermiculantes:at oppreſſæ à febre cacoethe facultati formicantes conſequantur?An quia pulſus, quò vermiculans ſit,tardus eſſe omnino & rarus debet?Neq; enim poſſit fieri, vt prior arteriæ pars prius moueri videatur,neq; vt fiant veluti circũſcriptiones in vna diſtentione multæ,ni tardus ſimúlque rarus ſit motus. At in acutis febribus (neq; enim poſſunt cacoethes non acutæ eſſe) non ſuſtinet pulſum caloris copia vel tardum in ſummo,vel ſemel fieri rarum:cæterum tardus eſt,aut non celer certe pulſus,cum opprimitur facultas. tametſi in eo quidam dignoſcendo hallucinẽtur: ſed non ſumme tardus tamen,rarus autem haudquaquam. Imò creber ſemper, ac vbi vis vrgeat caloris, magnopere eſt creber.Mihi quidem iam viſum eſt tertij huius libri hic finem facere. Reliqua in quarto perſequar,ab affectionibus animi exorſus.

TERTII LIBRI GALENI DE CAVSSIS PVLSVVM FINIS.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 194 sur 282

©BIU Santé

GALENI DE PVLSVVM CAVSSIS LIBER QVARTVS, HERMANNO CRVSERIO CAMPENSI INTERPRETE.

INter cauſſas,vnde pulſus alterantur,quæcunque mutationẽ moliuntur per ſe,continentes eorum generationem,ex quo ſunt continentes appellatæ,prioribus duobus libris expoſuimus.Quæ has præcedunt, quarum conſiſtit pars in ipſis animalium corporibus,pars extrinſecus accidit, has cum inſtituiſſemus duobus proximis explicare (quia ante etiam in libro illo,quem tironibus ſcripſimus de pulſibus,ſummatim de his & citra demonſtrationem tractauimus) operæpretium mihi eſt viſum,vt hic quoque de ijs agerem citatis ipſis capitibus,atq; diſtincte explicarem,ſimúlq; cauſſas adderem. Ac in tertio quidem libro de ætatibus,regionibus,anni tẽporibus,naturis,præterea de exercitijs,quæ vocãt,& cibo potúq; diximus. In hoc quarto, qui huius cõmentationis eſt poſtremus,de cauſſis præter naturã ſermonẽ habebo exorſus ab affectibus animi,deinde etiã de corporis affectibus, dicturus. Iam hic quoq; ad ſingula capita clauſulas traducã ex libro tironibus ſcripto.

Iræ pulſus.

IRæ altus eſt pulſus,magnus,vehemẽs,celer,creber. ¶Qui ſuperiorum eſt memor,huic etiam quæ de ira dicuntur,aperta ſunt. At de quo ante haud dum diximus, hoc eſt in præſentia adijciendum: vehementior ne tantum appareat pulſus iratorum,an eiuſcemodi ſit vere.Id enim omiſimus,etſi latius in primo libro diſputaremus,fere dubium. Neque enim ita quis fidem tũ haberet,ſi diceremus non apparere ſolũ, ſed eſſe etiam vehementiorem,vt iam adducetur,cũ ante in ſermone interpoſito multa ordine audierit,quæ referunt ad fidem,præſertim quæ de inæqualitatibus narrauimus, in quibus pulſus viciſſim clare videtur fieri languidus & vehemens: non quò tam repente facultas in imbecillitatem variet & robur,ſed quòd cũ cauſſis,quæ ſe moleſtãt,decertet,nec ſuperet perpetuo eas.Apertiſſime autem pulſus per bonas iudicationes vehemẽtes fiunt.Etenim facultas tum,vt, quæ moleſtiam exhibent,repellat, excitat ſeipſa.Quod & in animali cernas facultate,non tantum vitali.Defectienim quidam maxime vel per ſenectutem, vel per morbum vel aliam quampiam,quæ anteceſſerit,laſſitudinem, ſi latrones ſubito conſpiciant ingruere,vel hoſtes,vel feram aliquam,concitato curſu aufugiunt periculum,neque in eo validis concedunt.Itémque in terræ motu ex ædibus exiliunt,aut per incendium,atque ocyſſime diſcurrũt. cum antea per infirmitatem progredi vix poſſent.Ex quibus omnibus liquet, facultates animalis moderatrices,ſi quãdo impendeat neceſſitas,maiore vi obire ſuas functiones.Quo minus mirum eſt,ſi in ira hoc contingat, cum videatur merito fieri.vt & in his etiam animaduertas,qui exercitationem ſubeunt,aut quam

Iratorũ pulſus vere eſt vehemẽtior

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 195 sur 282

©BIU Santé

aliam nauant operam,pulſus nõ in magnitudinem modo,ſed & in vehemen-
tiam conuerti.

Lætitiæ pulſus.

» Aetitiæ magnus,rarus,& tardus eſt pulſus,at vehementia nihil dif-
» l fert. ¶Lætis diffunditur per vniuerſum corpus calor:atque plus foras eius motus fertur,at in triſtibus intro. Vnde maior fit merito pulſus illorum.at non vehementior item.Neq; enim aſcititius ex affectu comparatur,neque validioris actionis vſus.Planum autem eſt hæc intelligi debere de lætitia,quæ per ſe & modicè pulſus mutat.Nam ſi nimia quidem lætitia ſit, vt facultatem opprimat,pulſus ſæpe per accidens contrarij exiſtunt. At tum oppreſſæ facultatis fiunt pulſus.Diximus enim ante,qui inter affectus ſunt vehementiores,hos totam alterationem pulſuum ſolos moliri.

Triſtitiæ pulſus.

» Riſtitiæ paruus,languidus,tardus,& rarus eſt. ¶Et triſtitia etiam
» t refrigerat,& calorem intro concitat.Itaq; nõ iniuria contrarios pulſus efficit ſuperioribus,quos conſequi lætitiam dicebamus.

Timoris pulſus.

» Imoris recentis & vehementis celer,& vibratus & inordinatus eſt,
» t inæqualiſque.Inueteratus iam ſimilem habet triſtitiæ. ¶Timor è veſtigio,quia multis ſtatim mentem conturbat,iure inæquales ædit pulſus.Nam ante de hoc verba fecimus.Temporis diuturnitate pulſus tales creat,quales triſtitia.Neque quicquã à triſtitia abeſt diuturnus timor. Omnibus autem,ſi diuturna ſint,his,aut admodum ſint vehementia, pulſus ſuccedunt,vt ſolent diſſoluta facultate.Etenim diſſoluũt omnia hæc facultatem, breui quidem vehemẽtia,tempore verò contraria. Atqui paulo ante idem ex illis,quæ de lætitia retulimus, oſtendebatur. Nunc etiam adſcripſimus, quòd illis hoc in Iſagoge ſubiunximus, & etiam quòd de ſimilibus omnino ſtatuẽdum eſt idem.Longiorem verò interpretationem hæc oratio nõ quærit. quare ad ea iam,quæ conſequuntur,tranſeamus.

Ex dolore pulſus variatio.

» Olor,qui quidem variat pulſus:variat autem ingens,aut qui princi-
» d pes parteis tenet,vt etiã inflammatio:dum paruus eſt,atque initio,
» pulſum ædit maiorem,vehemẽtiorem,celeriorem,crebriorem.Au-
» ctus verò iam,& admodum validus,vt etiam vitalem contentionem offendat,
» minorem,languidiorem,celerem,crebrum. Ac quo diuturnior ſit, vel vehe-
» mentior efficiatur:hoc illorum quodque increſcit magis. Qui verò facultatẽ
» iam diſſoluit,in remiſſionem,& paruitatem,& falſam celeritatis ſpeciẽ, ingen-
» témque crebritatem commutat. ¶Vt in omni moleſtia facultas,ita in doloribus ſeſe ſolet,ad depugnandum & reijciendum id,quod infeſtat,concitare. Optimo igitur iure in magnitudinem,& celeritatem, vehemẽtiámque pulſus mutat.Quę ſi in eo nihil proficiat,veluti ex inani labore vis eius & contẽtio opprimitur.Itaque in remiſſionem motus ſuperata ab infeſtãtibus facultate recidunt.Quid autem falſam celeritatis ſpeciem dixerim, in tertio libro de dignoſcendis pulſibus declaratũ eſt.Iam etiam demõſtrauimus in horũ cõmentariorum libro primo,cur paruis pulſibus penè omnibus adiũcta crebritas ſit.

Paruipulſus fere ſimul crebri ſunt.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 196 sur 282

©BIU Santé

Inflammationis pulſus.

Inflámatiõis quæ totius corpus pulſũ immutat pulſus.

NFlammatio habet omnis communem pulſum veluti ſerrantem: vt alia pars attolli arteriæ, alia non videatur, cum illa ſcilicet videatur durior. Habet etiam vibrationis aliquid hic pulſus, ac celer quidem & creber eſt, nõ perpetuo magnus tamen. At ſingulis eſt ſuus proprius. Naſcentibus quidem maior iuſto, & vehementior, & celerior, & crebrior. Augeſcentibus adhuc cum illa omnia increſcunt, tum clare iam durior & magis vibratus eſt. Vigeſcentibus autẽ manifeſtior eſt, duriórq;, atq; vibratus magis ſed minor eſt quàm dudum, nõ tamen languidior, niſi facultatẽ excedat affectus. Quinetiam crebrior fit & celer. Quæ ſi diuturnior ſit, atque in ſcirrhum iam indureſcat, accedit illis gracilitas pulſus & durities. Hæc inflammatio habet, quæ pulſum per totum corpus immutat, vel quia magna eſt, vel quia principem partem inſidet. Si verò vniuerſum corpus non afficiat, pulſus in parte inflammata talis erit, qualem diximus. Creſcunt autem, quæ commemoraui- mus, ſingula, diminuuntúrq;, aut pro inflammationis quãtitate, aut pro ipſius inſtrumenti natura inflammati. Siquidem partes neruoſiores duriores ẽdunt pulſus, magíſque ſerrantes, & minores. Quæ pluribus venis præditæ ſunt & arterijs, contrà. Ac inter hos maior eſt, cum arteriæ in parte abundent, atque inæqualis facile fit inordinatúſque. Ex his liquet, qui pulſus ſit illorum, quibus inflammatum iecur eſt, vel lien, renes, veſica, colum, ventriculus. Præterea pleuriticorum, & peripneumonicorum, & breuiter omnium, in quibus partis inflammationem comitatur febris. niſi quibus in locis ob ſymptomatum naturam, quæ tum neceſſario ijs conſequantur, tum caſu adiuncta ſunt, prout quodque poſſit mutare, ita pulſus contingat variari: vt mixta ibi mutatio fiat, & quæ inflammationi congrua eſt, & quam loci natura, vel præſentis inducit ſymptomatis. Quibus enim inflammatum eſt ſeptum tranſuerſum, hi conuulſionibus ſunt oportuni. Quibus pulmo, ſuffocationibus. Quibus ventriculi os, ſyncopis. Quibus iecur, atrophiæ. Quibus ventriculus, cruditati. Quibus renes, vrinæ ſuppreſſioni. Adhæc partes inſigniore prædi- tæ ſenſu, etiam dolorum nomine pulſus mutant: quæ minus ſentiunt, pro affectu tantum. Igitur in inflammationibus varie pulſus ex his omnibus mutantur. Quæ quemadmodum diſcernenda ſunt, cum alio loco exacte tractauimus, tum verò in præſentia, quantum intereſt tironibus, perſequemur.

Inflámatiõis quæ partis alicuius pulſum immutat, pulſus.

¶Hoc caput eſt ex iſagoge quod pulſuum profectam ab inflammationibus mutationem clare docet. Porrò vt primæ cauſſæ & generationem eorum continentes afficiantur ab inflammatione, vt illam mutationem inducant, habemus explicare hinc exorſi. Omni parti, quæ inflammata ſit, hæc neceſſario duo accidunt, calor immodicus, & tenſio. Quæ vniuerſo corpori impartiunt ambo, vbi pars nobilis ſit, vel inſigni prædita inflammatione. Atqui immodicus calor, qui vniuerſum corpus occupet, febris eſt: quæ vſum pulſuum alterabit dilucide. At partis inflammatæ tenſio peruadit etiam arterias. quamobrem durior pulſus erit, eóque ſanè in neruoſis partibus durior, quòd præter cæteras hæ in inflammationibus tendantur, vt quæ ſint ſua ſponte etiam tenſæ: atque vnà ſecum parteis vicinas, quia ſunt ſcilicet fortiores, intendunt. Nimium calorem autem oſtendimus efficere per

Inflammatę partis duo ſymptomata.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 197 sur 282

©BIU Santé

ſe pulſum celerem & maiorem.quòd ſi quid deficiat vſui,ibi etiam crebrum. Recte igitur omnes, quos ex inflammatione febris arripuit, habent pulſum durum,& verò etiam ob intemperiem arteriarum,in vno occurſu inæqualem. Quæ ſi ambo coniuncta ſint, exiſtet dubio procul ſpecies illa pulſus,quæ veluti ſerrat tactum.Eam enim oportet,qui tangit, vt imaginem concipiat,vbi inæqualiter inſtrumentum durum occurrat. Erit porrò, vt diximus manifeſte celerior: ac, niſi reſiſtat durities, plane maior.Sin quid reſiſtat, tantum ſibi conciliabit vibrati motus, quantum imminuta magnitudo ſit. Iam etiam tanto hunc fore crebriorem, quanto minus diſtentio vſum compleuit,noſti, ſi, quæ ante demonſtrauimus, recordaris. Præterea inflammationibus paribus variationem pulſuum non parem comitari, ſed inflammationes partium conſitarum venis pulſus creare maiores, partium neruoſarum minores, ſed eos duriores magiſque ſerrantes.Nihil eſt enim in his quod non clarum ſit: ſi retineamus arterias magis tẽdi oportere à partibus inflammatis,quæ ſint neruoſæ. Partes autem arterijs abundantes, planè etiam copiam caloris in arterijs, vtpote calidioribus adaugebunt amplius, atque maximos idcirco excitant pulſus. Et ſi qua alicunde inæqualitas exoriatur, eam detegent manifeſtius. Duas enim,ni fallor,cauſſas eſſe docuimus inæqualium pulſuum,facultatis, quæ arterias mouet, ob hiimios humores, qui ipſam degrauent, imbecillitatem: præterea ob ipſorum inſtrumentorum affectus, oppilationes inquam,& conſtrictiones,atque tenſiones, preſſúſque. Quare nihil eſt noui, ſi inæquales in arterioſis partibus inflammatis pulſus fiant:cum molitrix facultas illorum facillime in talibus defatigetur, ipſáque inſtrumenta ſint affecta: Reliqua quæ in libro tironibus nuncupato ſcripſimus de mutatis ab inflammatione pulſibus non puto deſiderare interpretem.Itaque ad vnum nunc de proximis capitibus eſt digrediendum.

Serrans pulſus.

Inæqualium pulſuũ duæ cauſſæ ſunt.

Inæqualis pulſus cur in partibus arterioſis inflammatis.

Pleuriticorum pulſus.

Pleuriticorũ pulſus nõ eſt vehemens.

» Leuriticorum celer pulſus eſt & creber, nec admodum magnus,
» P videatur etiam vehemens eſſe.Eſt ille verò non languidus quidem,
» ſed tamen non vehemẽs ſtatim,quòd ad affectum refert. Siquidem
» vbique hoc memoria ſeruandum eſt:in vnaquaq; re mutationem eſſe pro illa
» re æſtimandam,diſtinguendúmque quod alia de re,non de illa acciderit.Pul-
» ſus itaque pleuriticorum,quia neruoſiorem quodammodo duriorémque ef-
» ficit arteriam,quaſi conuerteret in vehementiã,imperitis imponit,quos,quid
» interſit inter durum ictum & vehementem, latet. Ita quoque vulgus, quòd
» alias etiam differentias pulſuum diſcernere neſciat,has fortaſſis inſtitutiones
» accuſabit,atque ex ſua ignorantia damnabit recta præcepta. Verum non fa-
» ciam,vt hic longior ſim,cum ſeparatim de pulſibus dignoſcendis ſcripſerim.
» Quare vt rationem exerceatis ſimul & tactũ admoneo,vt in experiundo pul-
» ſum valeat tactus cognoſcere,non diſcernere ſolum ratione. Principium ve-
» rò eſt experiẽtiæ,ſermone expreſſa doctrina. Quippe nequeas vel crebritatis
» quantitatem verbis explicare:tametſi multum interſit, excedat iuſtum pleu-
» ritidis modum,an non aſſequatur.Siquidem exceſſus,vbi in peripneumoniã
» migret, aut denuntiet ſyncopam,neceſſe eſt fieri.Defectus in ſoporẽ,vel ner-

©BIU Santé

» uorum erumpere læſionem. Simili modo illa inæqualitatis ſpecies quæ ſer-
» rantis imaginem prebet, in primis pleuritidis proprium eſt ſignum, ſi remiſ-
» ſa eſt, mollis & probe maturandæ: ſi verò magna, difficilis, & admodum cru-
» dæ pleuritidis. Tales cum imbecilli facultate coniunctæ periculum habent. Si
» cum firma, aut tarde concoquentur, aut ad ſuppurationem deflectent, aut ta-
» bidus eas excipiet marcor. Atque eius, quæ concoquitur, pulſus pedetentim
» omnem deponit illam præter naturam mutationem. Quæ deflectit ad ſuppu
» rationem, habet pulſus ſuppuratorum proprios. Ita quoque quæ tabide mar-
» ceſcet, pulſus marcorum. ¶ Caput ex iſagoge hoc eſt, ac quæ aperte acci-
dunt pleuriticis, declarat: cauſſas autem non item aperit. Quamobrem eas hic
exponam. Pleuritis inflammatio eſt ſuccingentis coſtas membranæ, itáque fe- *Pleuritis quid.*
bricitant acutè. Quippe vicina eſt cordi. Quia verò ad eum modum febrici- *Pleuriticorũ cur celeris pulſus.*
tant, ideo habent pulſum celerem. Quòd neruoſa etiam pars ſit, quæ eſt affe-
cta, hinc inſigniter durus eſt. Iam, quia ita habet, ideo minor eſt quoque, quàm
febri conueniat. Quare vt & creber fiat, par eſt: quòd magnos pulſus calor
poſtulet, refragetur durities. diximus autem ante quantum ab vſu abſit ma-
gnitudo pulſus, reſarcire crebritatem. Inæqualis in ijs eſt crebritas, quòd nec
humorum qui inflammationem committunt, vna ſit ſpecies. Quare ſi ſint bi-
lioſiores, etiam febris acutior erit, ac offenſio quædam conſequetur facultatis.
Sin pituitoſiores, & lenior erit febris, & procliuior ad ſoporem. Nunquam
enim in pleuritide & peripneumonia fit, vt caput non lædatur, quòd humo-
rum excipiat in inflammationibus putrium fuligi[nem]. Verum cum putris hu
mor ſit bilioſus, vaporem habet in modum fuliginis acrem. qui mordicat, &
erodit, iritátque cerebrum: itáque ad delirium perducit. Si pituitoſus ſit, nec
fumo acri ſimilis, ſed caligini craſſæ turbulentæque, quaſi nubem quandam
ad caput attollens, humectat id, grauátque cereb[rum], cogítq; in grauem ſom-
num deferri ac ſopiri hominem. Recte ergò cum [pulſ]us in maiorem crebrita-
tem mutantur, aut peripneumoniam aut ſyncopam annuntiant. Peripneu-
moniam, quòd occupet ſemper offendátque lateris inflammatio vicinas par-
teis: vt quæ à calido gignatur feruentéque humore, atqu[e] facile moto. Syn-
copam verò ex affecta facultate vel per neruorum læſionem, vel ſoporem: cum
ex pituitoſis humoribus vaporantibus cerebrum repletur. Iam hoc etiam ſi
propellere offenſam ad ramulos valeat, cõſequetur læſio neruorum: & ſopor,
ſi nequeat. Ac talibus quidem humoribus rariores, cõtrarijs, puta bilioſis, cre-
briores iuſto modo pleuritidis pulſus eueniunt. Porrò autem medius eſt in-
ter raritatem & crebritatem modus in pleuritide, vbi qui morbum committit
humor, ſanguineus ſit. Sic etiam modus medius duritiei ex tali humore ac mo
derata inflammatione oritur. Augetur verò, aut ob inflammationis nimiam
magnitudinem, aut ob humores bilioſos. Itémque per contraria imminuitur.
Iam hoc quoque liquet, duris pulſibus euidentius cõſecuturam ſpeciem oc-
curſus veluti ſerrantis.

Suppuratorum pulſus.

» Vppuratorũ pulſus initio ſtatim pulſum refert vigeſcentis inflam-
» s mationis. Hoc enim initium eſt ſuppurationum. Nonnunquam in-
» æqualis eſt & inordinatus: ſed omnibus hecticus. Cum autem pus

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 199 sur 282

©BIU Santé

»prope ſit maturus, cætera ſimilis eſt : niſi quòd æqualior ſit. At cum erum=
»pit, languidior, latior, tardior, rarior. ¶Qui multum puris in capedine
Suppurati. inter thoracem & pulmonem collectum habent, hos Græci quidam ἐμπυόους, alij ἐμπυϊκοὺς, Latini ſuppuratos appellant. Qui fiunt, cum magna ad coſtas in=flammatio ſuppurat. Interim etiam comitantur peripneumonijs, deniq; omnes, quibus inflammatum viſcus aliquod ſuppurauit, ſuppuratos vocant. Hoc ergo caput de ſuppuratis, quod ex iſagoge propoſuimus, cum præcipue eſt in primis, quos commemorauimus, verum, tum verò in reliquis omnibus. Nam vbi ſuppurat inflammatio, quòd inſtrumenta vitiata & debilitata ſit facultas, non poteſt non pulſibus inæqualitas quædam & ordinis perturbatio moueri. Huic cumulus accedit naturæ cum ſymptomate certamen. Humor enim putridus, qui modo huc, modo illuc ſine ordine confluit, tum ſpiritum tranſitu intercludit, tum ad propulſanda naturam incitat quæ moleſta ſunt: vnde magni, vehementéſque, & alti, celeréſque pulſus oriuntur. Mox vbi defeſſa pugnando facultas ſit, aut ſi qua firmius pars ſit obſtructa, in contraria recidunt: dum ſeipſa concitet vitalis facultas, ac ad reijcienda, quæ ſibi ſunt infeſta, ſe conuertat: vbi denuo altiores, atque vehementiores prioribus euadunt pulſus. Ergo cum perpetua hæc ſit mutatio, inæqualitas in ijs neceſſario quædam, & ordinis perturbatio naſcitur, eáque dum fiat eruptio, perdurat. Quam ob rem hecticus eſt dictus pulſus illorum. Quod qui=dem nomen recétioribus Medicis ſignificat conſtanter manere illum eundem, & non in orbẽ veluti acceſſiones quaſdam facere, rurſúſque interualla, quod in alijs fit febribus. Perpetua eſt enim illa in motu arteriarum agitatio, donec fiat eruptio. At dirupta parte, quæ ſuppurat, plane erunt omnia contraria. Hic recordanda ſunt, quæ de lato pulſu in ſecundo libro, & de alto docuimus: neq; hoc poſtulandũ, vt de omnibus ſæpius repetamus. Nam vaſa iam erumpente pure deſinunt tendi, facultáſque defeſſa depugnando eſt, ac neceſſario homo eſt attenuatus. Quæ vbi conuenerunt, latus fit pulſus. Augebit porrò multo magis ad ſenſum quidem eius ſpeciem, aſcenſus ante eruptionem arteriarum. Siquidem quia illius adhuc ſumus memores, eíq; comparamus, quæ nunc apparent, pulſum reddi bene latũm arbitramur.

Suppuratorũ hecticus pulſus dictus eſt.

De marceſcentibus.

Proximum eſt de marceſcentibus caput: de quo etiam quæ ad cauſ=
p ſam inueniendam faciunt, primo loco tradam, deinde caput ipſum
ex Iſagoge aſſcribam. Nomen hic affectus inuenit ab flammis mar=
Marcor vnde dictus. ceſcentibus, quæ difficultate nutrimenti extinguntur. Ac vbi calor eodem modo marceſcit natiuus animantium, pulſus oportet eſſe languidos. Nam ita affectis facultas efficitur debilis. Quocirca etiam parui fiunt. Iam celeritate etiam quadam videntur præditi: quòd nec hæc abeſſe ab febricitantibus poſſit. Quia autem & febricitant, & facultate ſunt imbecilla, itáq; pulſum habent paruum, neceſſario iam ſimul crebrum obtinent: id quod & in libris prioribus eſt oſtenſum. Imbecillitati autem facultatis comitari item pulſum circumnuentem declarauimus, qui decurtatus eſt in vtraque parte. Atque planum eſt, eos ſemper pulſum habituros vndequaque ſimilem : quòd non ex humoribus affectus nec ex ſpiritu procedat, ſed in ipſis conſiſtat ſolidis

Marceſcentiũ cur pulſus perpetuo ſimilis.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 200 sur 282

©BIU Santé

partibus.In his enim corporis habitus vniuerſus, vt carbo quidam factus eſt. qua de re Hecticos proximi Medici hos pulſus appellant.At quibus iam calor extinctus eſt totus,quod accidit potiſſimum ſenibus, rarior quoque pulſus fit. Hunc marcorem Philippus vocat ex morbo ſenium. Quem ferè habent ſeneſcentes,& interim iuuenes etiam.De quibus optime Philippus ſcripſit non plane ignitis carbonibus hunc affectum ſimilem eſſe,ſed his qui extinguntur,ita vt in cinerem iam vertantur.Hæc viro prudentia prædito certe ad reliqua intelligenda ſatis ſunt.Itaque caput nunc ex Iſagoge aſſcribemus.

Senium ex morbo.

Marceſcentium pulſus.

» Arceſcentium pulſus non vno modo variat. Quare differentijs hi
» m quàm apertiſſimis diſcernendi ſunt. Qui vnà cum inflammatione,
» quæ non diſcuſſa ſit, commarcuerint,languidos,& celeriores,miré-
» que crebros pulſus habent,ac decurtatos magnitudine in vno ictu.Quos Ar-
» chigenes innuentes & circumnuentes appellat, vt aperte declaret diſten-
» tionis breuitatem cum vtriuſque extremitatis quaſi inclinatione. Neq; enim
» vt præciſis affatim,ſed ceu partibus vtrinque inflexis contrahitur, decurta-
» tus magnitudine & in vtriſque partibus.Atque hoc quidem non hi modo,ſed
» marceſcentes qualibet de occaſione habent ferè omnes: qui ex inflammatio-
» ne marceſcunt,omnes.& alij item multi.niſi illi ſanè, qui de occulta quapiam
» inflammatione marceſcunt. Eritque hic marceſcentium ex inflammatione
» proprius, nulli conueniens,qui aliam ob cauſſam marcuerit.At Hecticus om
» nibus marceſcentibus pulſus eſt, qui quidem ijs eſt communiſſimus.Secun-
» dum illum inæqualitas diſtentionis magnitudine decurtata, quæ etiam adeſt
» pleriſque. deinde crebritas. Etenim hæc quoque omnibus,qui ex inflamma-
» tione marcuerint,perpetua adhæret: omnibuſque adeo, qui ob ſyncopam ex
» corde vel ſtomacho affecto profectam in præſens periculum venerunt,ac de-
» inde vini potione præceps declinauerũt periculum,ſed tempore tamen mar-
» cuerunt.niſi ſanè hos quoque dicas ex paruis inflammationibus perire nobis
» incognitis. Siquidem ſunt inter eos, qui innuentem habeant pulſum: niſi e-
» tiam hos dicas ex inflammatione,alios citra inflammationem marceſcere.Ve-
» rum hoc in dubio eſt. Pulſum igitur hi habent hecticum, languidum,admo-
» dum crebrum, quem innuentem quidam appellant. Atq; alteram hanc mar-
» ceſcentes differentiam pulſuum ſunt ſortiti.Alia item tertia eſt eorum,qui ra-
» rum habent.Verum & his cum antegreſſa febris pulſus reddidit crebros,tum
» facultatis extrema diſſolutio abunde efficit crebros.Quod autem intercedit,
» omnibus refrigeratis febribus,nondum tamen extinctis ijs,in raritatem com
» mutat.Genus hoc marcoris ſenibus proprium eſt, præſertim cum aliquid vi-
» tij pulmo & thorax contraxit.Hi febrilem retinent pulſus duritiem, etiam ſi
» rarus ſit.Omnino paucis marceſcentibus in aliam inæqualitatem pulſus,ac il-
» lam,quam diximus, magnitudinis,vertitur.

Marceſcẽtiũ pulſus multis modis variat.

Innuentes & circumnuentes pulſus.

Marceſcentibus eſt hecticus pulſus.

Inæqualitas magnitudinis propria marceſcentibus.

Phthiſicorum pulſus.

Proxima eſt oratio de phthiſicis, quos vocant, qui pulſum facultatis imbecillitate paruum, & languidum habent, at non nimium celerem,vt plerique febricitantes: quòd non detineãtur vrente fe-

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 201 sur 282

©BIU Santé

Hecticus pulſus vnde dictus.

bre. Hi habent etiam pulſum hecticum, quòd & febrem habeant hecticam. Sic à febre,quæ corporis occupauit vniuerſum habitum, appellatur pulſus. Ab his in libro ad tirones ſcripto caput ſequitur de Peripneumonicis.Quod quidem hic viſum mihi eſt aſcribere.habet autem ad hunc modum.

Peripneumonicorum pulſus.

„ Eripneumonicorum magnus eſt pulſus, & languidus, mollíſque,
„ p ſimiliter atq; lethargicorũ pulſus:niſi quatenus præpollet inæqua-
„ litate & in vno pulſu,& collectiua, quam vocant. In vno ictu,veluti
„ interpellatur, & vndoſus eſt, ac dicrotus interim fit. In collectiua,cum alias
„ differentias habet,tum modò intermittit,modò intercurrit. ¶Hoc caput
eſt,quod accurate,quæ peripneumonicis accidunt,docet.Cauſſas verò,ſi me-
moriam habes eorum, quæ docuimus in primis commentarijs, nullo nego-
tio inueneris.Neque enim eſt mirum, vel magnum eſſe pulſum illorum, vel
languidum,vel inæqualem ob pulmonis inflammationem,viſceris tam laxi &
mollis fiſtulíſque inanibus vndíque infinitis caui,tam porrò vicini cordi.Nam
quia laxum eſt,& molle, & vndique vacuum, à pituitoſiore atque craſſiore
ſanguine inflammatur : cum ſubtilis bilioſúſque fluat ferè, nec cum viſcere
vlla ratione cohæreſcere poſſit. Talis fluxio, pituitoſa inquam, tunicam irri-
gat vaſorum, frangit autem vim facultatis,quæ in illis eſt.Quo fit,vt magnos
ſimul & languidos pulſus reddat. Quia verò cum corde etiam viſcus conti-
nens eſt, multiformis generatur inæqualitas. Siquidem compreſſionibus ar-
teriarum, & conſtrictionibus, denique affectibus plethoricis oſtendimus in-
æqualitatem ſuccedere, potiſſimum ſi finitimæ ſint cordi.At qui quòd in pe-
ripneumonia comprimantur & degrauentur, conſtringantúrque, atque de-
biles ſint pulmonis arteriæ,quid refert dicere? Quapropter pulſus ijs dicro-
tus infrequens eſt, cum aliam habeant multam inæqualitatem: quòd dicro-
tus prorſus vaſis requirat quandam duritiem.quam quidem non contrahat
expituitoſa fluxione. Siquidem bilioſioris munus eſt cogere, ſiccare, tende-
re,indurare.Quæ quando minus ſæpe pulmonem infeſtat,ſanè erit rara quo-
que durities. Et ſi hæc, ſimul dicrotus pulſus etiam. Iam pro offenſæ magni-
tudine vel intermittentes pulſus,vel intercurrentes fore etiam in ſecundo
libro declaratum eſt. Quæ ſi exciderunt, nequicquam hæc legas. Si retines,
prolixiorem interpretationem non puto iam te deſiderare. Nam quæ in Iſa-
goge deinceps de peripneumonicis retulimus, ſi primorum memoriam re-
tines,non habent obſcuras cauſſas.quin hic quoque ipſum ſatis ſit caput dun-
taxat adſcripſiſſe. Cum autem febre teneantur acuta omnes peripneumoni-
ci,atque habeant adiunctum nonnihil comatis,vtrum ſuperius horum ſit,pro
eius ratione potiſſimum quantitas crebritatis inuenitur.Nam inſigniorem ſi
peripneumonia febrem habeat,pulſus erit multum creber : ſin maius coma,
minus creber erit.

Dicrotus peripneumonicis infrequẽs eſt.

Lethargicorum pulſus.

„ Ethargicorũ pulſus ſimilis peripneumonicorum eſt,magnitudine,re
„ I miſſione, mollitudine:ſed eo eſt tardior,rariórq;,ac minus inæqualis,
„ intermittẽs potius q̃ intercurrẽs.Eſt,cũ dicrotus fiat.At vndoſus ſem
„ per in altis quidé ſoporibus eſt,de quibus hæc dicuntur. Morborũ enim pul-

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 202 sur 282

©BIU Santé

» ſus exponimus,qui omnibus ſuis indicijs conſtent.quo,ſi qui aliquatenus de-
» ficiant, neque dum ſint integri, ſatis cognoſcere magnitudinem, & qua iam
» ſunt præditi,& quæ accedere ijs poteſt,valeamus. ¶Lethargum quoque ex
humore pituitoſo gigni,in commentarijs,quos ſeparatim ſcripſimus de mor-
bis, oſtenſum eſt.Vnde merito eius pulſus ſimilimus eſt peripneumonicorũ.
verùm hoc tardior,quòd procul à corde remotũ eſt cerebrum:Nam pulmo
quidem, ob vicinitatem, quæ ipſi intercedit cum corde, pulſus ſuo iure,cum
calidior ſit,celeriores, ac crebriores creat. Iam verò etiam magis inæquales
eos merito eſſe,ne hoc quidem eſt obſcurum,ſi prima retinuiſti.Itaque inter-
mittens eſt potius quàm intercurrens pulſus lethargicorum,longe enim fri-
gidior,& vt ita dicam,lethalior peripneumonia eſt morbus lethargicis. At-
qui frigido erat affectui proprius, facultatíque valde refrigeratæ pulſus in-
termittens.

Phreneticorum pulſus,

» Hreneticorum paruus pulſus eſt. Rariſſime autem conſpectus eſt
» p magnus eſſe.contentus eſt modicè.Durus & neruoſus eſt.mire eſt
» celer & creber.Habet præterea nonnihil vndoſi.Interim ſubtreme-
» re tibi videbitur.Interim etiam præciſus cum conuulſione quadam. Etenim
» febrium propriũ celeritatis ſymptoma hic obtinet clariſſime, in vtroque ter-
» mino diſtentionis,præcipue externo. Inuenias etiam inæqualitatis in poſitu
» genus inſigniter aliquando in illo apparere.Imò totam ſubinde arteriam ſua
» ſede deſerta conſpicias attolli potius cum vibratione ebullientem, quàm mo-
» re pulſus diſtentam. Pari modo delabi detractam potius, quàm contractam.
» At verò immodica eius crebritas proximam denuntiat ſyncopam. ¶Neq;
hic quidem cauſſas illorum,quæ diximus,inuenire magni laboris fuerit,ſi ſci-
as generari à bilioſo humore phrenitim,vt lethargum à pituitoſo:ſi item hoc
teneas, lethargum ex ipſo potius cerebro, phrenitim præcipue gigni ex te-
nui meninge & ex ſepto tranſuerſo. Quæ ſi memineris, etiam paruos meri-
to pulſus & duros eſſe,non habebis neceſſe diſcere.Atqui ſi affectus calidus
eſt, pulſus autem parui,omnino etiam crebri ſunt. Etenim prioris diſtentio-
nis defectum,demonſtrauimus ante in crebritatem pulſus mutare.Porrò vt
peripneumonicus pulſus raro dicrotus fit, quòd nihil prorſus habeat duri-
tiei: ſic phreneticus rariſſime vndoſus efficitur, propterea quòd & hic pla-
ne vacet mollitudine. Nam quòd ſubtremere facultatis ſit ſignum imbecil-
læ, alijs locis oſtendimus. Vbi ergo quæ in arterijs eſt facultas, amplius diſten
dere eas conetur (Nam hoc ob caloris abundantiam deſiderat) ídque du-
ritia tunicæ prohibeat, videtur pulſus quodammodo ſubtremere. Plane
tunc hoc potiſſimum accidit,vbi immineat ſyncopa: quomodo vbi conuul-
ſio, etiam motus eſt pulſuum conuulſus. At hoc phrenetici habent perpe-
tuum,vt cũ conuulſione quadam motus abrumpatur,non deſinat paulatim.
viget enim calor, ſúntque dura inſtrumẽta. Cum enim cupiat arterias ampli-
us facultas diſtendere,obſtat tunicarum durities. vnde violentia procedit &
præciſio illa conuulſiua.Sic incipiunt etiam arteriæ diſtendi ſubito & affatim
quaſi exilientes magis, quàm pedetẽtim diſtentæ.Sic etiam ex inflammatione
febricitantibus cunctis id his plus,illis minus videtur accidere: non in mo-

Subtremere ſignum facultatis eſt imbecillę.

Abrũpi motũ cũ cõuulſiõe quadam proprĩ phrenę ticorum eſt.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 203 sur 282

©BIU Santé

tus tantum exitu,ſed ab initio ſtatim. Omnium horum cauſſa eſt communis, vſus pulſuum auctus,vnà cum duritia tunicæ. Nam cum inſtet vſus, eóque quaſi in magnam facultas celerémq; erumpat diſtentionem:renitatur autem durities inſtrumentorum,in genus illud,quod retulimus,neceſſe eſt vt incidat motus.Quin etiam ob eandem hanc ſiccitatem, & duritiam, tentionémque vaſorum non mirum eſt,ſi intelligant,qui priora meminerunt,videri pulſum in ſitu inæqualem.At ne hoc quidem,inſignem crebritatem inſtare ſignificare ſyncopam. Ab imbecilla enim facultate oſtendimus oriri crebritatem. Poſthac dicemus de affectu, qui mixtus eſſe ex phrenitide & lethargo videtur:qui ideo etiam pulſus habet inter vtrũque affectum ambigentes. Naturã huius affectus alibi declarauimus. Itaq; pulſus eum merito habere mixtos,cũ ſit etiam ipſe natura mixta,non mirum eſt. Quam ob rem ſi id noris, non requiras iam longiorem interpretationem: ſed ſi caput hic quoq; aſſcripſero ex iſagoge,ſatis erit.Habet autem ad hunc modum.

Pulſus affectus conflati ex phrenitide & lethargo.

» Am etiam alius eſt affectus. qui ſiue medio loco ponendus ſit inter
» i lethargum & phrenitim,vt qui cum neutro in totum cõueniat: ſi-
» ue communis eſſe ambobus exiſtimandus,vt ex phrenitidis ſpecie-
» bus & lethargi mixtus, ſuo loco conſiderabimus. Nam de eius hic pulſibus
» agemus.At ne quaſi ænigma quoddam propoſitum ſit,per ſigna,quæ cum eo
Signa affectus cõpoſiti ex phrenitide & lethargo. » ſunt connexa,eum ob oculos ponam.Conniuent ferè oculis,ſomnolenti ſunt,
» atque ſtertunt.Rurſus oculis fixis ac inconniuentibus diutiſſime,vt Catochi,
» intuentur.Et ſi quid roges,atque ad colloquium compellas,difficiles ſunt &
» tardi ad reſpondendum.Plerunque etiam ſtulte loquuntur,nec recte reſpon
» dent,ac temere nugantur.Is eſt affectus,quem dico, qui ex ſignis ſibi adiun-
» ctis defectu proprij nominis cognoſcitur.Pulſus eius celeres ſunt, & crebri,
» perinde vt phreneticorum,minus tamen.Et roboris item minus ac illi obti-
» nent.Lati autem ſunt,& breues. Externum motum non habent ſubito trun-
» catum,ſed alio modo veluti intro ſe proripientes ſubterfugiunt,ac concitant
» contractionem,& quaſi ſuffurantur diſtentionem. Verùm in ea pulſui phre-
» neticorum non ſunt ſimiles,quòd truncatione illa careant.

Catochorum pulſus.

» Atochorum pulſus(κατόχους enim & κατεχομένους veteres Græci appel
» c labant: Iuniores ipſum affectum κατοχὴν & κατάληψιν vocant) cætera
» lethargicis ſimiles ſunt,magnitudine,tarditate,crebritate:vt nec to
» tius huius affectus ſpecies late ab illo diſſidet. catochorum tamen non imbe-
» cillus eſt pulſus,nec mollis:ſed in his ſanè multũ differt.vt etiã in hoc quòd la-
» xatur lethargicis,atq; intumeſcit vniuerſum corpus: contrà ſtipatur & cogi-
» tur catochis.Ad hæc inæqualitate & æqualitate inter ſe diſtãt. Aequalis enim
» pulſus eſt catochorum,Inæqualis lethargicorum.Archigenes arterię locũ au-
» thor eſt proprie in ijs inueniri calidioré:ſicut illis, quibus conuulſio imminet
» cũ ſopore. ¶Vniuerſa penè alia cũ lethargicis conueniunt Catochis,præter
quòd intumeſcat habitus & veluti obſtupeſcat. Vnde & pulſibus mutatur remiſſio & mollitudo: illa, quòd, cum intemperies nondum vniuerſum corpus occupauit, firma ſit facultas. Nec verò mollitudinem habent, quòd nec

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 204 sur 282

©BIU Santé

tunicam etiam arteriæ mollem. Arteriæ vero regionem non ſemper equidem reperi calidiorem, ferè tamen inuenitur manifeſte calidior. Cauſſa eſt & in hoc affectu & in alijs, vbi inuenitur idem ſymptoma, quòd refrigeratio habitus, non æque arterias attigerit. Etenim inæquali intemperiei multa talia vſu veniunt. Ac videtur quidem calidior locus arteriarũ finitimis circumcirca, modo quòd caleat magis, modo quòd minus quàm circumfuſa ſit frigidus.

Locus arteriæ cur calidior inuenitur.

Conuulſorum pulſus.

» Onuulſorum ipſum corpus arteriæ videtur contractum & vndequa-
» c que coactum, non ceu compreſſum ſit abs quopiam, vel conſtipa-
» tum, nec etiam veluti rigidum, vt in febri, præſertim in acceſſioni-
» bus: nec verò vt præ duritie ad intentionem contumax: veluti quod fit diu-
» turnitate temporis, præſertim cum quid offenſum ſit, vel viſcera vitiata: ſed vt
» corpus neruoſum, cauúmque, veluti inteſtinum, aut ſimile, ex vtroque fine
» intentum. Ad eundem modum inæqualis motus eſt arteriæ in modum chor-
» dæ ſurſum deorſúmque agitatæ. Neque enim ſpecies diſtentionis, vel contra-
» ctionis repræſentatur. verùm vibrationi potius ſimilis eſt, ceu exiliẽtis ſurſum
» iterúmq; retractæ intro. Quod ne conſtituto quidem tempore habet. ſed vno
» ſæpe tempore alia eius pars videtur ferri ſurſum, veluti eiaculata: altera intro
» ceu à quopiam attracta: atque vna moueri citatè, altera tarde. Iam vehemens
» quoque, & magnus conuulſorum pulſus videtur eſſe. Eſt verò hic non imbe-
» cillus neque paruus: non perinde tamen, vt videtur, vehemens vel magnus.
» Ictus enim imponit, dum ob tenſionem validus, ob vibrationem exilire appa-
» reat. Quamobrem altior interim videtur, ac veluti ſtrepitum quendam ad
» tactum ædit aſperum. Sanè neminem, qui quidem ſit expertus, fugiat hic pul-
» ſus. Quippe nulli eſt ſimilis, vel tenſione in vtramque partem, vel conuulſione
» motus. At quãdo cum pulſu ſopitorum commiſtus eſt, difficillime motus de-
» prehenditur: ſolúſque qui ad amuſſim vtrumque cognoſcere ſeparatim medi-
» tatus eſt, poterit confuſos cognoſcere. ¶Habes caput ex iſagoge. Cauſſa au
tem illorum aperta eſt, ſi memineris, inter ſe principia conſentire.

Paralyticorum pulſus.

» Aralyticorum paruus pulſus, & languidus, tardúſque eſt. Nonnullis
» p rarus quoque, alijs creber, ſed nonnihil inordinate intermittens.

¶Pulſus paralyticorum, quia frigidus morbus eſt, paruus eſt & tardus, languidus etiam, quòd facultas infirmior ſit. Quòd ſi maior illic paralyſis exoriatur, creber ſimul & inæqualis erit, intermitténtſque nonnihil inordinate. Cauſſa eſt ante expoſita in ſecundo libro horum commentariorum.

Comitialium & attonitorum pulſus.

» Omitialium & attonitorum ſimiles pulſus ſunt. Quare de comitiali-
» c bus, quæ exponemus, eadem de attonitis, ſed cumulatius accipienda
» ſunt. Dum modicè infeſtatur natura, neque dum eam multum ſupe-
» rauit morbus, nullam inuenias mutationẽ inſignem, magnitudinis, vehemen-
» tiæ, celeritatis, crebritatis, duritiei. Tantum eſt conuulſis intenta iure vtrinq;
» arteria. Sin autem grauis ſit affectus, vt oneret facultatem, inæqualitatem quã-
» dam comparat atq; tentionem validam, ac minor, languidior, rarus, tardúſque
» efficitur. Si grauet magnopere & facultatem opprimat, languidos, paruos, ce-

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 205 sur 282

©BIU Santé

» lerésque creat. ¶Caput hoc est. At tantum abest vt nouam interpretatio-
nem hi pulsus desiderent ad causssas inueniendas, vt etiam dilucide illa con-
firment,quæ in horum commentariorum primo & secundo tradidimus.

Anginæ pulsus.

» Nginæ pulsus tensione quadam præditus est conuulsiuo persimili.
» a Magnus est & vndosus, vt pulsus peripneumonicorum: ac vtrum
» insigniter in eo polleat, pro eo expectanda mutatio est. Nam si pe-
» ripneumonica species superior sit,in peripneumoniam.Si verò conuulsiua,in
» spasmum angina desinet.Quicunque autem ex illis vehementer suffocantur,
» paruum hi habent, & rarum pulsum.vbi iam animam agant, crebrum atque
» inæqualem. ¶Omnis inflammatio, quæ consentiens sibi principium habet,
commune obtinet symptoma, tentionem pulsuum. verùm hoc faciunt præ-
cipue inflammationes neruosorum corporum, & quæ sunt principio finiti-
mæ:Itaque nec Anginæ pulsus vacat tensione.sed vel plus,vel minus eius ha-
bet. quod ex humore fit influente,qui vel billiosior,vel pituitosior sit,& ex ip-
sorum etiam instrumentorum in asperitate diuersitate.Siquidem neruosiora
& contentiora vehementius pulsum tendunt.Carnosa & remissa,vndosiorem
reddunt. Cætera clara sunt huius capitis,nisi quod dictum ad exitum est,qui
illorum suffocantur,hos pulsum habere paruum,& rarum:inter moriendum
crebrum,ac inæqualem.Sic enim res habet:cum incipiunt suffocari,fiunt ar-
teriarum minores & rariores distentiones. quòd imbecilla iam facultas sit,&
vsus imminutus.Inde vbi ad mortem spectent,molitur quidem facultas attra
here crebrius,quòd substantia deficiat iam spiritus animalis: sed cum imbe-
cilla sit,paruas distẽtiones necessario efficit:& quia paruas,ideo crebras.Nam
de hoc diximus ante. Postea subito veluti victa, sæpe subsistit,sæpe cupit sub-
sistere. Quorum alterum intermittentem, alterum rarum pulsum creat,am-
bo inæqualem in huius generis differentia.

Anginæ pulsus tẽsionem habet.

Orthopnææ pulsus.

» Rthopnœa acuta inæqualem & inordinatum pulsum habet, & non-
» o nihil deficientem. Quæ mediocriter est grauis, crebrum. Quæ vio-
» lentissima,tardum, & deficientem. Quæ iam perimit hominem, cre-
» brum & languidũ. ¶Diuturni morbi,quam Orthopnœam appellant, acu-
tæ sunt accessiones,vt morbi comitialis. Ergo cum in his,tum maxime in cæ-
teris Orthopnœis omnibus,quæ quocunque modo fiunt nec opinato,pulsus
omnino inæquales & inordinati sunt,& nonnihil deficientes propter causssas,
quas commemoraui paulo ante. Iam pro diuersitate offensæ, vel crebri ma-
gis,vel rari. Nam celeres quidem ob facultatis imbecillitatem fiunt nũquam.
At si mediocris offensa sit, creber magis, simúlque inæqualis, ac nonnihil de-
ficiens. Nam in orationis principio hæc dicta sunt vt inseparata. Quamobrem
autem vbi vrgeat vsus,& facultas sit imbecilla,creber fiat,ante declarauimus:
sicut cum extincta iam facultas sit, tardus simul & deficiens. Ambo enim ad-
iuncta hæc facultati sunt,quæ moueri amplius nequeat.At ín morte iam,cum
spiritum animalem natura impensissime requirat, imbecilla autem facultas
sit,ad mouendum impellente vsu se confert, quia verò attollere tantum arte-
riam,quantum postulat vsus,non valet,necessario pulsus reddit crebros.Ibíq;

©BIU Santé

non ita diu cum omneis ſuas vires explicauerit, ſtatim extinguitur vniuerſa.

Vteri ſuffocati pulſus.

Teri ſuffocati pulſus, vt ſi conuelleretur, protẽſus eſt, & rarus. Quòd ſi exitialis ſit ſuffocatio, creber, inordinatus, & nonnihil deficiens.

¶Ne hic quidem difficilis eſt cauſſa, ſi priorum memoriam retineas. Cum enim neruoſus ſit locus affectus, par eſt, vt protendatur pulſus, quaſi conuulſus ſit. Quia vero affectus frigidus eſt, adiuncta eſt raritas. At vbi oppreſſa iam prorſus ſit facultas, recte creber fit ſimúlque inæqualis & nonnihil deficiens. Nam de his ante declarauimus, vbi vrgeat vſus, & affecta facultas ſit, neceſſario eum pulſum generari.

Stomachi affecti pulſus.

Tomachus affectus (vt ſic etiam vocemus in præſentia os ventriculi, quòd is vſus apud vulgus obtinuit) non vno modo commutat pulſum. Nam ſi inflammatus ſit duntaxat, ita mutat pulſum vt corporis neruoſi diximus inflammationem ſolere. Si comprimatur, vellicetur, langueſcat, ſingultiat, vomat, nauſeet, faſtidiat, doleat: pro genere ſymptomatis. Nam vellicationes, vomitus, nauſeæ, ſingultus, languor non ſolum paruum & languidum efficiunt, & interim etiam modice celeriorem: verum etiam admodum crebrum. Sola verò compreſſio remotis illis omnibus, rarum, tardum, paruum, & languidum. Ea compreſſio tum à cibis oritur grauantibus, neque vlla inſigni præditis virtute, ſed ſola abundantia moleſtis: tum ab humoribus quibuſdam, qui in eum confluant, non mordicantibus. Qui ſi ab his ſimul, refrigeretur, tum verò vel maxime talis pulſus exiſtet. Ac caninæ famis talis pulſus eſt. At omnes quidem affectus, qui in crebritatem mutant, ſi diuturni ſint, vel euaſerint grauiores, pulſum vermiculantem creant. Qui verò in raritatem, præter quòd commemoratas differentias adaugent, talem præterea ſpeciem inæqualitatis in vno pulſu generant, vt multis locis pertuſum corpus arteriæ videatur, neque eſſe continuum: ac ſentit tactus in diſtentione veluti arenæ occurſum. ¶Caput ex iſagoge hoc eſt. Cauſſas illorum, ſi quę val de perſpicuæ ſunt memori priorum, præteribo. Exponam autem obſcuriores. Cum enim debilitetur facultas, aut per ſe, puta ex intemperie: aut de cauſſa aliqua externa, vt vel grauetur, vel iritetur praue: grauata quidem paruum, tardum, rarum, pulſum ædit: paruum, quòd facultas læſa ſit: tardum, cum ob hoc, tum ob vſum diſſolutum. Frigidi ſunt enim, qui facultatem onerant, affectus: Itaque rarus quoque eſt. Nam diſſoluto vſu, talem oſtendimus pulſum gigni. At ex iritantibus duntaxat & moleſtantibus facultatem affectibus paruus etiam fit & languidus ob offenſionem facultatis. Et creber, quòd languidus ſit. Nonnunquam aliquanto etiam celerior eſt. Quomodo ſcilicet nos etiam, vbi imbecilliores ſimus, ac neceſſitate quapiam compellamur, plurimum quidem pedibus progredi nequimus, ſed quoad poſſimus, progreſſum noſtrum magis concitamus & continuamus. Ad eundem modum facultas, quæ arterias mouet, vbi ad motum adigatur ab vſu, & ſit imbecilla, non poterit moliri magnas diſtentiones, ſed aliquanto celeriores: ac tanto crebriores, quanto minus vſum compleant diſtentiones. Quare par eſt, vt cum affectus ſtomachi, qui in crebritatem pulſum cõuertunt, increſcant, hos vermiculans,

Caninæ famis pulſus.

Facultas debilitatus vel perſe, vel à cauſſa externa.

Rarus quando generetur

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 207 sur 282

©BIU Santé

quem vocant, conſequatur pulſus. Oppreſſæ enim hic peculiaris erat facultati: At ijs qui in raritatem, ille, qui veluti pertuſus eſt, comitatur, qui ex intemperie ipſorum inſtrumentorum oritur.

Hydropicorum pulſus.

Quæ inter cutem pulſus: Aſcitæ paruus, crebrior, ſubdurus cum quadam tenſione eſt: Tympanitæ, longior, non imbecillus, celerior, creber, ſubdurus, cum quadam tenſione: illius quam hydropen anaſarca Græci vocant, vndoſus, latior, mollíſq;. ¶Aqua inter cutem, qui Aſcites appellatur, copiam aceruans non modicam ſecundum ventrem humoris aquoſi, vnà ſecum magnas arteras afficit, vt intendat pariter & grauet refrigerétque. Tendit autem vnà cum alijs, quæ id loci ſunt. Grauat ob pondus. Refrigerat, ob nimiam humiditatem. Ac tenſionis quidem nomine pulſum reddit merito cum quadam tenſione ſubdurum. Quia verò facultas læſa & refrigerata eſt, minorem. Iam quo minorem iuſto, hoc etiam crebriorem, præſertim vbi adiuncta ſit febris. Tympanites minus grauat & magnas arterias, & ſemel vniuerſam facultatem: verùm nõ minus tendit. Quæ res facit, vt perinde ac in Aſcitis, pulſus ſubdurus ſit cum quadam tenſione. At aliquanto illo eſt celerior, minúſque imbecillus: Creber verò ijſdem de cauſſis atque ille. Longior ob leuitatem tegentium arterias corporum. Siquidem breuem pulſum in libro ſecundo oſtendimus fieri, vbi pondere & numero incumbẽtium corporum arteriæ, & circundantium ipſas premantur. Longum ex contrarijs cauſſis, quarum eſt ſumma incumbentium corporum leuitas. quæ quidem fit etiam in Tympanite. Etenim ſpiritu vniuerſum corpus implet. Reſtat aqua illa inter cutem, quæ κατὰ σάρκα & ἀνὰ σάρκα appellatur. Hæc, quia imbuit totum habitum humiditate copioſa, tum tunicas reddit arteriarum molles, tum pulſus molles, vndoſos, latioréſque facit.

Aſcitæ pulſus.

Tympanitæ pulſus.

Breuis pulſus vnde fiat

Longus pulſus vnde fiat

Aquæ iter cutem anaſarca pulſus.

Elephantiaſis pulſus.

Lephantiaſis pulſus paruus, languidus, tardus, crebérq; eſt. ¶Qui Elephantiaſi laborant, pulſum habent, non ſtatim ab initio, ſed vbi plurimum creuerit offenſa, vt facultas infirma ijs ſit, paruum, languidum, tardum, & rarum. Hos enim facultati vnà cum frigiditate læſæ demonſtrauimus peculiares eſſe.

Ictericorum pulſus.

Ctericorum pulſus eſt, ſi abſit febris, minor, durior, crebrior, non languidus, nec celer. ¶Vi quadam præditus eſt flauæ bilis ſuccus exiccandi, vt muria & mare. Quamobrem tunicam arteriarum indurando & deſiccando, pulſum quoq; facit duriorem ſimúlque minorem: quòd dura inſtrumenta ſcilicet perfecte diſtendi nequeant. Proinde rationis eſt, vt quãto fiat, quàm par eſt, minor, tanto etiam crebrior euadat: non languidus eſt tamen. Neq; enim imbecilla facultas eſt. Neq; verò etiam celer, quòd abſint febres, nam illæ ſi adiunctæ ſint, propterea quòd vrgeat vſus, celer etiam fiat.

Eorum, qui veratrum ſumpſerunt, pulſus.

Eratrum qui ſumpſerunt, hi paulo ante vomitum, vbi compriman-
tur, pulſum habent latum, rarum, languidiorem, tardiorem. Interea
dum vomunt & diuelluntur, inæqualem & inordinatum. Cum re-

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 208 sur 282

©BIU Santé

» ctius habere cœperint, ordinatum quidem, ſed inæqualem adhuc, minus ta=
» men quàm antea. vbi verò iam ad naturalem ſtatum propè reuerterint, æqua=
» lem, ac maiorem quàm dudum, vehementiorémque. Qui horum ſyncopa cor=
» ripiuntur, conuelluntur, atque ſingultiunt: paruum hi, & languidum, inor=
» dinatúmque, & celeriorem, atque multum crebrum habent. Qui ex his ſuf=
» focãtur, paruum, languidum, inordinatum, inæqualem: non autem crebrum,
» nec celerem, imò potius tardum. Repræſentat etiam nonnihil vndoſi & lati,
» atque paruam quandam interdum arteriæ tenſionem. ¶Ne in his quidem,
qui ſumpſerunt veratrum, nouum eſt, ſi pulſus, dum premuntur adhuc, tar=
diores, rariores, languidioréſque fiant. Nam ſunt hi omnibus preſſibus com=
munes. At propria ijs eſt latitudo, quæ hinc oritur, quòd ſpiritus cum calore intro retrahatur vniuerſus. Nam concitatæ facultati foras familiaris eſt pul=
ſus altus. Ruenti verò & intro retractæ, humilis. Atque hic quidem eſt, qui ſpeciem præbet latitudinis. Reliqua horum ſymptomata, ſi quæ tradidimus antea, retinuiſti, plana ſunt.

Pulſibus eorum, qui veratrum ſumpſerunt, latitudo propria eſt.

QVARTI LIBRI GALENI DE CAVSSIS PVLSVVM FINIS, HERMANNO CRVSERIO CAMPENSI INTERPRETE.

©BIU Santé

GALENI DE PRAE SAGATIONE EX PVLSIBVS LIBER PRIMVS, HERMANNO CRVSERIO CAMPENSI INTERPRETE.

Præſagatione eſſe trium temporum.

NOn eſſe venientium tantum præſcientiam, ſed præſentium etiam atq; præteritorum, ſatis id olim demõſtrauit Hippocrates. Neque enim dicere, quæ vis ſit præſcientiæ, hoc loco, niſi obiter, ſtatui: ſed quibus eſt perſpectum, quid valeat, de præſagatione per pulſus, quæ mihi perſpecta ſunt, exponam. Quia verò bipartita eſt eorum diſciplina, vt item remediorum: altera ex peculiaribus facultatibus eorum, altera ex ipſo affectu: in vtraq; operæpretium mihi viſum eſt exercitari, vt quocunq; propoſito affectu eius in promptu habeamus pulſus. Rurſúſque perpetuo qui pulſus, quos prodidi ſingulorum affectuum, breuiter admoneo, quibus ſoleant accidere. Si quis enim in vtriſq; probe verſatus ſit, ac meditatus ſingulos accurate pulſus dignoſcere, hic demum eorum ſit abſolutam ſcientiam aſſecutus. Itaque etiam qui recte volet in hiſce libris verſari, huic reuoluendum prius eſt, quod conſcripſimus opus de dignoſcendis pulſibus, ac ante illud, de pulſuum differentijs. vbi quot ſint vniuerſi, & qualis quiſq;, atq; quod ſortitus nomen, aperuimus. Tertium iam opus de pulſuum cauſſis eſt. quæ quidem hic omnia requiruntur. Nam ſi primum abſit, nihil omnino quid dicatur aſſequere, cum quæ nomina quibus rebus aſſignentur, non teneas prius. Secundum verò ſi te lateat, omnis cum eo huius commentationis fructus perit. Etenim ego ſi celerem pulſum, vel magnum, vel vehementem, vel quem alium deſignare tradam certam rem prẽteritam, aut præſentem, aut impendentem, niſi eos norit lector in experiundo dignoſcere, nec de præceptorum poterit veritate iudicium facere, nec ex illis vnquã præſagire quicquam. Tertia lucubratio, quæ cauſſas docet, vnde variantur pulſus, tum ad demonſtrationem ſunt his, quæ dicenda ſunt, neceſſaria: tum ad memoriam & reminiſcentiam. Id quod etiam intelligemus apertius, propoſito aliquo pulſu, verbi gratia magno. Hic homonymiam primum diſtinguemus, quandoquidem bifariã dicitur pulſus magnus. Deinde in vtraq; attendemus ſignificatione, quid annuntiare præſens, vel præteritum, vel veniens poſſit. Quæ quidem ſignificationes hæ ſunt. Magnus vocatur pulſus, nunc cum moderato comparatus & naturali: nunc cum quolibet. Iam quæ præſciũtur ex vtroq;, partim in communi pertinent ad ambos pulſus, partim vtriq; ſunt propria. Ac verò iam omnia perſequamur, exorſi à cõmunibus. Sanè horum in primis eſt procliuis inuentio, ſi retinueris, quæ in lucubratione de pulſuũ cauſſis docuimus. vbi hæc demonſtrauimus, cauſſarum non eſſe vnum genus eos alterantium: ſed vnũ eſſe, continuũ, vt aiunt, generationi: quod ſcilicet naturale eſt: alterum cõtrarium

Præſagatiõis ex pulſibus duplex diſciplina.

Tria priora opera ad hoc opus requirũtur.

Magnus pulſus bifariam dicitur.

Præſagatio ex magno pulſu.

©BIU Santé

esse,ac est caussarum præter naturam.Vnde tertium existit aliud,caussarũ non naturaliũ.Atq; hæc referuntur ad veram illorum essentiam & naturam.Aliud quartum ad apparẽtem in specie:quod quia proprium in primis est commentationi præsagiendi,diligentissime est explicandum. Nam ex eo quòd talis,vel talis quisq; appareat pulsus,initium nobis datur præsagiendi.Atqui non apparet perpetuo is,qui vere est.De hoc etsi verba iam fecimus in libro secũdo de pulsuum caussis ad exitum libri:& etiam in tertio breuiter attigimus,vbi ageremus de gracilibus:tamen nunc quoq; paulo inferius declarabimus,si prius de caussis,quę immutant pulsus,disseruerimus.Nõ posse pulsum mutari vllũ, in primo libro de caussis pulsuum demonstrauimus, nisi etiam effectrix eius facultas,vel tunica arteriæ,vel vsus quamobrem fit, in aliqua sint mutatione & alteratione. Ita etiam in proposita in magnitudinem pulsuum mutatione quodnam de illis,aut quænam immutata sunt,aduertemus: facultas ne robustior sit(didicimus enim, eam,quantum in ipsa sit, pulsum maiorem reddere) an hæc eadem manserit, mollis autem euaserit tunica arteriæ. Siquidem hoc quoq; accepimus,in magnitudinem,molliorem tunicam attollere pulsum: an quòd increuerit vsus, ea mutatio inciderit. Ergo facultas si robusta sit, plane sit vehementior.posuimus autem maiorem duntaxat factum esse.Quòd si tunica tantum arteriæ mollita sit,necessario mollior erit.Iam si neutrũ appareat, clarum est,nec facultatem,nec arteriæ tunicam immutatam esse.Restat igitur mutatum aliquatenus esse & variasse vsum pulsuum generãdorum.Quorum esse docuimus vsum duplicem. Primum atq; maximum, tutelam natiui caloris:alterum,animalis spiritus generationem.Sic nunc voco,quo vtitur anima ad functiones volũtarias.Ac horum omnino præter superiora,aliquid est mutatum,vbi in magnitudinem conuersus pulsus sit.At verò si paruus fiat à natura flexus ob vsum,sola perspicua erit magnitudo,nondum autem celeritas: si maior,increscet magis magnitudo,& clare celeritas apparebit.Si adhuc amplificabitur,magnitudo celeritásq; augebuntur,atq; accedet crebritas,vt planum est ex opere de caussis pulsuum. Quare pulsus si variasse magnitudine videatur(nam hoc nunc propositum est)necessarium est vsum paululum esse immutatum. Sin autem non sit factus maior pulsus, sed videtur maior,gracilius solito aliqua de caussa euasit hominis corpus. His iam cognitis ad examinandum accedas,primũ in corporibus simpliciter sanis,mox in ijs,vbi adiunctus est aliquis ascititius motus:postea,in corporibus,quæ ægrotant tantum: postremo in ijs,vbi alteratio quæpiam adest externa. In corporibus enim,quæ sunt sanitate inculpata,docebit magnus pulsus & temperamentum hominis, & corporis habitudinem. In corporibus, vbi adiunctus est aduentitius status, illum præpollere motum,cui peculiaris magnus pulsus est.De omnibus hisce motibus, in opere de caussis pulsuum diximus. Nec aliter in ægrotantibus, si quidem ægrotant tantum,indicabit magnus pulsus morbi calidum affectum esse.Sin recens aliqua adsit alteratio,illum vincere motũ,cui sit familiaris magnus pulsus. vt exempli gratia:In sanis qui pulsum magnum obtinent,ad moderatum scilicet relatum, ad memoriam est reuocandum, primum hoc quidem,qui sit in hoc genere moderatus pulsus, & qua in corporis natura.Ostendimus in secundo libro de pulsibus dignoscendis,in corporibus optime com-

Vsus pulsuũ duplex.

Spiritus animalis.

Magnitudo pulsus vsum immutatũ esse significat.

In sanis corporibus tantum quid magnus pulsus significet.

Optima natura quando pulsum moderatum habeat.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 211 sur 282

©BIU Santé

paratis pulſum eſſe moderatum. non in his tamen perpetuo: verùm cum omni qualitate aduentitia corpus liberum ſit, omníque motu, quæ fiunt ex aliqua exercitatione, aut cibo, potu, balneis, medicamentis, animi affectu. Quare reuocandus eſt ad memoriam moderatus pulſus, & quem nunc inuenimus, magnus vt in comparatione illius conſiderandus eſt, ex qua cauſſa in magnitudinem increuit, Aut enim ex gracilitate corporis, aut ex calore tẽperamenti, aut ex aſcititio motu. Cæterum motus aſcititij mox deſinunt, permanent verò amplius ob gracilitatem & temperamentum. Hac igitur ipſa re diſtinguendus eſt, aliiſque, quas dicam inferius. tantum præmonebo nonnihil, quod neceſſarium ad omnem inſequentem doctrinam eſt. Quod præmonere inſtitui, hoc eſt. Omnium alterationum, quæ corpori accidunt, certiſſimam aſſequimur in illis corporibus cognitionem, quorum noſcimus naturam. Quantum enim à natura diſceſſerint ob cauſſas præter naturam, & illas etiam, quæ non naturales appellãtur, nulla poteris exacte inuenire alia ratione. Sed enim non cognoſcimus hanc ſemper. quare nec in exactam vbiq; cognitionẽ veniemus. verùm à cognitione abſoluta tantum aberimus, quantum ab naturæ diſtemus cognitione. At ſtatuamus primum explorationem in hac diſputatione inſtitui hominis naturæ, hócq; habeat eximium vnum, vt maior ſit pulſus moderato citra vllam alterationem aſcititiam. Hic homo neceſſe eſt ſit homine optime natura comparato, vel calidior, vel gracilior, ſi quam habemus priorum duarum lucubrationum memoriam de dignoſcendis pulſibus, & de pulſuum cauſſis. Atq; huius quoq; duxi admonẽdum eſſe, in eiuſcemodi omnibus orationibus, licet coniunctione diſiunctiua vtamur vel, omnes tamen poſſe partes in vnum conuenire: ſiue duæ, vt nunc, calor & gracilitas, ſiue plures videantur, quæ mutationem efficiũt. Ac pulſus quidem, qui abſolute dicitur magnus, quẽ ad eum, qui abſolute eſt moderatus, oſtendimus conferri, aut temperamentũ, aut præſentem declarabit corporis ſtatũ. Qui verò magnus dicitur comparatus cum naturali vniuſcuiuſq; pulſu, etiam hic annuntiabit aut calorem aliquem acceſſiſſe illius corporis ſtatui naturali, aut gracilitatem. At verò mutationes pulſuum ex cauſſa externa in hunc modum ſunt diſcernẽdæ. Quæ ex balneis, curſibus, frictionibus, cæteríſque motibus fit, non eſt diuturna, ſed mox ad priſtinum ſtatum reuertitur. Itaq; tangendo pulſu, iterúmque tangendo paulopoſt poteris in manifeſtam mutationis cognitionẽ venire. Altera enim tactio, vt breuiſſimum interponatur ſpatium, à priore videtur diuerſa eſſe. At magnitudo pulſuum ex vino & cibo profecta, diuturna eſt. Hæc ex vehemẽtia exploratur, quæ illi eſt coniuncta. Neq; enim his vehemens minus atq; magnus eſt pulſus: Nunc autem is poſitus eſt, qui duntaxat ſit maior. Itaq; non eſt ab his immutatus. Iam etiam magnitudo, quam ira concitat, adiunctam habet vehementiam. quæ alioqui prudentem non lateat, ſi oculos reſpiciat vniuerſúmque vultum. Quòd ſi quis reprimere iram & tegere velit, fit inæqualis pulſus, magíſq; inæqualis his qui anguntur, & verentur. Porrò magnitudinis incremẽtum, quod fit, cũ ſemicocti in corpore humores concoquantur alántq; naturam, perinde vt his qui cibum ſumpſerũt, vnà ſecum auget vehemẽtiam. Haud aliter ſi quis in ſole aut ad ignem calfactus ſit, non ſolum nõ durat diu alteratio, verũ etiam cutis ijs eſt ſqualida, nec humida, vt erit à balneis. Atq; hi quidẽ, quod ad molli-

Alterationũ vbi certiſſima cognitio.

Pulſuum mutationes ex cauſſis externis quomodo diſcernendæ.

Magnitudo pulſuum ex vino & cibo diuturna eſt

Magnitudo pulſus exira vehemẽtiam habet adiunctam.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 212 sur 282

©BIU Santé

tudinem & humiditatem cutis attinet,contrà ſe habent ac loti. Medium inter vtroſq; locum ſunt ſortiti in cutis mutatione humiditatis ac ſiccitatis,fricti atq; exercitati.Iam verò etiam calor hic copioſior ſecundum pectus eſt exercitatis & iratis,lotis parcior,adeóq; ad extremas vſq; parteis æquabiliter cũ humidita te & mollitudine extẽſus.Sic etiam ſi inunctus homo interea fuit medicamento calido,inter tangẽdum mordacem calorem ſenties.quanquam fortaſſis,nec illita cuti ex medicamento pinguedo te fallat.Hi ſunt artificiales modi cauſſarum dignoſcendarum,quæ in magnitudinem pulſum ſanis & ægrotis cõuertunt.Externi ſunt,partim per inueſtigationẽ,cum non ſcilicet apud inimicos, aut inſidiatores,aut malignos tentatores quęſtionem habeatis:partim ex eo ꝙ non diſceſſerit ab ægroto Medicus,quos quidẽ optimos confirmamus eſſe dignoſcendi modos.Nam qui fiunt,cũ non ſemper ægrotis Medicus præſto fuerit,neq; verum illi declarare voluerint, hi ſunt difficillimi,& Medicũ requirũt egregie prudentem.Etenim mihi vſu venit,cum reliqua diſtinxiſſem veſtigijs illis,quæ commemoraui ante,vt reſtaret quærẽdum, an ægrotus medicamentum calfaciens abſentibus nobis ſumpſiſſet,an ratione acceſſionis magnitudinem pulſus nactus eſſet.His verò temporibus vndiq; exploranda eſt & obſeruanda veritas. Primus in illo genere ſcopus eſt, tempus acceſſionis. Deinde ægroti conſuetudo & mores. Nam ſi alio tempore, non acceſſionis maior ſit pulſus, à medicamento calfaciente probabilius eſt, quàm ratione acceſſionis incidiſſe alterationem.Sin acceſſionis tempore,veriſimilius eſt propter acceſſionem.Exploraueris autem exacte ſi paulopoſt iterum tetigeris.Nam ſi calor à medicamento proceſſit, à quo auctus ſit pulſus, diuturnitate magis ſemper ac magis remittetur: qui verò ab acceſſione, increſcet. Verùm hic modus dignoſcendi pertinet ad artem.Huc notitia,quam conſuetudo præbet & mores ægrotorum, pro cumulo accedit. Quidam enim ſunt inſueti & abhorrent à medicamentorum potione.Alij ſunt adeo aſſueti,vt viuere ſine medicamentis non ſuſtineant. Itaq; præſagatio ſumptum eſſe medicamentum calfaciens, in his,qui ab illis abhorreant,difficilis eſt.In ijs verò,qui ſunt aſſueti,facilis.At verò mores etiam ægrotantis ad talem præſagationem non mediocriter interſunt.Quidam enim natura inſidiantur, & familiaribus imponunt, atq; elaborant,vt coarguant nihil quenquam firmi ſcire. Quidam ſimplices ſunt, modeſtíq;,atq; omnia faciunt apertè,nec quicquam diſſimulant,vel tegunt.In his nihil factum clam ſuſpicandum eſt. Apud inſidiãtes omnia habenda ſunt ſuſpecta,ac circumſpiciẽda ſunt diſtinguẽdáq;,tum quæ propria artis ratione pertineãt ad dignoſcẽdum,tum quæ extrinſecus adueniũt.Quod mihi fuit quondã neceſſariũ facere in homine diuite, qui gaudebat medicamẽtis,eáq; aſſidue ſumebat.qui eo erat ingenio, vt libẽter argueret familiares nullius certæ ſciẽtiæ. Huius cum offendiſſem in magnitudinẽ pulſum increuiſſe,ab aliiſq; omnibus, quas commemorauimus, cauſſis diſtinxiſſem, ac vna mihi maneret diſtinctio, vtrũ à calfaciẽte medicamẽto,an acceſſionis ratione febrilis,id accidiſſet(circa tẽpus enim erat febrilis acceſſionis)iuſſi,vt linguã mihi oſtẽderet:quã cũ à medicamẽto cõſpexiſſem infectã,iterũ attigi eius pulſum,nihil ſuſpicãs etiã.Interea occurrit mihi,medicamentũ me,cũ voluiſſet potare pridie,interdixiſſe.Itaq; homini dixi ſtatim, eum medicamẽtum bibiſſe. Quod ille cũ animaduertiſſet,

Externi modi inueſtigandarum cauſſarum.

Ex conſuetudine & moribus obſeruatio.

Præſagatio ex moribus.

Galeni præſagatio in diuite.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 213 sur 282

©BIU Santé

à linguæ me colore coniecturã feciſſe, alias iterum pilulas paruas medicamẽti fecit, quas deuorauit, vt lingua ne tingeretur. At hoc quoq; deprehendi eius commentũ. Nam cum linguam inſpexiſſem, ac tetigiſſem iterum pulſum, atq; reliqua, quæ nuper expoſui, diſcuſſiſſem, equidem ſuſpitionem ad pulſum potiſſimum conuerti, retraxíque manum, ac iterum paulopoſt inieci pulſui (noueram enim hominis peruerſitatem) itaque deprehendi factum, nec dubitaui illi dicere. At tu medicamentum mihi ſumpſiſſe videris. Ille conſtantiſſime inficias ibat, ſimúlque ſeruos, qui permanſerant, appellabat teſtes: ego manum eius tenens, & pulſum tangens: Ergo, inquam, ſuſtinebis conceptis verbis iurare mihi, vt tibi dictabo. Ad hoc non prompte ille reſpondebat, ac arteriarum habebat, vt in angore, inæqualem motum. Profecto, inquam, tu medicamentum planè ſumpſiſti, caue iures. Igitur aduerſus iſtos quidem ineptos, ingenio opus eſt Medico. At idiotæ ferè non tantum Medicis non renituntur in explicandis & explorãdis cauſſis externis, ſed & adiuuant, vltróque exponunt omnia. Sed de pulſuum nos incremento magnitudinis ſatis principia expoſuimus: reſtat, vt orationis ſeriem perſequamur. Quia non ad vnum modum magnus pulſus dicitur: ſed nunc vt ad moderatum, nunc ad quemlibet conferatur: Ac cum duplex ſit hic quilibet, aut minor moderato, aut maior, deinceps de magnitudinis incremento dicendum eſt, ſolum auctum calorem eſſe, quo ſcilicet tempore nec facultas affecta ſit, nec inſtrumenta, ac immotus ſit ægrotus. Proprium autem eſt deflexui eius à natura, vnius magnitudinis incrementum. Reliquorum duorum etiam celeritatis, nonnunquam crebritatis quoque. Age verò, illius hominis pulſus, exempli gratia, quem modo reliquimus, cui facti eſſent maiores, offendamus amplius auctos eſſe, huic calorem etiam neceſſe eſt eſſe auctum. Siquidem incrementis omnibus magnitudinis hoc commune erat. Ac proprium præter commune, immutatam celeritatem eſſe. Et ſi adhuc magis creſcat magnitudo pulſuum, non celeritatem modo, ſed iam crebritatem etiam. Oſtendimus enim in primo libro de cauſſis pulſuum, ſicubi paulo auctus calor ſit, manifeſtum magnitudinis incrementum eſſe, celeritatis non manifeſtum. Si amplius creſcat ille, non ſolum magnitudinem accumulabit, ſed creſcet etiam euidenter celeritas, præterea nonnihil acquiret crebritatis. Sic ſi augeatur plurimum, & pulſuum vſus generandorum ſuperet maximam diſtentionem, magnitudinem non auget, vbi auctus ad ſummum ſit, ſed celeritatem cum crebritate, quantum poteſt, accumulat: ac vbi augeri celeritas amplius nequeat, concitat crebritatem. Iam alius ſit ægrotus, cuius nec facultas, nec inſtrumenta læſa ſint, ſed minorem iuſto pulſum habeat. Deinde huic quoque, remoto externo motu, maior fiat. huic etiam liquido dixeris ampliorem nunc calorem quàm dudum eſſe. Ac in eo quidem commune habebit cum bis iam commemorato reſponſum. Proprium autem habebit, non ex paruo tantum pulſum in magnitudinem increuiſſe. fieri enim non poſſit, niſi ſimul tardior rariórque fiat, vt minor vnquam iuſto reddatur: ſed nec maiorem tantum fieri potuiſſe, niſi etiam fieret celerior & crebrior. Nam affectum, in quo pulſus plus iuſto imminutus ſit, raritatem etiam & tarditatem complecti, perſpectum illi eſt, qui eorum meminit, quæ docuimus in libro primo de pulſuum cauſſis.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 214 sur 282

©BIU Santé

Pulſuum commutatio in paruitatem.

Is ergo relictis,de pulſuum commutatione in paruitatem conſideremus,cuius item ſunt tres numero differẽtiæ.Aut enim ex naturali & moderato,quem vocãt,aut ex maiore quàm hic ſit,aut ex minore mutationes in paruitatem contingit fieri.vocatur autem qui moderato maior eſt, abſolute magnus:qui minor,paruus.Exordiamur igitur hic de integro ab ijs, quæ in his communia ſunt,deinde iam ad propria ſigillatim nos conferamus. Statim enim communis commẽtatio complectitur propriorum inueniendorum viam.Sit pulſus cuipiam homini minor quã dudum,mutatione præditus præterea nulla vllius generis:tum quęratur,quomodo nuper affectus eſſet,atque quomodo nunc. via inquirendi hæc eſt. Minor ſolito pulſus fit,aut cum imbecillior facta ſit facultas,aut inſtrumenta duriora, aut vſus remiſſus. Sed enim, nec imbecillior facta nunc facultas eſt, alioquin omnino coniuncta ſit cum paruitate remiſſio,nec corpus durius arteriæ.Neq; enim tum minor tantum,ſed & durior pulſus eſſet.Supereſt ergo ſolum alteratum eſſe vſum: ac ſi id temporis quietus homo fuerit,quantitati refrigerationis quantitatẽ reſpondere mutationis. Iam verò ex maiore,quàm naturale ſit, pulſus eam mutationem accidiſſe,norunt,qui retinent demonſtrata in primo libro de cauſſis pulſuum.Nam de naturali ſtatu ob frigiditatẽ mutatio ad paruitatem,ſimul etiam rariorem eum atq; tardiorem reddit,& moderati imminutio ex magno ſupra modum aucto,ſtatim adiungit ſibi celeritatis aliquid & crebritatis: quòd qui multum vltra modum ſit auctus,tribus in generibus variet.Quamobrem qui magnitudinem tantum imminuit pulſus,& reliqua ſeruat immota,hic eſt qui paulo maior ſit iuſto.Hic enim ſolus ex paruo caloris incremento conſtat.Reliquorum qui in magnitudinem mutantur,niſi ſimul celeritatem aſſumat,vel crebritatem,talis euadit nullus.Quare nec quiſquam præter hũc alius magnitudinẽ deminuet.Qui enim huius accepit ſolius incremẽtum ex calore,vnam eã ex refrigeratione imminuet.Qui verò hactenus eſt alteratus à calore,vt nõ magnitudinẽ modo,verum etiam celeritatem & crebritatem immutet, cõtrarium iter per eaſdem genere alterationes tenebit.Ita non modo minor,ſed & tardior erit ac prius,rariórq;. Pari modo mutatio in minorem ex moderato,& mutatio quoq; ex hoc in eum,qui minor etiam ſit, cõtinuo rariorẽ ſolito & tardiorẽ efficit pulſum.Siquidẽ mediocritatẽ habet quãdam diſtẽtionis pulſus hominũ naturalem ſtatum tenẽtium.quam,ſi calidius, aut frigidius ſolito euaſerit corpus,neceſſario amittit.Non idem tamẽ amiſſionis modus eſt. Nam cum calfit,magnitudo planè prima,mox celeritas,inde crebritas accedit.Contrà cũ refrigeratur,raritas manifeſte prima,altera tarditas,poſtrema paruitas.De his abunde in primo libro de cauſſis pulſuũ diximus. Quo minus hic iam immorandum eſt.Itaque ſeriem orationis perſequamur,ac ſecundum commemorata,explicemus cauſſas,quæ refrigerarunt, quæ totidem genere ſunt, quot illæ quæ calfaciunt.Aer etenim frigidus,qui foris occurrit,& aqua frigida,vel balneum, vel medicamentum corpori inunctum refrigerat. Quin etiam longa quies, & veluti latebræ corpus refrigerant.Præterea quæ intro recipiuntur,vt aer reſpiratione attractus,qui frigidus ſit:cibus pituitoſus,medicamẽtum natura frigidum, aquæ frigidæ immodicus vſus. Ex animi affectibus, metus diu-

Minor pulſus quemadmodum fiat.

Cauſſæ quæ inducunt frigiditatem.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 215 sur 282

©BIU Santé

turnus. Ex contentis in corpore humoribus, qui frigidi temperamento cum antea quieſcerent, nunc commoti ſunt, aut omnino tenuiores quodammodo calidis facti ſunt. Hæc ſeparatim ita poſſunt diſtingui, vt de calfaciẽtibus cauſſis diximus. Neque enim, vt de ſimilibus bis dicamus, ſit operæpretium. Atque pulſuum in magnitudine & paruitate mutatio abs talibus & tot cauſſis gignitur, quod certè ad naturam pertinet ipſius rei, quando quod ad noſtrã attinet cognitionem adhuc deſideret aliquid. Sæpe enim arteria, quod in ſe eſt, maxime diſtenditur, ſed occultatur magnitudo diſtentionis, vel interpellatur à numero, vel craſſitie, vel duritie circumiacẽtium corporum, vel obiectorum. Hæc enim eſſentia magnorum, vel paruorum pulſuum in arteriæ circulo conſiſtit, vbi longitudo perpetuo par eſt. at non tamen apparet par, ſed delitescit quædam eius pars. De quo quidem etſi iam ſecundo in libro de cauſſis pulſuum expoſuimus, nihilo minus quod ad propoſitum intereſt, reminiſcentiæ gratia exponemus.

Videnum legendũ ſit pro tenuiores fortiores.

Dimenſiones diſtentionis non ſemper tantæ apparent, quantæ ſunt.

Arteriæ altitudo ſemper æqualem latitudini diſtentionem habet, ſed
a fit vt occultetur, aut arceatur ſæpe à corporibus circumiectis & oppoſitis, vel vniuerſus motus, vel certe eius quædam pars. Ac pars illa, quæ arcetur, aut in profunditate magis, aut in latitudine, aut ſimul in vtraque ſimiliter apparet. Cum ergo non percipiatur noſtro quidem tactui motus, atque hoc per totum animal accidat, vt nulla vſquam arteria videatur moueri, vocatur is affectus ἀσφυξία, hoc eſt priuatio pulſus. quæ quidem, ſi ad veritatem exigas, in corpus nunquam viuum cadit. Neq; eſt enim vnquam, quin cor vnà cum arterijs omnibus agitetur. At ſi referas ad noſtrum tactum foris iniectum, reperiatur ſanè frequenter. Obiecta enim arteriarum corpori ſunt, omnino certæ membranæ, & cutis, multis etiam locis adeps, atque caro, à quibus vſu venit pulſui, vt non occultetur modo, ſed & impediatur. Ac ſic quidem, ſi motus occultetur omnis, atque in omnibus id partibus accidat omnium arteriarum, ἀσφυξίαν appellant affectum. At ſi quibuſdam in partibus videantur moueri, in quibuſdam non videantur: hic differentiam in longitudine habent pulſus. Et nimirum vocantur longi, quibus ſenſibilis motus longitudo naturalem excedit: breues, quibus infra naturalem ſtatum eſt. Quibus par eſt naturali ſtatui, moderati. Tantum enim animaduertitur ſemper de motu arteriarum, quantum oppoſita corpora permittunt. quamobrem fit, vt corpulenti pulſus breues habeant, graciles verò longos. Et quadratis moderatiſque eſſe videntur moderati. Iam etiam apparentis motus his non ſemper æque, vt profunditas, impeditur latitudo. Verùm vbi arteriarum regiones in obliquo, vel adipis, vel carnis, vel vaporum, vel humorum plenæ ſint, ac incumbens ſuperne cutis nihil eas oneret, latitudinis tantum obſcuratur motus: ac magis, ſi vehemens pulſus, & magnus, quantum in ipſo eſt, ſit. Cum verò regiones vicinæ ſunt mundæ, rugoſa autem quæ eas tegit cutis, magis profunditatis motus latet in eo corpore, ac potius, ſi non vehemens pulſus & magnus, quod in eo eſt, ſit.

Priuatio pulſus in corpus viuũ nunquã vere cadit.

Ασφυξία.

Longos, vel breues pulſus qui habeant.

Latitudo motus vbi obſcuretur.

Profunditas motus vbi obſcuretur.

Si ergo pulſum inuenias longiorem iuſto, ſi quidem vna latitudo eius, & profunditas increuerit, vide gracilior homo ſolito, an calidior euaſerit, re-

Lõgus, lat⁹, altus, quib⁹ de cauſſis.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 216 sur 282

©BIU Santé

moto aduentitio motu. Nam ſi factus gracilior ſit, ídque tanto, quanto eſt pulſus maior, vnum hoc tantum eum immutauit: ſin autem non tanto, non hoc modo eſt cauſſa, verum etiam calor. Quòd ſi in eadem conſtiterit corpus habitudine, ſolus mutatus eſt calor. Sin craſſiór euaſerit, duplo auctum æſtima calorem. At quanam de cauſſa ſit auctus, explorandum ex illis eſt, quæ expoſuimus.

Sin lõgior factus pulſus ſit, & latior, nõ verò perinde profunditate auctus, ſed permaneat moderatus, præter ſuperiores notas, hoc illi etiam extra ordinem neceſſe eſt adſit, rugoſiorem euaſiſſe ſupernè arteriæ incumbentem cutem. ac ſi conuertas membrum, vt quæ eius pars modo ſuperior erat, nunc ſit inferior, nulla tum profunditas re videbitur impedita. Atque hi quidem duo pulſus in primo libro de eorum differentijs omnium primi inter vigintiſeptem pulſus in tabellam ſunt relati, quam de illis fecimus, qui cõſtant externis ſimul dimenſionibus quantitatis diſtentionis. *Longus, latus, moderatus quibus de cauſſis.*

Ab his deſcriptus tertius eſt, qui longitudine & latitudine excellit naturalem, ac in profunditatis dimenſione eſt humilis, qui ſanè eſt infrequens. Fit enim, cum arteria magnopere obiectorum corporum mole oneratur: id quod nunquam eueniat, niſi facultas ſimul imbecillior ſit, & ſumme mollis tunica arteriæ. quorum illud imbecilliorem iuſto, hoc molliorem pulſum efficit. Itaque cum his quidem erit aliquando longus, ſimul & latus, & humilis, alia ratione nunquam fiet. Imò verò etiam cum videatur talis, ne tum quidem procul à natura, nec ad humilius, nec ad latius deflectit. Neq; enim ad ſummum arteria in profunditate grauetur, & in latitudine nequaquam. Neq; item plurimum aſcendat altitudo, prorſus verò contrahatur in anguſtum. Etenim ferè fit, vt plus altitudo creſcat, præſertim, ſi vehemens ſit pulſus: at non hactenus tamen, vt idem altiſſimus ſimul & anguſtiſſimus ſit. Quòd ſi hic quoque membrum inuertas, vt quæ modo partes ſuperiores eſſent, ſint nunc inferiores: & profunditatis eorum dimenſio incremẽtum habebit, nec videbitur amplius humilis: ſed vt lõgus & latus, ita etiam erit altus, quod eſt, magnus. Nam qui tribus eſt dimenſionibus auctus, magnus vocatur. Proinde diſtinctiones in hoc ſunt adhibendæ præter has, quas nunc expoſuimus, etiã illæ, quę in primis omnium ſunt adhibitæ. Iam illud quoque eſt animaduertendum, ecquid de latitudine ſimul detrahatur, cum inuerſum ſit membrum. Etenim hoc fit nonnunquam, demonſtrátque, quanto antea vltra proportionem profunditatis dilataretur vas. *Longus, latus, humilis, quib⁹ de cauſſis fiat.*

Iam quartus, qui lõgus ſimul & altus & in latitudine eſt moderatus, quod ad ſe attinet, latus eſt æque ac altus: ſed quia in obliquo reſtringitur arteria, ideo ſic eius motus impeditus eſt. Omnino enim, vbi latitudo profunditatis proportionem excedat, aut profunditas proportionem latitudinis, altera impeditur earum aut propter multitudinem, aut craſſitiem, aut duritiem corporum obiectorum, quæ interpoſita ſunt inter arteriam, & admotum tactum. Et hercle etiam rugoſitas numerũ impoſitorum corporum auget, rugis cutem conduplicans. Itaq; is pulſus aut cum verè magnus ſit, ſecundum latitudinem obſtaculum habet: aut cum videri in macilento corpore magnus poſſit, non videtur tamen, quòd vna dimenſio eius ſit reſtricta. *Lõgi, moderati, alti cauſſæ.*

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 217 sur 282

©BIU Santé

Longi, moderati, moderati cauſſæ.

Qui quintum in tabella locum habet, longior iuſto, in reliquis autem duabus dimenſionibus moderatus, graciliorem annuntiat ſolito hominem eſſe factum, & pulſum, quantum in eo eſt, iuſto minorem. Quando enim longus pulſus, aut ob propriam ſuam magnitudinem, aut propter tenuitatem videatur eiuſcemodi eſſe, nunc verò non appareat talis ex magnitudine eſſe: eſſet enim ſimul altus & latus, aut alteruter certè horum: reſtat, vt per maciem factus ſit longus. Cæterum cum graciliores habere videantur pulſus iuſto maiores, planè pulſus, quod ad ſe pertinet, anguſtior æquo eſt & humilior: Itaq; etiam minor, quod ad ſe attinet.

Longi, moderati, humilis cauſſæ.

Qui ſub hunc ſcriptus eſt, ſextus, puta longus, & humilis, atque latitudine moderatus, cum de cauſſis ante expoſitis minor ſit iuſto, quantum in eo eſt, ob gracilitatem apparet longus eſſe. Sed hoc commune cum quinto habet, proprium autem hoc peculiariter, profunditatem ob cauſſam paulo ante memoratam eſſe imminutam.

Longi, anguſti, alti cauſſæ.

Septimus in tabella pulſus erat longus pariter & anguſtus, altúſque, qui videri, perinde ac omnium primus, magnus poſſet, niſi ſit reſtricta latitudo. Cætera hic ita vt in primo omnium ſunt diſcernenda. Et etiam quæ in tertio explicauimus, ea ſunt in hunc locum conferenda, non frequentem ſcilicet hunc pulſum eſſe, neque cum incidat, plurimum moderatum altitudine ſuperare, & inferiorem latitudine eſſe.

Longi, anguſti, moderati cauſſæ.

Ab illo octauum, longum vnà, & anguſtum, & moderata profunditate, natura quidem eſſe paruum ex ijs conſtat, quæ in quinto iam retulimus. At quia macuit corpus, longior videtur. Eximium verò hoc præter quintum habet, quòd conſtrictam hic arteriam latitudinis anguſtia declarat.

Longi, anguſti, humilis cauſſæ.

Nonus pulſus, longus, anguſtus, humilis longe etiam magis oſtenditur ſua natura eſſe paruus: verùm videri per marcorem corporis longus. ferè adiuncta illi remiſſio eſt, duritiéſque. Qui ſi neque durus ſit, neque admodum languidus, ab refrigeratione gignitur. Itaque nouem, quos nunc percurrimus, pulſus omnes longitudinem habent æquo longiorem, duabus differentijs reliquis variant. Nouem proximi longitudine moderata ſunt, profunditatem autem & latitudinem immutant.

Moderati, lati, alti cauſſæ

Ac decimus quidem, qui altus ſimul & latus videtur, vno in homine ſi cum moderato comparetur, nunquam exiſtat: niſi quando id quod rarum eſt, omnino arteria de ſede ſua migret. Sin autem conferatur ad eum, qui eſt abſolute moderatus, poteſt incidere, ac cauſſa eius generãdi in proprietatem conformationis cõfertur. Siquidem ſymptoma arteriæ eſt, quæ ſub profunda carne vtrinque occultetur, ſed in media parua parte ſublimis extet.

Moderati, lati, moderati cauſſæ.

Vndecimus, qui vna re differt à ſuperiore, quòd profunditatem moderato parem habeat, pro cumulo cauſſam demittendi huius habet adiunctam. Cætera cum decimo conueniunt.

Moderati, lati, humilis cauſſæ.

Duodecimus, latus, humilis cum moderata longitudine inuerſo fit membro. Aut enim vndequaque videbitur moderatus, aut magnus. Ac ſi omnino videatur moderatus, altitudinem declarabit prius nonnihil compreſſam eſſe, productámque ob molliciem arterię latitudinem. Sin magnus, plurimum, fuiſſe compreſſam altitudinem.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 218 sur 282

©BIU Santé

Decimuſtertius altus idémq; dimenſionibus duabus reliquis moderatus, perinde vt decimus,& ex naturali cõformatione cõficitur,& etiam ex naturalis ſedis mutatione.Eximium autẽ habet præter illum latitudinis anguſtiam. *Moderati, moderati, alti cauſſæ.*

Decimũquartũ,qui omnibus tribus dimẽſionibus moderatus eſt,omnibus apertũ eſt referre naturalẽ.An verò ſit par reuera naturali,exploratur ex corporis habitudine.Nam macrior ſi iuſto ſit,ſic,cum ſit pulſus ſua natura minor, par apparet moderato eſſe.Sin craſſius æquo ſit corpus,pulſus tũ de ſua quidẽ natura,magnus eſt:ſed ꝙ per corpulentiã coerceatur,eſſe moderatus videtur. Quòd ſi nec ad gracilitatẽ corpus,nec ad corpulẽtiã deflectat,moderatũ in eo non ſolũ repræſentari pulſum,verũ etiam neceſſe eſt eſſe.Sanè demõſtrauimus in ſecundo libro de pulſibus dignoſcẽdis,cæteros pulſus ad hunc omneis relatos, magnos,paruos,longos,breues,latos,anguſtos,altos,humiles appellari. *Moderati, moderati, moderati cauſſæ.*

Quintuſdecimus,qui humilis profunditate eſt,reliquis duabus dimenſionibus moderatus, omnino ſimilis ſuperiori eſt decimoquarto, præter quòd huius compreſſa eſt profunditas. Proinde quæ illic prius expoſuimus, ea duces hic quoque dicta eſſe.Hoc verò eſt in hiſce omnibus memoria tenendum, non amplius conuerſo membro videri humilem. *Moderati, moderati, humilis cauſſæ.*

Sextuſdecimus,qui moderatus eſt longitudine, anguſtus, altúſque: aut ex conformationis proprietate ſit tali natura, aut ex latitudine compreſſa arteriarum in obliquum. *Moderati, anguſti, alti cauſſæ.*

Septimumdecimum,qui eſt moderatus longitudine & profunditate,in reliqua dimenſione anguſtus,in obliquo contractũ eſſe, declarat moderata profunditas.In reliquis omnibus decimoquarto & decimoquinto reſpondet. *Moderati, anguſti, moderati cauſſæ.*

Octauuſdecimus,qui longitudine moderata eſt,& anguſtus, humiliſq;,ſua quidem natura paruus eſt. Videtur autem eſſe ob gracilitatem moderata longitudine.Breuiter,cum præter profunditatis proportionem & latitudinis extenſa longitudo ſit,ſignificat corporis gracilitatem. non tamen,vbi contracta præter proportionem profunditatis eſt,corpulentiam denotat: ſed vel naturalem quampiam conformationem,vel ſitum arteriæ inæqualem. *Moderati, anguſti, humilis cauſſæ.*

Nonuſdecimus,breuis,latus,& altus, aut ob cõformationis proprietatem, talis natura videtur,aut ex affectu arteriæ in ſitu diſtortæ. *Breuis, lati, alti cauſſæ.*

Vigeſimus iam alijs duabus dimẽſionibus ſimilis eſt nonodecimo, ſed profunditate eſt moderata. Hic habet hoc præcipuũ, impeditam ſuã altitudinem. *Breuis, lati, moderati cauſſæ.*

Vigeſimuſprimus, breuis, latus, & humilis,præter eaſdem cauſſas,etiam illas adiunget ſibi,quæ latum ſimul & humilem efficiunt pulſum. *Breuis, lati, humilis cauſſæ.*

Ad eundem modum vigeſimus alter, breuis ſimul & altus, atq; latitudine moderata aſſumet ad eaſdem cauſſas, eas, quæ moderatum latitudine creant humilémque pulſum. *Breuis, moderati, alti cauſſæ.*

Sic etiam vigeſimuſtertius,breuis ille quidem longitudine,verùm dimenſionibus duabus reliquis moderatis,ad eaſdem cauſſas reducetur. *Breuis, moderati, moderati cauſſæ.*

Vigeſimuſquartus ſortietur prẽter eaſdem cauſſas extra ordinem cauſſam, quæ altitudinem deprimit. *Breuis, moderati, humilis cauſſæ.*

Ad eundem modum proximi duo ad antedictas referentur cauſſas:vt memoria teneamus,in quibuſcunque pulſibus cedat longitudo proportioni latitudinis & profunditatis, in his cauſſam,aut naturali conformationi,aut ar- *Breuis, anguſti, alti:& breuis, anguſti, humilis cauſſæ.*

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 219 sur 282

©BIU Santé

teriæ peruerſo ſitui eſſe attribuendam. Demonſtrauimus porrò, vbi latitudinis, vel profunditatis proportionem longitudo vincat, aut obſiſtere alteri earum ſolam anguſtiam, aut auctam etiam alteram eſſe. Atque obſtaculum frequens eſſe, incrementum rarum: in latitudine, vbi per mollem arteriæ tunicam degrauetur altitudo, ſimúlq; nec vehementem eſſe eiuſcemodi pulſum: in profunditate verò, vbi cogatur latitudo, & pulſus vehemens ſimul & magnus ex ſua natura ſit.

Breuis, anguſti, humilis cauſſæ.

Reliquus eſt poſt omnes vigeſimuſſeptimus, breuis, anguſtus, humiliſque. qui vtique paruus, vel apparet eſſe, vel ſua natura eſt. Ac quæ quidem in omnium primo diſtincta ſunt magno, eadem ſunt hic quoque diſtinguenda. Si naturaliter cõparata corporis ſit habitudo, hic pulſus non modo videtur paruus, ſed etiam eſt verè. At cum craſſior ſit, ſi quo homo euaſit ſeipſo craſſior, hoc ſit pulſus minor, erit tum quidem, quod ad ipſum attinet, moderatus: ſed per corporis craſſitudinẽ minor videtur moderato. Si longe ſit craſſior, quàm pulſus minor, is pulſus, quantum in ipſo eſt, mediocri erit maior. Sin autem minus ſit craſſus, quàm paruus pulſus, hic, ſi eius naturam ſpectes, minor erit naturali. Quòd ſi gracilius corpus ſit, quàm videatur pulſus paruus, is ſanè eſt natura paruus, ſed non perinde videtur paruus, ac verè eſt. quòd corporis gracilitas quatenus deceſſit de natura, hactenus ei magnitudinis addit ſpeciem. Quæ de paruo & magno pulſu adhibita diſtinctio eſt, eadem in alijs eſt adhibenda omnibus: ſciendúmque illorum quenque vel paruum eſſe natura, vel magnum, vel moderatum. Ac tres hi pulſus in quantitate diſtentionis poſiti ſunt, quod attinet ad ipſius rei naturam. Videntur verò eſſe viginti ſeptem ob craſſitudinem, vel gracilitatem corporis, vel ob cutem rugoſiorem, vel regionum arteriarum inæqualem anguſtiam, vel proprietatem conformationis. Itaque vnumquenque oportet, qui non inania verba ambit, ſed ipſa opera ſtudet meditari, omnium memorem, quæ iam percurri, ſimul atque aliquem animaduertat pulſum, qui in quantitate conſiſtit diſtentionis, primum qui ſit de vigintiſeptem attendere: deinde vbi ab eo, quæ ex vicinis corporibus oriuntur, alterationes ſecreuerit, indagare, an moderatus ſit, an magnus, an paruus: poſtea ſtatus, qui talem genuere. Siquidem docent hi & præterita & venientia. Vt in longo, & anguſto, & humili. Nam exempli gratia in hoc, quod dico, docebimus. hunc quantum in ipſo eſt, liquet paruum eſſe, ex eo quòd eius imminuta eſt circularis dimenſio, & aucta dimenſiò longitudinis. Si enim duabus de cauſſis minor circulus diſtentionis apparet, ob corpulentiam, & quòd minor reuera ſit pulſus: nunc autem abeſt corpulentia: Sanè enim non ſolum longitudo non creuiſſet, ſed etiam imminuta eſſet: planum eſt pulſum ſua natura eſſe paruum. Cum igitur remota ſit longitudinis ſpecies, quam contraxit ex corporis habitudine, cum de ſua natura paruus ſit, videamus iam quanam de cauſſa ſit factus paruus. Hic plurimi intereſt, noſſe paruitatis quantitatem & longitudinis. Aut enim paulo eſt naturali minor, aut multo, aut, vt ita dicam, modico. Sic etiam in longitudine, aut parum, aut modicè, aut longe naturales ſuperat. Iam altera ex parte ad maximam longitudinem producatur, etiam ad maximam deueniat paruitatem, id eſt, anguſtus & humilis ſit: hic pulſus natura longe eſt quàm apparet mi-

Tres ſunt tãtum vere diſferẽtię in diſtẽtionis quãtitate.

Circulus diſtẽtionis duabus de cauſſis minor videtur.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 220 sur 282

©BIU Santé

nor,ſed eam quidem ex nimia gracilitate comparauit ſpeciẽ:vt verò ſit natura minor ex cauſſis,quæ efficiunt minorẽ,frigiditate,imbecillitate,gracilitate.At quæ tandem cauſſa eſt vel cauſſæ inter has,vnde pulſus,qui nobis nunc cernitur,longus,anguſtus humiliſque generetur? Declarauimus quidem ante: ſignum eſſe perpetuum arteriarum duritiei pulſum durum,infirmæ facultatis languidum.qui etiam remiſſus,& imbecillus vocatur. vt qui ei eſt contrarius,vehemẽs,cõtẽtus,validus.Verùm ſciendũ & hoc eſt in hoc pulſu,neceſſario eum languidum eſſe.Nunquã enim valente facultate paruus ad ſummum pulſus fiat.At duritiem nihil eſt neceſſe coniunctã eſſe. De frigiditate verò nõ abſolute eſt ſtatuendum.ſed illud primum noſſe oportet,intereſſe,cor vnà eſſe cum arterijs refrigeratum,& refrigerari. ac quòd refrigeratum eſſe, læſam eſſe facultatem ſit:refrigerari autem,mutari vſum.Hic animo mihi opus eſt plane attento,ſciendúmque non modo ad præſagationes ex pulſibus,ſed ad alias etiam pene omneis eo nihil eſſe conducibilius.Procedit autem vniuerſus hic ſermo ex cognitione eſſentiæ facultatis,quam in commentarijs de cauſſis pulſuum,quòd operæpretium non eſſet,præteriuimus:Hoc loco, quia ad exacte intelligenda ea, quæ poſthac docebimus,hãc refert noſſe,viſum mihi eſt illam exponere.neque hic tamen cum ſuis demonſtrationibus (quippe alio eã loco proſecuti latius ſumus)ſed quãtum ſummatim explicatum ad inſtitutum noſtrum conducat.

Durus pulſus ſignificat arteriã durã

Paruus ſũme pulſus valẽte facultate nũquã fit.

Refrigeratũ eſſe cor & refrigerari differunt.

De *eſſentia facultatis.*

Facultatis eſſentia ſingularum partium, in ſingularum illarum poſita commodo temperamento eſt. Nam tum demum ſuum quæque munus obit ſtrennue,vbi ſit temperatiſſima.Contrà male fungitur, ſi intemperata ſit:atque hactenus male, quatenus ſit intemperata. Ad eũdem modum cordis corpus,cum immodice refrigeratum ſit,calfactum, humectatum,deſiccatum:pulſus pro ſuæ intemperiei modo facit languidos, id quod illi eſt offenſam facultatem eſſe. At verò conſuetudinem cum ſanguine habere in ipſius contento finibus,& cum ſpiritu qui calidior longe ac naturalis ſtatus requirit,ſit:aut cum eo,qui in inuolucro cor ambiente eſt,vel in pulmone: aut cum ipſo etiam inuolucro cor ambiente,& pulmone, vſum eſt tantum variaſſe citra offenſionem facultatis.Eandem habet rationem refrigeratum eſſe & refrigerari. vbi in ipſo cordis corpore temperando præpolleat elementum frigidum,læditur facultas.Sin in tunica cor ambiẽte,& in pulmone,& ſanguine,ſpiritúque,quos eius ventriculi continent,vſus eſt remiſſio. Iam humiditates & ſiccitates,ſi in ipſo corpore cordis conſiſtant,nocent facultati:ſi in quopiam vicino,non immutant vſum.Siquidem proba temperatura & intemperies ex quatuor fiunt elementis.Vſus verò acceſſiones vel remiſſiones ex calido & frigido duntaxat.Vbi iam ad vltimam vſus diſſolutionem deueniat corporibus vicinis cordi vehementer refrigeratis, non poterit etiam cordis corpus non intemperatum eſſe:id quod nihil eſt aliud,quàm debilitari facultatẽ. Quamobrẽ non fieri dicebam poſſe,vt de frigiditate vno verbo pronũtiarem. Neque vt ſola proſtrata facultate,vel induratis ſolum inſtrumentis,pulſus interim minor fit:ita etiam ob ſolam frigiditatem,quomodo nunc diximus,non accepta refrigeratione de vſus remiſſione.Neque enim eò vnquam,cor,vt re-

Eſſentia facultatis in quibus poſita ſit.

Facultatem offenſam eſſe quid ſit.

Vſũ mutatũ eſſe quid ſit.

Facultatem debilitari quid ſit.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 221 sur 282

©BIU Santé

frigeretur vehementer,deueniat,niſi ſit ipſum refrigeratum.Quid dico,intelligas clariſſime,ſi eos qui in itinere ex ingenti frigore obeunt,conſideres.Omnes enim ſimul vt frigidum expirant aerem,pulſum quoq; minorem habent, minimum tamen illorum prius nullus,quàm ad extremam refrigerationem ſit perductus, obtinet: vbi non tantum vſus eſt immutatus generandorum pulſuum,quod aderat à primo illis:verum etiam,quia perditur iam naturale cordis & moderatum temperamentum,debilitatur facultas.id quod ſolet plerunque ijs ſubito accidere,non, vt in alijs affectibus, paulatim. de quibus eſt vnus,quem hoc loco habemus in manibus per quem pariter & longus pulſus apparet,& anguſtus, humiliſque in longis morbis. Qui enim ita habent: in periculum hi non minus præſens veniunt, quàm illi,qui in itinere decedũt:non repente his tamen paruus pulſus,ſed pedetentim venit marceſcentibus. vnũ etenim marcoris hoc genus eſt, quod Philippus ſenium ex morbo appellat. Nam non ex frigiditate torridus marcor, cæterum ex facultatis ſola imbecillitate imbecillos pulſus & paruos creat. Separatur à priore,motus velocitate & crebritate & duritia caloríſque feruore.Verùm de his non eſt huius diſputationis diſſerere.ſed ad inſtitutum reuertor.Longus, anguſtus,humiliſque pulſus cum longius ab natura trinis dimenſionibus diſceſſerit,ſi talis citra duritiẽ appareat,à quibuſnam procedat & quot cauſſis, abunde aperuimus.At vbi cũ duritie coniũctus eſt, vnà iam huic adeſt vel languidus pulſus,vel medius inter languidum & vehementem:qui nec euertat tactum, nec ab eo euertatur:vt memores ſimus, nullum alioquin inter languidum & vehementem medium eſſe.declaratur autem in corpore is affectus eſſe,qui reddit arteriam duram.Hæc eſt ſiccitas,vel conſtrictio à frigore,vel tenſio. Siccitas quidem in ardentiſſimis febribus, vbi prauè producuntur, præcipue ex torrido marcore,certíſque Melancholiæ & quartanæ febris generibus. Conſtrictio ex frigore fit per frigidæ intempeſtiuum potum & immodicũ, vel per balneas ſimiles,ex refrigerantibus item pomis intẽpeſtiue ingeſtis,vel præter modum: denique ex ijs, quæcunque multum ſolent frigidæ pituitæ gignere, quẽ Praxagoras vitreum ſuccum ſolet appellare. Tenſio ex conuellentibus affectibus, & ingentibus inflammationibus.Ex ſcirrhis verò conſtrictio arteriarum atque tẽſio naſcitur.Quod quidem accidit potiſſimum ex iocinore & liene.ex his enim viſceribus pulſus apertiſſime vidẽtur & perpetuo duri ſcirrho præſertim affectis: Et verò etiam in magnis inflammationibus.Sed tactu eiuſmodi affectus deprehendẽtur,& per vrinas,& alui excremẽta, per vniuerſi corporis denique colorem & linguæ . Iam etiam per febrium genus . Qui porrò alij corporis affectus pulſum creant durum,partim originem ex recẽtibus offenſionibus repentinam trahunt:reliqui omnès pedetẽtim. Offenſiones,quæ inducunt eiuſcemodi affectus ſunt,vini potio intempeſtiua,& frigidę. Sæpe etiam poma refrigerantia,& frigidum balneum.Deprehendes noxam à vino illatam,cum ſubito pulſus non durus modo ſit, ſed maior etiam, & celerior,& vehemẽtior.Cæteras à vino in communi diſcernes,quòd nec magnitudinem adiunctam,nec vehementiam,nec celeritatem habeant.Singulas ſeorſum,nunc clarius,nunc obſcurius & per coniecturam.Clarius,vbi ſymptoma aliquod cõſequatur,quod pomis ſolet ſuccedere.Inflatio vẽtris,inquam,

Status corporis vnde arteriæ indurescant.

Conſtrictio vnde naſcatur.

Vitreus ſuccus.

Tenſio vnde oriatur.

Noxa à vino quomodo deprehendatur

Noxæ à pomis ſigna.

©BIU Santé

aut mordicatio corruptorum,aut ſtomachi aliqua compreſſio, aut delirium, vt à pomis vinoſis:aut vomitus,aut alui deiectio humidior & largior. Hæc ſcilicet non per ſigna,ſed ipſam aperte demonſtrant ſubſtantiam comeſtorum. Quòd niſi horum quid adſit,nec à vino ſignorum,aqua frigida eſt quæ offendit,vel pota,vel intempeſtiue in ipſa lotos. At verò vt hæc ſecurius omnia cõfir mare poſſis,metuentium & angore correptorum pulſus magno indicio ſunt. At ſi prius dictis poſtea hoc ſemper addas ægrotum, aliter ac præſcriptum ſit, feciſſe, magis confirmatam præſtabis & ſuſpiciendam prædictionẽ,vt ſubinde fidem aſtantes non habeant,nec ex pulſibus credant tale quid dictum eſſe,ſed conſciorum aliquem detuliſſe ægroti peccatum. Tangendi autẽ accurate ſunt pulſus,deinde quod indicant ſigna proferendum,ac tum denuo ſunt tangendi,animaduertendúmque ecquid ægrotus cõmotus ſit. Qui ſi omni ſit perturbatione liber, vide nunquod commemoratorum ſignorum aut omiſeris, aut parum probe perpẽderis. Si verò ſit perturbatus,atque videatur angi vel vereri,caue mox ſigno adhibeas fidem. Frequenter enim fit, vt non, quò conſcij ſibi talis admiſſi ſint,angãtur ægroti: ſed quòd ita ferè ſint comparati,vt ſtatim expaueſcant. At his mox pulſus conſiſtit. Qui verò plane in culpa ſunt, quàm tu diu de eo cõfirmes quicquam,tam diu metus proprius pulſus apparet. Atque peccata,quę hactenus expoſuimus,omnia aut inflammationibus,aut ſcirrhis,aut ſiccitatibus, aut viſcerum per frigiditatem conſtrictionibus augẽdis, alterationem,quam diximus,inducunt. Neruorum verò originem ſi quid occupet tale,affectum cõuulſiuum creat. Sic appello illos affectus, qui ante mortem neceſſario conuulſionis aliquod habent ſymptoma. Qui quidem moriuntur omnes etiam calidi,contrà ac illi, qui corripiuntur ſyncopa. hi enim vehementer etiam frigidi viuunt adhuc. Quibus verò neruorum propaginẽ occupauit conuulſiuus affectus,cum plane iam expirauerũt, diutiſſime permanẽt calidi. Horum pulſus omnium ſtatim primo occurſu exercitatis in tangendo tenſionem produnt,& motum veluti cõuulſiuum detegunt. Quòd ſi quis,cui commemoratus pulſus eſt, ab aluo plura deijciat,id quod euenit exiocinoris ſcirrhis,non amplius hi habent pulſum longũ,ſed aut moderato aſſimilem lõgitudine,aut etiam breuiorem. Iam hoc quoq; in omnibus duris pulſibus paritérq; paruis operæpretium eſt noſſe,citiſſime vibratos eos effici:& qui vibrati non ſunt,vel de vitalis facultatis imbecillitate,vel de remiſſione vſus,vel amborum concurſu non recipere illos eum motũ. Nam ſi quidem vſus magnam diſtentionem poſtulet,víſq; efficere vitalis valeat,ſed vnum refragetur corpus arteriæ,quod attolli in magnam diſtentionem per duritiam nequeat, vibratio in eum ſtatũ incidit. Nulla præterea ratione fiat arteriæ vibratus motus. Quocirca hic pulſus,qui videtur vibratione vacare,aut extremam imbecillitatẽ facultatis,aut remiſſionem vſus declarat maximã. At vibratus ſi ſit,contentionis continuo nonnihil annuntiat facultatem obtinere, nec pulſuum vſum generãdorum ſemel eſſe diſſolutũ. Nec verò deuenit ad maximam paruitatẽ, ſicuti diximus propoſitum pulſum facere. At eundem modum ſi pulſus citra vibrationem longior iuſto ſit, anguſtiórque & humilior, non longiſſime tamen de natura in ſingulis his diuerterit, ſed aliquantum,attẽdendum eſt, durúſne ſit & nõ vibratus,an plane duritia liber ſit. Si enim durus ſit,ſed abſq; vibratione,

Noxæ à frigida ſigna.

Conuulſiuus affect° quid.

Duri & parui citiſſime efficiuntur vibrati.

Durus abſq; vibratione quid ſignifi-cet.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 223 sur 282

©BIU Santé

frigiditatem,vel facultatis imbecillitatẽ indicat,vel vtranq; ſimul. Hæc diſcernito ex cõſequẽtibus.Nam cui talis pulſus ex ſola refrigeratione ſit, ſtatim adiunctam tarditatẽ habet,raritatémq;.Cui ex imbecillitate facultatis,ſociam ſibi remiſſionẽ habet.Quòd ſi iam vſus conſtet immotus, tãto erit pulſus celerior naturali & crebrior,quantũ à modo deflexerit paruitas.Sin autẽm quo facultas ſit imbecillior,eo diſſolutior vſus fit,pulſus eſſe ſimilis in vtraq; differentia moderato videbitur,nec celerior,vel tardior,vel crebrior,vel rarior.At ſi excedat alterũ,pro exceſſus ratione,ſicut ante eſt dictum.Si verò ſimul & durus & vibratus ſit,ſignificabit eoſdẽ affectus,à quibus diximus ſupra durũ pulſum conſtitui:verũ non imbecillam facultatẽ tamen,vt in illis:neq; diſſolutũ vſum. Quanta verò vtriuſq; ſit noxa,in facultate declarabit vehementiæ & remiſſionis differẽtia,vnà cum quantitate vibrationis:in vſu,differẽtia celeritatis & crebritatis cũ vibrationis itẽ quantitate.Reliqua ex ante dictis etiã cõijcito. Haud aliter ſi nõ paulum,nec multũ tribus differẽtijs de natura deflectat,ſed ſic mediocriter & modice,ex dictis diſcrimina notato. At ſæpe in eiuſcemodi pulſibus,ijs dico,qui puſillã à natura in lõgitudinẽ,anguſtiã,& humilitatẽ habẽt mutationẽ,nõ modo nihil animaduertitur duritiæ, verũ mollitudine etiã prædita ſunt inſigni:id quod & huic accidit de cauſſis genere ijſdẽ:variatur autẽ q̃titate in ſingulis.Siue enim propter facultatis imbecillitatẽ minor moderato pulſus fiat,facultatis oſtẽdit maior offẽſio:ſiue propter remiſſionẽ vſus,maius & huius eſſe vitiũ. Quo enim tunicæ mollitudo ad diſtẽtionis magnitudinẽ eſt prõptior,hoc cauſſã,quę moliat paruũ pulſũ,declarabit eſſe maiorẽ.Sanè imbecillitas facultatis,quã ſit magna,ſatis ex q̃titate remiſſionis apparebat. Huc cumulus acceſſit,quod nũc diximus.At vſus diſſolutio in q̃tũ incideritvitiũ,ex ſolis,q̃ diximus,ſignis inuenitur:de quibus dicemus etiã inferius nõnihil,vbi cõnectamus mutuo pulſuũ genera.In pręſẽtia enim hoc nõ inſtituimus,ſed cũ exponere de genere q̃titatis diſtẽtionis cœpiſſemus,ſimul alia attingere ſumus coacti. Quare redeamus ad primũ inſtitutum,ac ad reliqua genera tranſeamus.Neq; enim,q̃ alios itẽ ex tabella pulſus ꝓcurramus,cauſſam arbitror vllã eſſe. Verũ eadẽ ratiõe & via,quã inſtituimus in lõgo,anguſto & humili,reliquos ſingulos explorabimus,ac primũ remouebimus,qui ꝓpter corporis habitudinẽ lõgitudine,vel latitudine vel profunditate variãt,vt nõ magni tãtũ,vel parui videantur.Deinde cauſas cõſiderabimus,p quas aut iuſto maiores fiũt,aut minores. Atq; de genere pulſuũ quidẽ, qđ cõſiſtit in q̃titate diſtẽtionis,ſatis in præſentia.

Durus & vibratus quid denotet.

Celer & tardus pulſus quid denotent.

Celerbifariã accipitur. Moderatus duobus modis dicitur.

Oſthac de illorũ in celeritatẽ & tarditatẽ mutatiõe,quod ipſius motus p eſt arteriarũ genus in primis ꝓpriũ,agemus.Porrò ſumẽdũ hic quoq; eſt ab diſtinguẽda homonymia initiũ.Nã dicit celer pulſus,nunc vt cũ moderato cõparetur,nũc vt cũ quolibet alio.Præterea ipſe ille moderatus interim abſolute dicitur,quẽ in optima cõſpicimus natura:interim de vnoquoq; homine,qui inculpata ſit ſanitate.Hic ex cõparatione abſolute moderati exiſtimatur,docétq; quodnã ſit tẽperamẽtũ.Ac celerior quidẽ calidius, tardior frigidius declarat tẽperamentũ.Verũ ſolam plane non eſt inuenire mutationẽ in celeritatem & tarditatẽ,nec in ſanis,nec in affectis corporibus.Nam qui calidiore eſt temperamẽto,q̃ ſimpliciter moderatus,ſi pulſum habere videatur ce-

Mutatio celeritatis & tarditatis nunquã ſola inuenitur.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 224 sur 282

©BIU Santé

leriorem,eum habet neceſſario maiorem:& cui pulſus eſt aliqua occaſione ſolito celerior,omnino etiam maior eſt. Neuter tamen eſt horū neceſſario crebrior.Siquidem crebritas illis,vbi calor accumuletur copioſior, accedit. Itaq; cū celeritate modò magnitudo,modò etiā crebritas coniuncta eſt.Atq; etiā interdum ſola crebritas:cū præterito aliquo,qui, vt poteſt in præſenti, maximā obtineat diſtentionē,deinde reuerſi parē offendamus magnitudinē,ſed celeritatē maiorē.Huic enim ſimul crebritatē neceſſe eſt increuiſſe.Quòd ſi quē relinquamus,qui vſum habeat pulſuū remiſſum,ac reuerſi in celeritatē pulſum inueniamus auctū,tum nō auctus tantū celeritate eſt,ſed & crebritate plane & magnitudine.quandoquidē vſus remiſſio in raritatē clarius,deinde in tarditatem,poſtea in paruitatem pulſum conuertit.Et item quoque mutationes in tarditatem pulſuū, partim ex moderato ſtatim in raritatem ſimul mutantur, ſubinde etiam in paruitatem,vbi amplius vſus ſit imminutus:Partim ex ſtatibus non naturalibus:nunc aucto vſu,ſæpe vnà cum mutatione in paruitatem, interim cum raritate,nonnunquam cum mutatione in vtranque: nūc deminuto vſu mutationes fiunt pulſuum in tarditatem cum raritate & paruitate. Habes primas & ſimpliciſſimas pulſuum mutationes in celeritatē & tarditatē,harúmq; cauſſas præcedentes & externas eadem inueniuntur ratione,atq; illæ quas de magnitudine,& paruitate expoſuimus. Mixtæ verò mutationes atque compoſitæ cū vehementia & remiſſione vel duritia vel mollitudine cōſtant.Quæ etiā examinandæ ſunt atq; diſcernendæ eadem via rationéq;,quam, cum de longo,anguſto & humili diſputaremus,declarauimus:quò cognoſcamus,quæ cauſſa ſit, quamobrem in celeritatem vel tarditatē pulſus variauit. Poteſt enim,vti diximus,ob vſum auctum pulſus in celeritatē creuiſſe. Poteſt etiam ob mollitudinem arteriæ,& facultatis robur.Sed enim cum non variet mollitudine,duritia,vehementia,remiſſione, ſolus mutationē vſus induxerit. At ſi cum horum aliquo,cauſſa inquirenda & exploranda præpollens eſt,ſicut ante declarauimus.Exēpli gratia,ſi ſimul & celerior eſſe & mollior videatur,animaduertēdum eſt,tanto ne celerior ſit,quanto mollior,an magis.Nam ſi quanto eſt mollior,tanto etiam celerior ſit,alterationem ab ſola mollitudine mutuauit.Sin celerior quàm mollior,non à mollitudine tantum,ſed & ab vſu aucto.Contrà ſi mollior quàm celerior,quanto mollior eſt, tantū detraxit ſolius vſus remiſſio.Ad hunc modum,ſi pariter celerior & vehemētior ſit,ſi tanto celerior ſit,quanto vehemētior,conſiderandum eſt.Ita enim celeritatis ſolum facultatis robur cauſſa ſit.Sin celerior quàm vehementior, quo celerior eſt,hoc de vſu aucto accepit.At ſi vehementior quàm celerior,nō robur tantum facultatis,ſed etiā frigiditas aliqua alterauit pulſus.Si iam celerior ſimul & mollior vehementiórq; appareat,ſingulari experientia opus eſt cognituro, vtrum tanto celerior ſit moderato, quanta ex ambabus cauſſis facta acceſſio eſt ex mollitudine & contentione,an non tanto. Nam ſi tanto, ob illa ſola eſt immutatus: Si magis, acceſſit incrementum vſus: Sin minus,etiam propter vſum remiſſum.Eadem ratio in pulſuum mutatione in tarditatem ineūda eſt: ex vſu ne duntaxat remiſſo,an ex imbecillitate facultatis, an ex duritia inſtrumentorum orta alteratio ſit.Ac ob vſum ſolum variaſſe probabile eſt pulſum, ſi quando nec durior,nec imbecillior inueniatur.Ob facultatis infirmitatem,

Celerior pulſus neceſſario maior eſt

Mutationes celeritatis & tarditatis cōpoſitæ.

Celerior pulſus quid annuntiet.

Celerior & mollior quid denotet.

Celerior & vehemētior quid ſignificet.

Celerior mollior, & vehemētior quid denotet.

Tardior pulſus quid ſignificet.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 225 sur 282

©BIU Santé

vbi quanto languidior ſit,tanto etiam tardior. Atq; ob duritiam item inſtrumentorum,cum tanto ſit tardior,quanto durior.Sin autem tardior moderato videatur,quàm languidior,in eum ſtatum ex imbecillitate & frigiditate incidit,cauſſámq; in eo exuperãtem ex collatione reperies ad naturalem & moderatum.Si enim numeris forte quinque de natura remiſſio deflectere videatur, & quindecim tarditas:præſtare in eo pulſu conſtituendo frigidã cauſſam,non imbecillitatem facultatis eſſe cauſſam dicendum eſt. Sin quindecim tarditas numeris appareat,decem autem remiſſio,in huius pulſus conſtitutione frigiditatẽ excellit imbecillitas. Quòd ſi nõ perinde ſit tardus ac lãguidus,ex facultatis imbecillitate & calore quoq; is natus ſit. Ac magnitudo quidem vtriuſq; cauſſæ ex proportionis exceſſu inuenies.Atq; hoc memoria tenẽdum eſt, hæc omnia dici amoto aſcititio motu.Pari modo vbi cum mutatione in tarditatem inuenitur aliqua durities,attendendum eſt,ex ſola duritie mutatio,an ex ambabus incidit.Si enim quanto tardior ſit pulſus, tanto etiam videatur durior, alterationis ſola durities cauſſa eſt.Si vero tardior quàm durior,nõ modo durities,verum etiam frigiditas. Atque inuenias ad eundem modum hic fortiorem cauſſam,atq; declaratum eſt paulo ante. At ſi magis ſit durior, quàm tardior,non nomine duritiæ tantum,verum caloris etiam talis euaſit.Et verò hic quoq; ex proportionis exceſſu perſpicies cauſſæ vtriuſq; magnitudinem.Iam verò ſi tardior ſimul & durior ſit atq; languidior,exercitatum hic quoq; oportet eſſe,qui ſit perſpecturus,an tanto tardior ſit moderato,quantũ acceſſit ex vtriſq; cauſſis imbecillitate & duritia,nécne. Etenim ſi tanto,ob illas eſt ſolas mutatus: Quòd ſi magis, adiuncta iam eſt vſus remiſſio: ſi minus, etiam propter vſus incrementum.

Tardior & durior quid denotet.

Tardior, durior, & lãguidior quid denotet.

De quatuor generalibus differentiis, quæ ſunt in diſtentione.

Vando iam ſatis de his tractauimus,quod ad hũc locum attinet, hic diſputationem aliquantiſper ſiſtamus,ac prius quàm aliud genus in manus ſumamus,quædam faciamus,vt commemoremus, & ad ſuperiorem & inſequentẽ ſermonẽ accõmoda. Nam quatuor cũ ſint in diſtẽtione arteriæ generales differentiæ,prima eadémq; ante cæteras pulſuũ propria, quæ in qualitate conſiſtit motus:Altera,quæ in quãtitate diſtẽtionis: neq; hic nos,neq; in primo de pulſuum differentijs libro de magis propria verba fecimus primo loco,quòd cognitu difficilior ſit:ſed de illa,quam dignoſcant tiro nes clarius,& quæ ideo ſit ad denũtiandum aliquid vtilior. Hæc habet extra ordinem illud quoq; præter alias omneis, vt cõplecti ſeptem & viginti videatur pulſuum differentias,ſint verò reuera tres.Nam in cæteris quidem omnibus generibus,quot natura ſunt differẽtiæ,tot apparẽt.Reliqua ſunt in diſtentione duo genera pulſuum,alterum facultatem,alterum arteriæ indicat tunicam,quod quidem eſt poſtremum,imò verò nec proprium,nec affine,ſed genus pulſuum aduentitiũ.Habẽt autẽ hoc duo hæc genera, vt cauſſam ſemper, à qua generantur,oſtendant aperte:duo illa genera ſuperiora non perpetuo. Etenim duobus obuenit generibus poſterioribus,vt ab vna vtrunq; cauſſa cõſtituatur:Primis verò duobus vt ab omnibus cauſſis, quas tres frequẽter demõſtrauimus eſſe.quo etiã in generibus duobus primis difficilior ſit oratio ac plurium ad cauſſam inueniendam diſtinctionum. In reliquis duobus cũ ge-

q

©BIU Santé

nus eſt cauſſæ vnum vtrobique,tum verò quantitatis notitia certa.

Cauſſæ continentes vehementis,languidi,mollis & duri pulſus.

v Ehemens pulſus à facultatis ſemper robore fit:ac quo ſit vehementior,tanto robur ſignificat maius eſſe facultatis.languidus ex facultatis imbecillitate:ac quo ſit languidior, hoc facultatem quoq; imbecilliorem eſſe demonſtrat.Haud aliter durus pulſus efficitur ab arteriæ tunica dura.Mollis à molli.Præterea quantitas pulſus duritiæ & mollitudinis, arteriæ declarat quantitatem duritiæ & mollitudinis.Sed verò qui medius eſt inter durum & mollem,qui etiam vocatur moderatus,primus natura eſt inter eos,ſolúſq; naturalis.At inter languidum & vehementem hac ratione medius eſt nullus.quòd languidus ſit oriundus ex facultate imbecilla & à natura deſciſcente:Vehemens autem ex firma & recte habente.Verum alio modo, vt ante retulimus,medius ſit aliquis inter languidum & vehemẽtem.Modus autem dignoſcẽdi per tactum adhibitum eſt.Nam cum à pulſu euertitur, vehementem eũ vocamus:cum ille euertat pulſum,languidum: vbi neutrũ ſit, medium dicimus hunc ſortitum locum eſſe inter languidum & vehemẽtem: qui quidem nõ aliter atq; languidus,præter naturam eſt.Alterationes pulſuũ quædam in remiſſionem & vehementiam & ſolæ fiunt frequenter,& ab vna cauſſa.Cum enim tunica arteriæ vnà cũ vſu in naturali conſtent ſtatu & nonnihil facultatis contentio alterata ſit,languidior hic quàm vehementior priore pulſus redditur:de alijs verò generibus cum eo nihil mutatur.Atque hoc pacto ſolæ fiunt & ab vna cauſſa.Alio modo ab vna quidem cauſſa,ſed non ſolæ.Nam vbi diſſoluta admodum facultas ſit,vel contenta,vt nondum à cauſſis alijs cõtinẽtibus ſit immutatus,mutari pulſus ab vna cauſſa accidet,genus verò non vnum cõmutatum eſſe.Nam ſi longe facultas imbecilliorſit,nõ languidum modo,verumetiam paruum pulſum creabit:& quia paruum, ſtatim etiã crebrum.At robuſtiſſima cum vehemẽtiſſimum, tum etiam maiorem excitat pulſum,ſimúlq;,ſi nihil variet vſus,rarioré.Mutatio iam pulſuum in duritiã & mollitudinem,ſi quidem ab vna cauſſa procedat,omnino aliquod vnà de alijs generibus mutabitur.Quòd ſi ſola conſtet,ex concurſu pluriũ cauſſarum conſtituitur.Simul autem & ſola & ab vna cauſſa nequaquam fiat,niſi minimo plane ſpatio diſceſſerit de natura,vt quàm minimo fiat pulſus durior, pari tamen magnitudine. At ſic nec celeritas mutabitur, nec crebritas.Verùm apertior ſi fiat maiórq; durities,non poterit pulſus non eſſe minor,tantóque etiam crebrior,quanto minor.Si verò ſimul & durior facta ſit tunica arteriæ, & calor increuerit,hoc pulſus moderato durior erit,quo arteriæ tunica:at magnitudine æqualis moderato: modo quantum calor mediocritatẽ exceſſerit, tanto tunica arteriæ naturali ſit durior.Quando iam de his quoque ſatis dictum eſt,quantum requirit præſens argumentũ,deinceps de præcedentibus & externis duorum generum,quæ nunc explicauimus,cauſſis agemus.

Alterationes pulſuũ in vehementiã & remiſſionem quæ ſint.

Alterationes pulſuũ in duritiã & mollitudinẽ quæ ſint.

Cauſſæ præcedentes,quæ robur augent & opprimunt.

c Auſſæ præcedentes,quæ robur facultatis augent,partim in ipſo inſunt corpore, ac humores quidam ſunt ſemicocti & crudi, qui iam concoquantur:& naturæ ad iudicationem impetus,niſi hic ſit etiam in eodem genere:adhæc ira.Partim extrinſecus adueniunt, vt vinum, cibus,

Robur facultatis quæ cauſſæ augeant.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 227 sur 282

©BIU Santé

exercitationes modicæ:& etiam quæ intemperiem corrigunt ipſius corporis & cordis & arteriarum,ſiue illi cibi ſint, ſiue potus ſiue etiam medicamenta. Deprimũt verò facultatem inedia, vigiliæ,ſolicitudines,mœrores,vacuationes immodicæ per aluum,vel per vrinas,vel vomitum,vel vterum,vel profluuium ſanguinis, vehemẽtes dolores, vel ſingulares, vt quem ſtomachicum affectum vocant,qui ſyncopam inducit.His adiunge omnia, quæ cordis vel arteriarum creant intemperiem,ſiue in corpore illa contineantur,vt in ſuccis,vel ſolidis partibus,ſiue foris etiam his antecedant. Quippe hæc deprimũt omnia facultatem immodice humectando,deſiccando,calfaciendo, refrigerando, digerẽdo.At verò,quæ cauſſæ præcedentes & externæ pulſum duriorem efficiũt,ſuprà expoſuimus,cũ de lõgo ſimul & anguſto & humili diſſereremus.Nihil eſt ergo,cur eaſdem hoc loco recenſeamus : ſed tantum ſi mollis cauſſas addiderimus,finem hic faciemus libri.

Facultatem quæ cauſſæ deprimant.

Cauſſæ præcedentes & externæ mollis pulſus.

Mollem reddunt arteriam,humidus cibus,ac frequentiores balneæ, ſomni multi,mollior vita,& voluptates.Atq; hæc quidem intra ſepta manent naturæ.Præter naturam in comate,lethargo,aqua inter cutem,& ſi quæ ſunt alia,quæ arteriarũ tunicas imbuunt larga humiditate, maxime pituitoſa:de quibus infra,cum de morbis dicam,prolixius agam. Nũc iam tempus eſt,vt hunc librum finiamus, ſi in ſummã, qui in eo ſit fructus,ſubduxerimus.Eſt autem hic.Præſentem diſpoſitionem ſingularum cauſſarum continentium pulſus primã indicant. qua cognita præcedentes & externæ cauſſæ deprehenduntur ipſius primæ inter illas.atq; in hoc conſtat præteritorũ præſagatio.Futurorum verò ex ijs,quæ diſpoſitionibus comitãtur, petuntur præſagia. Quorum quemadmodum vnumquodque fiat,in ſequentibus libris declarabo.prius in ſecundo tamen horum commentariorũ, quod reſtat adhuc, inſtituimus perſequi.

m

Vſus huius libri.

PRIMI LIBRI GALENI DE PRAESAGATIONE EX PVLSIBVS FINIS.

©BIU Santé

GALENI DE PRAE-
SAGATIONE EX PVLSIBVS LIBER SECVN-
DVS, HERMANNO CRVSERIO CAM-
PENSI INTERPRETE.

Quid celeritas & tarditas contractionis ſignificent.

DE primis quidem & quaſi maxime elemẽtalibus pulſibus, qui in diſtentione arteriæ dignoſcũtur, diſſeruimus ſuperiore libro. Nunc de reliquis exorſi à contractione tractabimus. Habet quatuor hæc quoq; genera pulſuum, quot ſcilicet diſtẽtio. velocior etenim & tardior, maior, minor, vehemẽtior, languidior, ſi naturam ipſam ſpectes rei, contractionis motus fit, & hercle etiam arteriæ corpus aut durum efficitur aut molle. haud dignoſcas tamẽ horum generum, præter tarditatem vnam & celeritatem, vllum. imò ne has quidem vbiq;, ſed in illis pulſibus, vbi ſenſu contractio animaduerti poſſit, vt in primo libro de pulſibus dignoſcendis docuimus. Iam etiã in libro de vſu pulſuũ arteriæ functionẽ demõſtrauimus cõtractionẽ eſſe non ſecus ac diſtentionẽ. Vtraq; enim naturalis caloris tuetur mediocritatẽ: diſtentio veluti inſpiratio quædam exceſſum ardoris refrigerando, & ventilatione, quod extinguitur, incẽdendo: cõtractio in modum expirationis fuliginẽ expurgando. Ergo celeritas contractionis indicio erit fuliginoſorum excrementorum ingentem colligi numerum, expurgariq; id temporis, quandocũq; inueniatur. Tarditas contrà, nec eius multum excrementi coaceruari, eóque nec requirere euacuationem. Magna enim copia ex putreſcentibus humoribus aceruatur, qui febres accendunt neceſſario. Cum corpus bonos humores habeat, pauca omnino. In alijs ſtatibus, qui medij inter hos ſunt, pro portione ſingulorum ſtatuum: Inter edendum & dormiendum plus, per vigilias & inedias minus. Eadem plane ratione pro ciborum natura: in illis, qui prauos humores gignunt, plus: in his minus, qui probos. In febribus ad eundẽ modum, in acceſſionibus plus, alijs temporibus minus. Adeóque plus ex craſſis & lentis humoribus, qui pituitoſi ſunt, & quos appellant crudos: ex bilioſis minus, & melancholicis: medio modo ex ſanguine, qui ſcilicet etiam putreſcit ex inflammationibus. vnde oriuntur febres, cum aliæ, tum illæ, quarum adeo eſt immodicus ardor, vt cutem deurant, & affectum generent, quem carbunculum vocant. Eiuſdem ferè naturæ ſunt Herpetes depaſcentes, quos appellauit Hippocrates edentes. Scilicet in omnibus his putreſcunt humores. Alio iam modo putreſcentes in aſperis arterijs ſucci. Pulmonem enim ſuo vitio contagiunt, ac putreſcit die hoc etiam viſcus. Ac contrahuntur in aſperas arterias vel per diſtillationẽ de capite, vel ex pleuritide, vel peripneumonia, vel pulmonis affectu, vel angina, vel ex pure qui influxit. Originẽ hinc ducũt putredinis, quòd minus probè expuantur. Nam vt ſunt vitioſi, & locus calidus, maturã deſiderãt euacuationem. Subinde etiam fit, vt cum pulmonis

Tarditatis & celeritatis tantũgenus in cõtractione dignoſcitur.

Celeritas cõtractionis quid ſignificet.

Tarditas contractionis quid ſignificet.

Fuliginoſa excrementa vbi abũdent

Herpetes depaſcentes.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 229 sur 282

©BIU Santé

rumpatur vas aliquod, immittat ſanguinis in aſperas arterias aliquid. qui quidem diuturnitate putreſcens excitat tabem. Quò etiam deuenit celerius, quę vaſa exulcerata emittunt. In omnibus his, quos collegi, affectibus, aliiſque, qui putredine ſint aliqua humorum præditi, arteriarũ motus quo intro ferũtur augetur & in quantitate, vt arctius illę cõtrahantur. ſed hoc quidem ſenſu plane nõ dignoſcas. At celeritatis clarè animaduertitur incrementum faciléq; viro experto in hoc opere, qui nec ingredi quidem ad experiendũ prius poſſit, quàm quæ de dignoſcẽdo prodidimus, didicerit: quorũ nos nihil ex priſcis Medicis docuit vllus, ſed progrediuntur quidam vſq; ad veriſimilem orationem, ac cõmentationes ſcilicet Herophilias quaſdam de pulſuũ rhythmis cõſcribunt. Aliqui inanem loquacitatẽ vocant eam meditationẽ, ſemélq; eam repudiant. Si verum quæris, reſpiciẽdã eſſe neutri animaduerterunt celeritatẽ & tarditatẽ diſtentionis cõtractioníſq;, quarũ multa valet vtraq; indicare, vti ſummatim nũc declarauimus, explicaturi poſthac, cum de morbis agemus, latius.

Quid crebritas & raritas indicent.

Quies duplex.

Vnc quidem ad crebritatem me, raritatémq; conuertam. quarũ duplex eſt vtraque, quòd etiam quietibus contigit arteriæ duplicibus eſſe, vni ab diſtentione ante contractionẽ, alteri poſt contractionem ante diſtentionẽ. At quiddam ambabus eſt cõmune, aliquid propriũ vtrique.

Quietibus quid cõmune

Cõmune quòd duabus de cauſſis abbreuiãtur, vel quòd prior productus ſit motus, vel q ſequẽs anticipet. Contrà protendũtur, ſi vel breuior fuerit prior motus, vel ſi remoretur poſterior.

Quieti vtrique quid proprium.

Vtriq; propriũ, quod denotare ſolent. Illud autem ab ijs planum eſt ſignificari, quòd ex producto altero motu vel anticipante altero poteſt prodi. aut contrà ex abbreuiato altero motu, & morante altero. Quando enim ſyncerus calor, pauciſſimíſq; inquinatus excrementis diſtentionem concitat maiorem ſimúlque celeriorem: contrà qui confuſus excrementis eſt putribus, cõtractionem: vbi ex anticipatione vel magnitudine diſtẽtionis pulſus crebrior fiat, calorem purum indicabit multum in corpore increuiſſe. vbi verò, quòd maturius incipiat contractio, impuri copiam atque excremẽtis referti caloris arguet. Nec aliter cum rarior pulſus externa quiete ſit, ſi quidem ob diſtentionis celeritatem, refrigeratum calorem demõſtrabit eſſe: ſin ob morã contractionis, fumoſa imminuta eſſe excrementa. In quiete interna è diuerſo, ſi ex productione contractionis creber ſit pulſus, ſuppullulare abundantiam fumoſorum excrementorum: ſi ob maturiorem diſtentionis exorſum, auctum calorem eſſe. At verò cum rarior in hac quiete pulſus eſt, ſi ob imminutam contractionem, pauciora annuntiabit excrementa: imminutum calorem eſſe, ſi ob diſtentionis moram. Quòd ſi cõiuncta ambo ſint, vt & protẽdatur motus prior, & alter anticipet, ſiue in externa hoc quiete, ſiue accidat in interna, compoſitum declarauerit affectum ex illis, quorũ ſigillatim ſignificabat vtrũq;. Itidem ſi pulſus ſit rarior, in vtra hæc coierint ambo quiete, cõtractus prior motus, & multũ tardãs alter, erit ſtatus tũ quoq; duplex atq; cõpoſitus ex vtroq;, quę iam ante declarauimus, cũ alteruter demi nutus ſit motus, reiectus autẽ & tardãs alter. Verũ enimuero non perinde eſt aperta vtriuſq; quietis cognitio. Externa enim clare ſentit, internã verò ne obſcure quidẽ, nedũ euidẽter ſenſu dignoſcas. At ſola ad hãc aſpires cõiectura, ſi

Externa quies clarius ſentitur quã interna.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 230 sur 282

©BIU Santé

colligas ex impetu vtriuſque motus:præcipue in ijs pulſibus, in quibus clare ſenſus valet aſſequi contractionem. Ac de hoc quoq; genere pulſuũ, quantum refert ad propoſitum, diximus.

Quid Rhythmi annuntient.

Vnc poſtulat ſermonis ſeries, vt de rhythmis exponamus. de quibus prolixius Herophilus diſputauit, obſeruationem potius & experientiã prodens, quã rationalem docẽs methodũ. Nam rhythmos pulſuum per ſingulas ferè animaduerſos ætates conſcribit. nec primum quibus illos in naturis obſeruauerit, nobis declarat, deinde ex ipſa inſtitutione manifeſtus eſt, quòd confuſam habuerit, nec diſtributam contractionis atque quietũ notitiam. Nam ſi contractionem in ſenibus vſq; ad decem prima tempora extendi putet poſſe, planiſſime veram contractionem ſenſit nunquam. Hæc enim interim non tam diuturna eſt, quàm diſtentio: interim æque diuturna. Interim, vt ſcribit ille, diuturna quidem eſt, non quintuplo, vt autumat, tamen, ſed paulo maior. Reliqua errata, & confuſiones, inauditáſque abſurditates, quibus ſcripta ſcatent Herophili de rhythmis dignoſcẽdis, partim ex tertio commẽtario de dignoſcendis pulſibus, partim ex illis, quæ ſeorſum in Herophili artem de pulſibus ſcribam, cognoſcas licet. Nunc verò (quia nec hiſtoriam hac lucubratione nec confutationem complector: ſed, quæ perſpexi, docẽo) ad inæquales pulſus conuertam orationem.

Herophilus de rhythmis.

Herophilus nõ probe cognouit cõtractionem & quietes.

Inæquales pulſus quid ſignificent. & primo de intermittente.

Orum duplex eſt genus. Quidam in vno ictu inæqualitatem habẽt, alij in aceruo, quam iuniores Medici inæqualitatem ſolent appellare συσηματικὴν. aceruum ſcilicet etiã σύσημα appellant. Igitur de inæqualibus pulſibus hoc in communi omnibus ſciendum eſt, quod in ſecũdo libro de pulſuũ cauſſis oſtendimus, ex oppilationibus eos, aut ex cõpreſſionibus inſtrumentorũ, aut humorũ abundantia ad facultatẽ quidem collata, aut ex cordis inæquali intẽperie conſtare: Incõmodiorẽ porrò eſſe vnius pulſus inæqualitatem ea, quæ in aceruo conſiſtit. Quinetiã haud quaquam moueri arteriam, quod vocatur intermittere, ſiue in vnũ pulſum, ſiue in aceruum inciderit, periculoſum eſt, vt nulla omniũ ſpecierũ alia, quæ inæquales ſunt. At ſeorſum de vtriuſq; generis omnibus ſpeciebus dicendũ eſt. incipiẽdúmq; à pulſuum collectiua inæqualitate. Meditemur verò orationẽ, primũ in inæqualitate collectiua, & apertior inæqualitate ſit vnius pulſus. Intermittẽtes pulſus facultas, vel quòd grauetur ab humorũ copia, creat, impedita, quominus motum debito tempore auſpicetur: vel per craſſitudinẽ, vel per copiã humorũ, quæ obſtruat aut oſcilla cordi vicinarũ arteriarum, qua attrahit materiã rurſúſque emittit: aut ex oſcillis quodamtenus vniuerſam vaſorum capedinem. Sæpe etiam foris illis, quaſi vinculum ſit, copiæ eiuſcemodi offunditur. Nonnũquam inſtar oneris grauat. Interdum etiam ſpatia, in quibus diſtenduntur, occupat. Eſt cũ inflammatio, vel ſcirrhus, vel alius id genus tumor, qui cingentia arterias corpora teneat, earum arceat diſtentiones. Si verò ipſarum arteriarum tunicas tale quid inſederit, maius eſt diſcrimen. At verò ſi ipſius corpus cordis, hoc iam malum eſt extremum. Etenim hi ſubito ſyncopa corripiũtur. At intẽperies cordis non eſt perinde exitialis, imò verò inflammatione longe mitior.

Inæqualitas duplex.

σύσημα.

Inæqualis pulſus vnde oriatur.

Intermittẽs pulſus vnde fiat.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 231 sur 282

©BIU Santé

Languidus pulſus quid ſignificet.

Cuius quidem imbecillitas facultatis comes eſt,pulſúſque languidus præter eum affectum indicat nihil.Nam moderato cor præditum tẽperamento, pulſum ædit vehementem:prauo languidum.ac eſt in vtroque exceſſus & defectus,prout maior vel minor ſit temperamenti mediocritas.Etenim latitudinẽ demonſtrauimus habere,quam pulſus habent etiam nõ minus ex maiore vel minore intemperie.Verùm paruũ & languidum ſola intẽperies pulſum reddit,non ſtatim inæqualem tamen:niſi cum humoribus facultas cõparata contentis in ipſo corde & in continentibus cum ipſo arterijs veníſque,robore ijs cedat:quod aliud nihil eſt,ac copia humorum facultate maior. In eiuſcemodi enim affectibus adiũcta neceſſario ad paruos ac languidos pulſus inæqualitas eſt.At cũ debilitata duntaxat facultas eſt cordis,non degrauatur tamen ab humoribus,hic omnes pulſus parui ſunt & lãguidi.Ex facultatis verò imbecillitate nulla illis adeſt inæqualitas, niſi quando ipſum etiam corpus cordis inæquali intemperie detineatur. de qua paulopoſt dicemus.Nunc ad intermittentes me refero,qui rarioribus finitimi ſunt,verùm ab ijs ſecernuntur,quòd rhythmum pulſus totum intermittentes perdiderunt.Quòd ſi nõ vnius modo tempus pulſus quieſcat,ſed diutius etiam:clarius is intermittere videatur, periculoſiórque hoc erit priore,quo quieſcat diutius.Itaque cum duorũ pulſuum tempus arteria cõſiſtat,haud ſcio an ſuperſtes eſſe quiſquã poſſit. vnius certe tempus pulſus aut paulo amplius ſæpe numero conſpeximus intermittente motu arteriarum confirmatum hominem eſſe, præſertim cum ætatem ageret ſenilem.Quanquam hoc videri abſurdum poſſit.Etenim ſi vel ſua ſpõte imbecillus ſenex eſt,laborántque eius etiam ante valitudinis infirmitatem facultates,quem expectemus euentum,ſi ad ætatis imbecillitatem, altera acceſſerit ex morbo. Nempe hac de re non eſt periculoſum, ſed eò potius leue, quòd imbecillæ facultates à paruis ſæpe occaſionibus fiat vt offendantur: at firmæ tantum deijciuntur à maximis.Itaque qui habitu ſunt valente,& admodum diu in morbos non inciderunt,periclitantur,ſi incidant. At verò imbecilli,quíque aſſidue obiecti ad omnes cauſſas ſunt,facillime ſeruãtur:quòd ſcilicet de his nemo,cum à qualibet lædatur vel minima,expectet cauſſam magnam. Robur validorum omnem excipit cauſſam paruam,vt à ſolis magnis vincatur. Quamobrem intermittentes pulſus minus habent ſenes quàm iuuenes perniciales, mox pueri ab illis, quòd quia cum concoctrice facultate ſint validiſſima,tum corpore molliſſimo,atque facile perſpirabili,concoquant digerántque per halitum intemperies inæquales,copiámq; humorum,& craſſitudinem.Quare etiam hi in minus periculum veniũt quàm iuuenes,cũ pulſus intermittant,duobus nominibus:tum q̃ facultate, quæ pulſibus præſidet, imbecilliore quàm iuuenes ſint, vt à minoribus cauſſis,ſicut ſenes,ſuperẽtur procliuius:tum quòd concoctrice firmiore,vt facile offenſæ corrigantur.His additur perſpiratus facilitas nõ mediocre ad tollendos morbos momẽtũ.quod etiam Hippocrates confirmauit.Hæ ſi tibi rationes probantur, vtaris licet. Sin ſecus,at,vt docet experiẽtia,rẽ ſcito ita,vt diximus,habere.Itaq; præter cæteros in pulſibus intermittẽtibus iuuenes,minus his pueri,minime ſenes in periculũ vocãtur.Neq; verò quicq̃ habet admirationis inæqualiũ pernicioſiſſimũ eſſe intermittẽtẽ.Nã cæteri quidẽ vitioſi aliquatenus ſunt motus: at intermittẽs in

Parui & lãguidi pulſus cauſſa.

Intermittẽs cum rariore quid cõueniat & diſtet.

Intermittẽs duorũ pulſuũ tẽpus letalis

Senibus cur intermittẽs pulſus ita nõ ſit letalis, vt iuuenibus.

Intermittẽs pulſus cur pueris nõ ita pernicialis vt iuuenibus

Intermittẽs inæqualium pernicioſiſſima.

©BIU Santé

motus poſitus eſt abolitione. Siquidem quo tempore intermittit pulſus,tum nihil arteria mouetur.Ac ferè quantum inter ſe ſanitas,mors,& morbus differũt,tantum naturalis motus ab immobilitate,& prauo motu.Quòd inſtar naturalis motus ſit ſanitatis,vitioſus motus morbi,& immobilitas imaginẽ refe-
5 rat mortis.Nam qui in ipſis functionibus ſtatuunt ſanitatem & morbum,non in corporis diſpoſitionibus,ex quibus functiones obimus,his non inſtar eſt ſanitatis motus arteriarum naturalis, cæterum aperte dicetur ſanitas. itémque vitioſus motus, non inſtar morbi, ſed ipſe ſcilicet morbus . Ac immobilitas extinctio quædam atque mors, ſiquidem integra diutius conſtet. Nam ſi ha-
10 ctenus procedat,vt vnius pulſus vel alterius videatur tempus quieſcere, inſtar veterni eſt, aut apoplexiæ cuiuſpiam, aut reſolutionis actionum voluntariarum . Qualia enim hæc in aliud principium ſunt, quod ſedem habet in cerebro:tale quiddam pulſuum eſt quies aduerſus principium,quod in corde ſitum eſt. Et vt recte de illo eſt dictum,apoplexiam non poſſe fieri, vt pro-
15 pulſetur, ſi ingens ſit:ſin leuis ſit, non ſine magno negotio.ita etiam dicetur hic recte,quies pulſuum,ſi ſit diuturna,vt tollatur,non fieri poſſe. Sin breuis ſit, non citra negotium. Porrò diuturna eſt, quæ excedit duorum pulſuum tempus: breuis,quæ intra duorum pulſuum tempus manet.Quies verò temporum vnius pulſus inter omnes intermiſſiones moderatiſſima eſt,multíque
20 ex ea ſenes pariter & pueri euaſerunt, iuuenum autem ne ex hac quidem vllus. Verùm longam raritatem quidam imperitia adducti, quòd intermiſſionem exiſtimarent eſſe,ex hoc pulſus vitio quoſdam arbitrati ſunt iuuenes fuiſſe ſuperſtites. Eſt quidem hæc quoque grauis, præcipue iuuenibus, non tamen plane exitialis: pueris & ſenibus multo etiam leuior.Porrò autem mors
25 à pulſibus intermittentibus repentina corripit, non aliter ac ab apoplexia. Vtrobique enim cordis calor extinguitur deſtitutus reſpiratione. At raritas quidem ab intermittente pulſu diſcernitur prolixitate temporis: Interdum etiam,quòd raritas interim habet æqualitatem coniunctam omnium ictuum: intermittẽs autem pulſus neceſſario eſt inæqualis. Nunc enim in trinis, nunc
30 in quaternis,ac nõnunquam in quinis ictibus,vel etiam in pluribus intermittere inuenitur.& quieſcere vnum motus tempus aut etiam plura. Iam ſimul cum illo aliquod mutatur aliud genus,conuertitúrque ad inæqualitatem. Et hoc etiam in raritatibus diuturnioribus eſt perpetuum, vt tardior quàm par eſt,reddatur motus,nunc tanto quanto raritas,nunc plus aut minus:prout,
35 qui id vitiũ concitat pulſus,comparatus affectus ſit.Eſt autem eorũ pulſuum ingens frigiditas cauſſa generandorũ,quæ occupet vel corpus cordis,vel ſpiritum & ſanguinem,quem continent eius ſinus,vel partem aliquam vicinam. Atq; ſi corpus ipſum cordis teneat ingens frigiditas,ita languidiſſimos reddit pulſus & tardiſſimos & minimos,vt maxime hæc viget. Quæ verò proficiſca-
40 tur ex parte alia, raritatem longius quàm cætera,quæ diximus, genera à natura auertit. Itaque quidam in illis ſunt, qui cum pulſus habeant non longe minores iuſto,& tardiores, languidioréſque, tamen è veſtigio pereunt. Mors autem tum minus poteſt declinari,cum teneat frigiditas corpus ipſum cordis . Repentina porrò & in altera differentia fit. Ac moriuntur priores
45 illi inter dormiendum potius, vt iam non amplius expergiſcantur . Alteri

Quies pulſuum diutur na & breuis.

Raritas ſon ga nõ eſt pla ne exitialis.

Raritas ab intermitten te pulſu quid diſtet.

Raritatis diuturnioris cauſſæ.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 233 sur 282

©BIU Santé

hi cum illo modo,tum etiã inter loquendum nõnulli eorum,vt imperitis cõmode videantur habere,ſubito,vt qui animo deficiuntur,expirant.quorũ quibuſdam ſimul prorupit ſudor,aliquibus non prorupit.Hoc ſymptoma atque hic affectus quoſdam ægrotantes,cum inſperato, & præter omnẽ rationem febre liberentur: atq; etiã nonnullos ſanos potiſſimũ in ſenectute,arripit.Ac raritas quidem pulſuum tantam habet perniciem.At intermittentes multo maiorem.Siquidem generantur hi producta raritate.ac cum procurantur,reuertunt per raritatẽ ad priſtinam mediocritatem.Nemo enim fuit quiſquam, qui ab intermittentibus pulſibus alia ratione ſuperſtes eſſet:verùm,quomodo dixi,omnes.Producta enim primum admodum raritas excipit intermittentem pulſum,ab illa quies fit etiam atque etiam breuior, dum reditum ſit ad naturalem mediocritatem.

Crebri & intercurrentes quid denotent.

Falſus Archigenes, qui crebros & intercurrẽtes peiores duxerit raris & intermittentibus.

Llis pulſibus,quos cõmemorauimus, aduerſantur alteri duo,raro creber,intermittenti intercurrẽs: quos illis Archigenes arbitratur pernicialiores eſſe,à crebris falſus,q & præcedant,& ſocij ſint ſyncopæ:Atq; ab intercurrentibus,q peripneumonicis interim,qui in ſtatu periculoſo ſunt,accidant.nõnunq; item febribus,in quibus oppilatę vel cõpreſſæ ſunt principes arteriæ.Atqui ſi originẽ reſpicias horum pulſuum,vanam reperias ſententiã Archigenis.Nam intercurrens ex crebritate fit inæquali,q functionẽ obijt cor minus plenam,ac poſtularet vſus.Iam id ipſum fit,vbi à copia humorũ oneratum cor ſit,aut inſtrumẽta obſtructa aut in arctũ coacta.quæ quidẽ cauſſa erat etiã intermittentiũ.At diſſidẽt hac re inter ſeſe, q repugnat in intercurrẽtibus & decertat cũ noxijs cauſſis facultas.In intermittẽtibus hoc piget illam facere.Sanè iudicationẽ ſæpe pulſus intercurrentes attulerũt.Siquidem ad naturã pertinet vehementer ad depugnandum paratã.Quòd ſi qui ex eiuſcemodi iudicationibus extincti ſunt, nõ hoc arguit maioris periculi eſſe affectũ pulſuum intercurrentiũ quàm intermittentiũ.Multo enim maior numerus perit ex intermittentibus. & item quoq; ex valde ratis,quàm ex crebris.Certe quidem febres omnes valde ardentes pulſum habent crebrũ,quorum extra periculum quædam ſunt.Qui verò in ſyncopa ſunt crebri,propter remiſſionem ſunt periculoſi,quæ perpetuo coniuncta eſt cum omnibus ſyncopis. Et verò languidiſſimi pulſus,ſi qui alij, periculoſi ſunt habendi: quales in ſyncopa ſunt.Omnino attendere cõuenit extremitates in omnibus generibus pulſuum.Nam exitioſas eſſe vel Archigenes fatetur.At quæ ſit exitioſiſſima,nec ille, nec alius nauiter expendit quiſquam.& quidem in confeſſo eſt,quæ pulſuum extremitas cæterarũ pernicialiſſima videatur, genus etiã illius exitioſiſſimum merito exiſtimandum reliquorum generum . Ita etiam ſi cum alterum alteri comparamus, extremitatẽ alterius inueniamus exitioſiorem, non immerito totum genus affirmemus exitioſius eſſe. At crebritas quidem ſumma non ſecus ac ſyncopis,adeſt febribus vehemẽter ardentibus, quæ non prorſus ſunt pernicioſæ.Raritas verò nunquam vacat periculo,ſicut nec remiſſio,nec paruitas. Siquidem tres hæ pulſuum differentiæ, cũ ad ſummã peruenient,perpetuo periculoſæ ſunt.At non magnitudo,nec verò etiam vehementia.ſed hæc omnium vna extremorum nõ modo libera periculo eſt,

Crebrũ pulſum ardẽtes febres habẽt

Remiſſio pulſus adhæret ſemper ſyncopis.

Extremitates ſunt exitioſæ.

Raritas, remiſſio, paruitas ſemper ſunt periculoſæ, vbi ſũmum attigeri

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 234 sur 282

©BIU Santé

verùm etiam ſummum commodum,ſi dignoſcere eam queas.Vltima magnitudo,vbi coniuncta ſit cũ mollitudine morboſa,periculum creat:ſin cũ ſalubri aliquo arteriæ ſtatu,tum nihil ei ſubeſt mali.Millies enim in febribus tutis illis quidem,at calidis & ardentibus,pulſus fit,cum robuſta facultas ſit,maximus. Quare nec ex comparatione extremorũ, pulſuum genus crebrorũ oſtendas pernicioſius eſſe raris,vel genus intercurrẽtium genere intermittentiũ.Cum verò huic orationi propoſita eſſet ſolorum horum demonſtratio,nunc autem etiam attigit obiter alia quædam genera,nihil eſt factum damni, quòd acceſſoriũ,vt ſi inſtitutum ſit,perſecuta ob oculos diſciplinã illam propoſuit de magno,paruo,vehementi,languidóq; pulſu.Iam præſtiterit etiam, vt reliquã illis differentiã addamus tarditatis celeritatiſq;. videtur enim & hic quoq; velociũ genus tardis eſſe ſecurius,ſi quidem extrema celeritas extrema tarditate. Et enim ſumma tarditas,non ſecus atq; raritas,tum incidit, cũ calor natiuus extinguitur.Celeritatis procedit incrementum ab vſu vrgente,atq; omnino à facultate valida.Archigenes verò etiam hic labitur, qui formicantẽ pulſum habeat pro celeri.Neque is enim pulſus prorſus celer eſt, neq; ſummum attingit crebritatis.Nam leues eſſe crebritatis,magnitudinis celeritatiſque extremitates,hinc perſpicias.Delige iuuenem ſanum,ac velociſſime iube currere. treis mox extremitates citra vllum incõmodum hominis vel præſens vel imminens deprehenderis.Duriſſimus iam pulſus (Neque enim hæc prætereũda differentia eſt,quo ſit integer & abſolutus ſermo)perinde eſt,vt molliſſimus, periculoſus.Nam ex ſcirrho ille,aut inflãmatione inſigni viſceris,aut ex conſtrictione per frigus aut ex ſiccitate ab ardẽtiſſima febre profecta,aut ex valida cõuulſione.Hic ex alto comate, & aqua intercute Leucophlegmatia, vnóque verbo ex immodica humiditate habitus gignitur. Quare oratione ſummatim repetita, ſermonis hic finem faciamus.Omnes pulſus,qui longe à naturali mediocritate diſceſſerunt, non ſunt boni. languidiſſimus verò & tardiſſimus rariſſimúſq; omnium peſſimi ſunt.Ab illis mi[illegible]mus,molliſſimus, duriſſimus.Inde creberrimus. At non celerrimus vel maximus, ſed ſunt hi modicè periculoſi. Vnus verò inter omnes extremos optimus eſt vehementiſſimus.Verùm de his aliter ſenſit Archigenes,nec vllam tamen demonſtrationem in ſermone protulit.Quam enim haberet?nec ei aſſentiebatur experientia. ſed impoſitum ei ab illis eſt,quæ paulo ante connumerauit. Cui ergo ſtat opera artis nauiter obſeruare,meditando ad ægrotos,quæ docuimus,expendat.Quod quidem, certo ſcio,facient, qui veritatem colant. Sed quoniam ſatis hæc explicauimus,nunc iam de inæqualitate in vno pulſu dicendum eſt.

Tarditas ſũma deterior ſumma celeritate eſt.

Duriſſimus & molliſſimus æque periculoſi ſũt.

Duriſſimi pulſus cauſſæ

Molliſſimi pulſus cauſſæ

De *intermittente in vno pulſu.*

Et periculoſiſſima hic quoq; omniũ intermittens.Hæc fit,vbi diſtentionẽ interpellat quies.Cuius multæ ſunt ſpecies, omnes illæ quidẽ periculoſæ,ſed mutuo plus vel minus diſſidẽtes.Vbi enim vehementior ſecũdus motus ſit priore, cõmodius eſt: vbi languidior,periculoſius.Iam tardior item,ſignum eſt periculoſius:celerior,cõmodius. Hi enim pulſus generantur,cũ ſimul & certat natura & impeditur ab inſalubribus cauſſis. Ergo cum reijcere illas quodãmodo valeat, atq; veluti vinculo aliquo ſoluta motũ

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 235 sur 282

©BIU Santé

à quiete præſtet priore potiorem,ſignũ eſt cõmodius.Cum deteriorẽ,periculoſius.Melior autem motus eſt vehemens,& celeris languido,& tardo. At verò prior motus alteri nihil excellit penè in magnitudinis & paruitatis differentia.Poteſt enim in ſimili pariq; affectu,nũc præcedens quietem pars motus maior eſſe,nunc inſequens,nunc ambæ eſſe pares. Cæterum duritia & mollitudine nunquã diſtent arteriæ duo occurſus,eò quòd maius ſpatium requirat ea mutatio,cũ vel in collectiuis inæqualitatibus raro in vna cõſideratione pulſum offendas duritia & mollitie inæqualem.Vibratus tamen magis alter ſæpe occurſus,tũ in vnius pulſus inęqualitate,tũ in collectiua apparet priore.Quocirca imperitiores fallat fortaſſe,quaſi durior ſit. Symptoma verò eſt vibratio duræ arteriæ,cum amplius cogitur vi diſtendi. Atqui non fit tum reuera durior,ſed violẽter impulſa,vt diſtendatur amplius,hoc habet ſymptoma. Atque eſt quidem vibratus occurſus æquali deterior,niſi tunica arteriæ ex cauſſa repentina induruerit.Peſſimus verò cuius tẽpus quietis ſit prolixius. Intermittẽs in vno pulſu inæqualitas omniũ inæqualitatum eſt incommodiſſima. Cauſſas enim habet genere eaſdẽ,ac collectiua:ſed deterior illa eſt multo.Nam illa, ſi nihil aliud, at ſimplices motus confici præter vllum obſtaculum permittit. Hæc nẽ hos quidem pro lege naturæ obiri ſinit,ſed obſtat,motúq; priuat arterias,non in tertio quoq;,vel quarto,vel pluribus etiã pulſibus,ſed in ipſo ſtatim primo.Quæ igitur diximus de illa,hæc ſunt ad hãc omnia tranſferenda,ſed cũ acceſſione,vnáq; hac diuerſitate,quòd præſentem mortẽ denuntiat.In hoc genere pulſuum Caprizans eſt,cuius expoſuimus naturam,aliorúmq; omnium in libro primo de eorum differentijs.

Vibratio quid denotet

Intermittẽs in vno pulſu deterior eſt intermittente in collectiua.

Intermittẽs in vno pulſu præſẽtẽ mortẽ annũciat.

Quid ſignificent pulſus,qui in vna diſtentione duos habent ictus.

Orrò aliud pulſuũ genus eſt in vna diſtentione inæqualiũ,qui in cõmuni habent binos ictus,cauſſam tamẽ non habẽt cõmunem. Cæterum horũ ſunt, vt declarauimus in ſecundo libro de pulſuũ cauſſis, tres vnde generãtur,cauſſæ.De duabus in illo libro diximus.Nunc verò etiã commemorãdi gratia dicemus de tertia.de qua tantũ iam dictum eſt, inæqualem eam eſſe intemperiem ipſius corporis cordis. verùm totam eius explicationẽ in hunc locum reiecimus.Nunc iam locus eſt eius declarandæ . Atque etiam reliquos omneis pulſus inæquales,quia oratio cohæret, qui ipſius cõrporis cordis ſuccedãt inæquali intemperiei hoc ſermone percurrã, inducámque hic rurſus orationem ab apertiſſimis inæqualitatibus,quas collectiuas appellant. ¶Corpus cordis facultatem quandam obtinet, quæ diſtendit & contrahit,non temere illam quidem,nec fortuito à natura donatam,neq; otioſam, ſed ſicut alijs locis demonſtrauimus,tuendi gratia innati caloris.Hæc in contractionibus fuliginoſum excrementum effundit.In diſtentionibus allicit refrigeriũ.Itaq; cum exæquo calidum vel frigidum, vel purũ,vel turbidum ſit, omnes eius partes pari impetu ad functionem contendunt.Vbi verò aliæ calidiores, aliæ frigidiores ſint eius partes,ac hæ omnino mundæ,illæ abũdantia excrementorũ confuſæ, non eodem omnes impetu ad munus feruntur : ſed hæ anteuertunt, illæ cunctãtur.Atque hic maiorem numerum, & nauius ad opus cõtendentem pauciores imbecillioréſque conſequuntur.Neq; enim diuelli illæ neq; diſtrahi ab ſe mutuo, quæ vnius inſtrumenti ſint partes,poſſunt.

Pulſuum bis ferientiũ in vno ictu tres cauſſæ.

©BIU Santé

Vt autem plures & maiori vi ad actionem properãtes vniuerſum cor excitant, ita cõtrà, vbi pauciores ſint, quæ ad motum properant, quæ conſiſtunt plures, vniuerſum in longiore quiete cõtinent. Iam verò etiam motus qualitatem ex præpollẽtibus in ſe partibus comparat totum viſcus. Nam calidiores ſi motui præſint, maturior ſimul, & celerior, maiórq; fit diſtentio: ſin frigidæ, ſerior, tardior, atq; minor. Ac ſubinde motus principatus maiori numero partiũ defertur. Sæpe etiam magnitudini vſus. Quæ enim mire quippiam deſiderant, hæ expeditiores ad opus & intentiores ſunt, etiam ſi numerum æquent non requirentium. Sed ſi longè alteræ plures ſint alteris, pro illarum ratione mouetur perpetuo viſcus & agit. At ſi paulo alteræ alteris, vel plures ſint, vel planè pares, non poſſunt perpetuo alteræ eſſe ſuperiores: ſed viciſſim vincunt, atque vincuntur. Itaq; varios efficiunt & inæquales totius viſceris motus. Sint enim, exempli gratia, plures, at non multo, partes frigidæ calidis: hic primam actionem neceſſe eſt minorem, tardiorémq; eſſe: nec non quietem in harum victoria longiorem, quàm ſi ſuperarent calidæ. Iam etiam altera cordis actio vincentibus frigidis fiat: à qua iterũ quies. Quin etiam tertia & quarta præterea actio & quies ex frigidarum victoria obeatur, quid partes calidiores, quibus maiore paritérq; celeriore atque crebriore motu eſt opus, nónne deficient eo, quo indigent? Itaque interea fient calidiores, ac nonnihil impartient caloris etiam vicinis. Quo minus cordis primus ſtatus ſeruabitur. Siquidẽ & numerum augebunt calidiores partes, & magis erunt quàm antea calidæ. Quod quia perpetuo fit, erit aliquando, cum hæ etiam victuræ contrarias ſint, vt & maturius ſe ad opus conferant ob vſus ſtimulum, ipſámque reddant actionem celeriorem atq; maiorem omnibus prioribus motibus, quibus præerunt frigidæ. Accidet igitur interea, vt quæ excellebant, iuſto fruantur refrigerio: quæ verò erant frigidiores, largius iam refrigerentur: itaq; diuturnitate immutetur iterum totius cordis ſtatus, vt vincant frigidiores. Nam cum abunde calidiores fruantur refrigerio, ipſæ verò frigidiores præter modum refrigerentur, vnáq; finitimis frigiditatem impartiant, non poterunt ſic frigidiores non fieri plures. Simúlque interim motum totius cordis neceſſe eſt denuo ad talium vſum fingi, fieríq; eius raras, tardas, & paruas diſtentiones, quales poſuimus primo fieri. Proinde quæ retulimus paulo ante de illarũ immutatione: hæ nũc commemorentur iterum: ſimúlq; de reditu in priſtinum ſtatum, quæ diximus ante, ad memoriam reuoca. Nam ita demum probaturum me puto tibi pulſuum continentem variationem, dum intemperies illa in corde cõſiſtat. Eodem modo poſteaquam ob fumoſorum excrementorum numerum intemperie viſcus corripiatur, in collectiuam inæqualitatem motus pulſuum erumpet. Neque verò mirum eſt vel inæqualitatem vnius pulſus fieri ob cordis intemperiem. Etenim partes arteriarum calidioribus eius partibus oppoſitæ, & calidiores fient alijs, & dilatabuntur magis, celeriúſque mouebuntur. frigidioribus oppoſitæ, & ipſæ erunt frigidiores, & mouebuntur tardius, & minus dilatabuntur. Cum verò oppoſitum ſit totum vas calidioribus cordis partibus, tum celerius mouebitur, tum magis diſtendetur hoc, quàm illa quę frigidioribus obiecta ſunt. Et etiam præter cor, intemperaturæ quædam arteriarum peculiares, inæqualitates illas commemoratas concitant magnitudinis, paruitatis,

Inequalitatẽ intemperies etiã arteriarum cõcitat.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 237 sur 282

©BIU Santé

celeritatis, tarditatis, raritatis, crebritatis. Quæ ſi longe de natura deflectant, etiam vehemẽtiæ,& remiſſionis. Iam verò etiam,in ipſo corde, omnibúſq; præterea arterijs ex viſceris illius inæquali intemperie plures in vna diſtentione motuum differentiæ prodibunt,partim illam ad celeritatem concitantiũ,partim ſuſtinentium & morari cogentium, adeo vt etiam in medio interim aſcẽſu ſubſiſtat. Id quod & illis vſu venit, qui in itinere vel alio quouis modo alteros cunctantes trahũt.Retracti enim ab illis inordinate frangunt impetũ & interpellant,vt non eodẽ ſemper modo moueãtur,imò reſiſtãt frequẽter. Qui ſi obnitentes,ac retrahẽtes trahant,non modo eorum impeditur motus,vt vel tardius,vel nequaquã interdum procedãt,verũ etiam retrahũtur aliquando rurſum. Atq; hęc quidẽ cordi & arterijs omnia accidunt per inæqualẽ intẽperiem.

Caprizans pulſus & dicrotus quid denotent.

c Aprizans autem ex genere eſt illorum quidem,qui in quiete intercipiuntur: nõnunquam tamen eiuſcemodi cordis affectus conſequitur:vt etiam dicrotus,qui ex genere eſt intro retractorum,comitatur tamen nonnunquam & ille cordis inæquali intemperiei:atque adeo,cum collectus ſit in multis eius partibus ingens excrementorum fuliginoſorum acervus.Nam ſi vnà contingat, vt quædam omnino ſint præcalidæ, aliæ fumoſa fuligine præfocentur,ad contrarios proſilient motus: vt alteræ diſtẽtionem moliantur,alteræ conſidant.Itaque ſiue diſtendatur arteria opera earum,quæ diſtendunt,ſuccedet contractio interim diſtentioni vel citra externam quietem: ſiue contrahatur,agentibus ijs,quæ contrahunt.Quorum vtrũq; pluribus modis fiet. Aut enim planè vincet ſecundus motus priorem: aut aliquantum retrahet,victor autem prior modum inſtitutum complebit,vt tres numero differentiæ fiant & in diſtentione & contractione.Prima,cum diſtentionem, priuſquam menſuram impleuit,contractio excipiat.Altera,cum prorſus completæ ſuccedat externa quiete perdita. Tertia,cum diſtentionem motus contrarius nondũ abſolutam retrahat,qui debilior redditus reliquum ſinat cõpleri.Haud aliter etiam contractionem diſtẽtio nunc abſolutam conſequitur,nec permittit conſiſtere,nunc etiam priuſquam confecta ſit,impeditam & victam excipit. Nonnunquam retrahit nõnihil, ſuperatur tamen. Hi motus arteriarum fiunt interdum vel extra affectum cordis, aut propter earum inæqualem intemperiem,aut facultatis imbecillitatem,aut propter duritiem tunicæ. de quibus & ſi ſermonem iam ante habuimus in ſecundo libro de cauſſis pulſuũ,tamen hic exponam,ſed ſummatim:ſi huius primum admonuerimus, quod de inæquali cordis intemperie modo explicauimus,in hanc nos commentationem produxiſſe, cum quòd etiam tum inueſtigaremus de ea & expenderemus longa experiẽtia,ſicut alia omnia,quæ dixi & ſum dicturus. tum quòd nihil dum in illis cõmẽtarijs attuliſſemus de facultatis eſſentia. Neq; enim prius hoc decretum, quàm vndiq; reperiſſem cõſtans,pronũtiare fui auſus. Nunc quãdo eſſentiam facultatum adducti ſumus nihil eſſe præter qualitatem temperamẽti, omniáq; & in dignoſcẽdo,& prædicẽdo,& curãdo cõuenire cũ hoc decreto animaduertimus,non abſurde nos arbitramur feciſſe,qui pulſus hic comitãtes cordis inæquali intemperiei explicauimus. In quibus ſunt nõnulli,vti dicebamus, qui etiam abſq; illa cõſtent.Itaq; dicrotus quidam eſt pulſus vibratus,quem primo

Facultatum quę eſſentia.

Galenus falſus in dignoſcendo dicroto.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 238 sur 282

©BIU Santé

equidé vnum ferire iterũ putaui verbis deceptus Archigenis,quem cũ geminis ego mallei ictibus ad incudem assimilabam.Cũ enim durum quiddam resultare ab altero duro statuissem,à quibus adductus sum circa notionẽ rei in errorem,ex ijsdem in dignoscẽda ipsa sum lapsus.At posteaquã incumbẽs sem per & instans sedulo,vt contractionem dignoscerem,tandem arteriam manifesto sensi modo mollem & non vibratum cõsidere aliquantum,móxq; distentionem conficere:post hac affectus obseruaui,qui habẽt eos pulsus,& tandem aliquando à multa obseruatione,hæc potui comperto,quæ nunc expono,affirmare.Sanè mihi videtur etiam Archigenes accurate pulsus bis ferientes obseruasse,sed parum bene eos declarare:& affectus, quibus comitantur,ignorare. Neque enim ita nude eos,neq; mallei geminis ictibus ad incudem assimilaret:neque præteriret,vnde procedant,originem.Id quod etiam nos multo post tempore assecuti sumus,nec non huius commentationis alia complura.Túq; rem esse ita comperies,si diligentiam animum inducas & studium ad opus conferre,quale nos adhibuimus.Nam absque eo,nec cognoscere de illis quicquã veri valeas,& ipse operam ludas.Tres ergo affectus hactenus, originésque bis ferientium pulsuum inuenimus. vnam vibratorum, hac sola re ab illis distinctam,quòd cum breuem pulsus longitudinem habeat ex vtraque parte arterię,obscura vibratio fit.quamobrem dicrotus,non vibratus videtur. Alteram,in qua non vibratus est pulsus,sed arteria dura,adeóq; facultas imbecilla,vt à corporibus incumbentibus degrauetur: tamen aliqua parte sita ad cutem attollatur libere.Hanc enim cum solam percipiant tangentes,erit aliquando pulsus dicrotus,vbi præ oneris leuitate exilientem illam partes vtrinque considentes nec consequentes retrahant à corporibus impositis depressæ,quæ idcirco, nec sensibilem concitant motum, nec quem concitant, hunc concitant similiter parti arteriæ conspicuæ,cæterum cunctantem & morantem. Interea enim fit vt ab illis,quæ prius exilijt, retrahatur, cum dura est arteria. Nam alioqui in eiusce modi affectibus non fiat retractio. Atq; hi quidem duo pulsus tum dicroti sunt,tum duri. Tertius, qui ex intemperie nascitur,haud est dicrotus,sed bis modo pulsans,neque necessario durus.quem si velit quis dicrotum appellare,nihil refert. Hoc tantum meminerit,non referre hunc corpora repercussa à duris dura,sed vt paulo ante diximus, concertantibus fit mutuo duabus facultatibus,& quæ distendit,& quæ contrahit cor.At quibus in morbis,quibúsque de caussis,& affectibus ad inæqualem cor intemperiem deueniat, nihil est,quod nunc dicam,sed in proximis commentarijs explicabitur.Tantum hoc loco satis sit,inæquali intemperiei cordis,quę quidem ipsum corpus teneat viscеris, comitari pulsum bis ferientem, consequi etiam illum,qui perdidit externam quietem.Ad hæc illum,cuius impeditur distẽtio.Præterea demonstrauimus illos,quorũ motus interpellatur quiete,comitari omneis inæquali cordis intemperiei.Quin etiam citra interpellatam distẽtionẽ qui inæquali repræsentãtur tarditate & crebritate,plane etiam hi præter alias,à quibus gigni eos demõstrauimus,&hanc caussam obtinebũt, de qua sermo habetur,inæqualem cordis intemperiem:si quãdo inter se adeo contendant calidæ partes cum frigidis, vt subsistere interim necesse habeant calidæ retentæ à frigidis:interim celerius frigidæ moueri à calidis attractæ.

Archigenes de bis ferientibus pulsib. parũ accurate scripsit.

Bis ferientiũ pulsuũ tres affectus & origines.

©BIU Santé

Vndoſus & vermiculans quid annuntient.

Liud ad ſuperiora genus eſt inæqualitatis in vno pulſu, quod non ra-
a rò animaduertitur, nec in paucis affectibus: imò præter cætera fre-
quenter, atque in multis. Inuenitur hoc tum, cum arteriæ propin-
quior pars principio prius mouetur. In quo genere vndoſus atq; vermiculans
Vermiculãs quid ſignifi-cet. pulſus ſunt: quos mollis arteria, & facultas non valida conſtituunt. Ac vermi-
culans non modo non validam, ſed & infirmam facultatem denuntiat. Vndo-
Vndoſus quid ſignificet. ſus interdum hoc ipſum duntaxat ſignificat non firmam eſſe, non ſtatim tamẽ
infirmam: interdum etiam mediocriter firmam, cum præſertim decretorium
Vndoſus in quibus mor-bis inueniatur. ſudorem promittit. In humidis enim inuenitur & pituitoſis morbis, cum ipſa
ſolida corpora nimia humiditate imbuta emollita ſint. Id quod potiſſimũ acci
dit in morbis lethargicis, & febribus quotidianis, illiſque etiam, quas paluſtres
& halituoſas appellant. Iam etiam tarditatem, & raritatem, magnitudinémque
pulſus in ijs omnibus acquirit. qui ſi præterea altitudinem & vehemẽtiam na-
ctus ſit, decretorium ſudorem ſignificabit. Magis hic ſperandus eſt, ſi plures
vehementes & alti appareant, quàm contrarij. Qui ſi æqualiter appareant, ſa-
lubrem ſimul, & breui ſudorem promittunt, maxime ſi indicia appareant con
coctionis morbi. Siquidem liquet vtique, nec inflammationem vllam, nec ſcir-
rhum, nec cõſtrictionem ex frigore, nec immodicam ſiccitatem, nec affectum
conuellentem corpus hominis, ſi vndoſus ſit pulſus, tenere. quòd nec indure-
Vndoſo molli opus eſt ar-teria. ſcere in eo pulſu, nec tendi arteria poſſit. Etenim molli omnino, vt modo di-
ctum eſt, ea eſt opus. quò, cum robur, quod excitat & diſtendit, claudicet alicu
bi, illic hæc decidat atq; velut vndæ formam efficiat. At dura & contenta, etiam
ſicubi, infirma quæ ipſam attollit facultate, remiſſa ſit, ea ipſa tamen pars vnà
cum illis, quæ ex vtroque latere ſunt, attollitur. Proinde in dura arteria, ne ſi
quando reperias quidem eiuſcemodi pulſum, vt prior ſemper eius pars prius
diſtendatur, vndoſus tum vel vermiculans fiet. Verùm potius inæqualitatẽ ha-
bebit, quæ conſiſtit in prima & vltima parte arteriæ, quæ mouetur, tunicæ. Vn-
doſi & vermiculantes, cum hoc habent, tum verò cumulum obtinent quaſi
vndarum formam. qui in humidis occurrunt affectibus, cum nullum ſcirrhus
viſcus teneat, nec inflammatio. Verùm enimuero & in aqua intercute, præci-
pue quæ anaſarca & Leucophlegmatias vocatur, talem perpetuo pulſum re-
peries, niſi, quia induruerint ſcirrho quædam viſcera, acciderit, quod frequens
eſt, aqua intercus. Nam ei quidem, quam ſuppreſſa hæmorrhois, vel menſtruo-
rum ſuppreſſio commiſit, attendimus exactos ſæpe vndoſos & vermiculantes
pulſus comitari. quandoquidem frequenter in eiuſcemodi aqua inter cutem,
nullum indureſcit ſcirrho viſcus. Itaque, vt de integro ſermonem ſummatim
reſumam, vndoſus pulſus, ex humida mollíq; arteria oritur, ſimúlq; ex facultа-
te modicè affecta. Vermiculãs ex molli quidem, verùm ex debilitata inſigniter
Vermiculãs quibus affe-ctibus conſe-quatur. facultate. Quamobrem etiam ſine febribus ferè ſolet largis vacuationibus ſuc
cedere, ſanguiníſque profluuijs, & alui fluoribus, choleris, validis purgationi-
bus, vomitibus vehementibus, vrinis copioſis, denique menſium immodicis
profluuijs, ad hæc vacuationibus per hæmorrhoidas, ſanguiníſque ab vtero
profluuijs. Iam fluorem etiam muliebrem, quem vocant, ſudoréſque prauos
hic pulſus excipit. Et verò etiam hos, quibus immodica humiditate compu-

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 240 sur 282

©BIU Santé

truit pulmo, id ſcilicet temporis, cum eorum iam laboret facultas. Verùm ſi qua tamen eum affectum inflammatio conſequatur, additur illis durities, neque amplius videntur vermiculantes. Proinde nec hecticas, quas vocant, febres, in quibus marcidæ ſunt omnes, & quæ tabi ſunt adiunctæ, conſequuntur pulſus vermiculantes: conſecuturi omnino, quod ad affectam attinet facultatem, niſi coniuncta hiſce affectibus ſiccitas, arterias redderet duras. Attamen habent illi prorſus huius generis pulſuum inæqualitatem, vbi fuerit inſigni facultas debilitate. ob quam in priore arteriæ parte diximus prius apparere motum. quod eſſe Eraſiſtratus perpetuum confirmat. Verùm ſecus ſe res habere cernitur, vt nunc declarauimus.

Vermiculantes hecticas febres nõ cõſequuntur.

Decurtati quid ſignificent.

h Os pulſus excipiunt illi, quos decurtatos appellant. Horum duplex eſt genus. Alterũ in vna diſtentione arterię, alterum in aceruo. Quod in vna diſtentione fit, facultatis imbecillitatem vnà cum corporis gracilitate arguit. Eſt autem admotis digitis arteria tangenda: deinde, ſi animaduertatur interea in arteriæ primis partibus maior pulſus, vel vehementior, vel vterque: in poſtremis minor, vel languidior, vel ambo: primus digitorum applicatorum eſt attollendus, perſpiciendúmque, vtrum ſimilem illi, qui ante erat, quàm hic ſuſtolleretur, ſequentes digiti motum percipiant: an vehementiorem, & maiorem. Nam languidiorem quidem certe, vel minorem, vbi eleuatus ſit primus digitus, omnino ſentire nequeas. Ergo ſi motum ſimilem digiti ſequentes ſublatum digitum ſentiant, ſua ſponte arteria decurtatam diſtentionem habebat, quod nobis infirmæ facultatis erit veſtigium, quam in illas docuimus ex corde influere. Nam illa quando bene comparata eſt, vſque ad finem arteriarum omnium contentio, quæ attollit eas, ſimiliter permeat. At in pulſibus decurtatis paulatim remittitur, tantóque efficitur ſolito imbecillior, quantum eſt à principio remota. Quòd ſi eleuato tu primo digito, poſtea motum percipias quàm antea validiorem atque maiorem, declarat ille quidem etiamnum facultatis arteriæ debilitatem, ſed minorem certe quàm ille, quem prius diximus. quòd illic facultas remitteretur diſcedens à principio: hic maneat, quantum in ipſa eſt, par: ſed grauata ab iniectis digitis imbecillius moueatur arteria. Quod quidem minus habet periculi. Neque enim ita ipſius cordis, vt arteriæ, quam tangimus, oſtendit affectum. Alterum ipſum potius debile eſſe cor ſignificat: quòd protendere non perinde ac prius ab ſe actionem ad extremas vſque parteis animantis queat. Quare in hoc genere pulſuum, vt exquirere ad vnguem poſſis totum arteriarum affectum, varie admotis opus eſt digitis. Nam arteriam digiti applicati ſi premant, abolitus eſſe pulſus in hiſce affectibus apparebit. Sin attingas leuiter, imaginem præbebit pulſus decurtati, & vel duobus duntaxat digitis, vel tribus, vel etiam quatuor occurrentis. Hoc ex gracilitate animãtis accidet & facultatis imbecillitate. quòd quo ſit gracilius, hoc plus arteria appareat: quo craſſius, hoc minus. Et ex facultate item, quæ quãto eſt firmior, tanto plus: & tanto minus, quãto imbecillior eſt. Atque in ea ratione tangendæ arteriæ cum ſublato primo digito non iam ſimilis ad ſecundum pulſus permaneat, ſed appareat maior vehemẽtiórq;, eſt validior quidem cordis contentio, vt quæ æqualiter vſque ad finem influat

Decurtatorum duplex genus.

Decurtatus in vna diſtẽtione quid ſignificet.

©BIU Santé

ſed onerata admoto primo digito arteria deterius, cum ille adſit, diſtenditur. Quocirca remoto illo, qui degrauabat, melius. Quòd ſi aſſimilis pulſus ad ſecundum digitum videatur, ac videretur prius, quàm eleuaretur primus, decurtatus motus in ipſis arterijs eſt, & non in exploratione per tactum. id quod fit, cum ex corde quæ influit facultas, remittitur paulatim. Sin moueri arteria ſublato primo digito probius videatur, non planè tamen ſimiliter vt ad primũ digitum: ambos affectos denotat coniunctos eſſe. Et ſanè ſic ferè ſolet fieri in eiuſcemodi inæqualitatibus. Quare multi poſtea ſunt pulſus reſpiciendi, com parandíque inter ſe accurate motus. Etenim qualis erat in prima applicatione, tales aliquando omnes fiunt. Sæpe verò minores redduntur & languidiores, in quibus pariter debilis eſt facultas. Sin deficiant prorſus, tum multo ſanè magis declarabunt facultatis imbecillitatem. Atqui hic ſunt ſummouendi omnes digiti, deinde ſpatio paruo interpoſito de integro admouendi. Etenim inuenies plerunque cum iterum digitos admoueris, arterias pulſantes. Nam ſi omnino pulſus abolitus videatur etiam in hac applicatione, ſciendũ eſt ipſo illo tempore primam applicationem factam eſſe, quo arterijs vſu venit ad abolitionem pulſus tendentibus, paruam adhuc portionem motus retinere. Sed hoc vt dixi, eſt rarum. Nam ferè, ſi paulo poſt iterum tãgamus, offendimus pulſantes. Quare declaratur illas, cum admotos digitos non ferant, ad motus extremam remiſſionem deuenire. Atque hoc in cauſſa erat, cur nos pulſus lateret. Etenim bifariam & ipſe aboletur pulſus, vel quia prorſus non pulſant arteriæ, quòd extremum malum ſit: vel quia pulſant quidem, ſed ita languide & parum, vt ſenſum fugiant. Sanè eſt hic affectus, ſi remotus ſit ab omni animi defectu repentino, grauiſſimus. Sed verò multo etiam deterior alter, in quo vere non pulſant. deterior autem multo? imò exitioſiſſimus & peſſimus, nimirum demortuis iam arterijs. At verò ſi diutius applicatis leniter digitis, vt palpent tantum, reciprocetur motus: is minus exitialis affectus eſt. Reciprocatur modo ex vltima pulſus abolitione, modo ex paruo pulſu & languido. Quorum quidem vocãtur etiam reciproci vtrique. ſed hoc intereſt inter hos, quòd illi decurtati ſint reciproci, hi deficientes reciproci. In huiuſcemodi æſtimandis, ita debemus partem componere, quamcunque tangamus, vt ſubter arteriam noſter tactus ſit. Ita fiet enim, vt quàm minimum à digitis premantur & ab obiecta cute. Poterit autem re ipſa quilibet perſpicere, quàm hęc digitorum applicatio ad dignoſcendum referat obſcurum motum. Equidem non raro cum admouiſſem ſuperne digitos arterijs, nullum motũ animaduerti: quem, vt primum conuerti membrum, percepi ſtatim. Omnium verò ſunt peſſimi, qui ab amiſſo motu minime reciprocantur inuerſo membro. Minus his, qui inuerſo illo videntur moueri. quibus etiam minus, qui ſunt decurtati, non tamen perdunt planè omnem motum. Iam etiam his minus reciproci decurtati, adeóque ſi multis ſimul digitis occurrant. Cui equidem maxime animum adnuertendum cenſeo, & attendendum accurate, qua ſit corpus gracilitate. Nam ſi corpore ſemel gracili occurrat motus arteriarum pluribus digitis, non hoc facultatis robur, cæterum corporis efficit marcor. Sed cum modice eſt gracile, ſi tribus vel quatuor digitis occurrat motus arteriæ, non mediocre, vt in talibus, bonum eſt. Videtur enim in agendo aliquid retinere contentionis.

Pulſus aboletur bifariam

Decurtati reciproci, & decurtati intermittentes.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 242 sur 282

©BIU Santé

Numerus autem digitorum,quibus motus eſt occurſurus,ſuus cuique arteriæ eſt. Neque enim æquè omnes extant,& ſecundum cutem poſitæ ſunt. Ad hanc rem magnopere refert naturam tenere ipſius ægroti. Quibuſdam enim ſua ſponte pulſus minor eſt,aliquibus breuior. Vnicuique enim modus quantitatis ad ſuam naturam referendus eſt. Hæc ſi nos naturæ ipſius ægroti proprietas lateat,ex communioribus differentijs coniecturam facimus,temperamenti corporis & habitudinis. At in temperamento præſertim calidi & frigidi differentiam reſpicimus. In habitudine, gracilitatis & corpulentiæ. Ac ſit interdum,vt ambæ inæqualitates pulſuum,tum quæ in vno pulſu,tum quæ in aceruo conſiſtit,concurrant. Sæpe quoque illa,quæ in vno pulſu conſiſtit,non adeſt:quæ autem in aceruo,reperitur manifeſte. Atque cur lateat inæqualitas vnius pulſus, cauſſa duplex eſt:aut affectionis paruitas,aut ipſorum pulſuum breuitas. Nam ſi affectio,quæ decurtatos in aceruo concitat,non perinde grauis ſit,in vna diſtentione eſt æqualis,in pluribus autem decurtatam inæqualitatem acquirit. Sin ingens ſit affectio, breui autem pulſus quantitate, vt vni duntaxat digito occurrat,vt veriſſimus ſit certiſſimúſq; decurtatus,non perceperis eius inæqualitatẽ. Pluribus enim digitis occurrat oportet, quæ in vno pulſu inæqualitas erit decurtata. Ex his igitur liquet vtrumque genus decurtatorum pulſuum ſignificare facultatis imbecillitatem. Verùm ſi in vna diſtentione ſit,ægroti etiam gracilitatem corporis demonſtrat. In aceruo fiat nonnunquam vel ſine gracilitate. Magnitudinis noxæ in vtroque genere rationem docuimus inueniendæ. Ac de decurtatis pulſibus hactenus.

Digitorũ numerũ non omnes arteriæ eundem recipiunt.

Inæqualitas vnius pulſus cur lateat.

Decurtatorũ vtrumq; genus quid ſignificet.

Contrarius pulſus ſuperioribus quid denotet.

Vnt qui memoriæ prodiderunt,reperiſſe aliquando ſe commemoratis genus pulſus contrarium. Nam in carpi arteria,quæ ferè ſolet tangi,apparuiſſe ſibi aiũt latiorem pulſum ad inferiorem terminum, decurtatum illum quidem etiam, verùm partem eius tenuiorem non deflexum veluti ad digitos,ſed ſuperiorem regioné & ſecundum cubitum tenere. Equidem arbitror illos homines,quos ſe cum eiuſcemodi pulſibus inueniſſe aiunt, non ob temporaneam cauſſam eos,ſed propter natiuam cõformationem partium ſecundum carpum habuiſſe. Siquidem raro quidem talis conformatio, ſed reperitur tamẽ,vt pars arteriæ,quæ ad carpum eſt,collocata ſub ipſam cutem ſit:ſuperna pars eius tota,quæ ſuperior eſt,tecta ſit maiore mole carnis:inferior,quæ ad ipſum carpum tẽdit,affatim demergatur in profunditatem. Hiſce hominibus,non per morbum ſolum,verùm etiam per ſanitatem pulſus decurtatus videtur. Superne quidem,& ad cubitum,quòd anguſtiam habeat:inferne atque ad carpum,quòd latitudinem. At iſtos,qui de hiſce pulſibus,vt inſalubribus ſcripſerunt, rem parum diligenter attendiſſe apertum ſit cum ex alijs, quæ prodiderunt, tum quòd non adſcripſerunt, quid denotent. Scilicet hoc in aperto eſt,nihil illos ex his comperiſſe oſtendi,qui ex natiua conformatione non ex inſalubri affectione proficiſcãtur. Quamobrem ſæpenumero dixi, nihil perinde facere ad dignoſcendos pulſus, vt pulſus natiui, quem quiſq; habet,notitiam. Etenim aliæ etiam arteriæ ſunt, quæ contrà ac illæ comparatæ ſunt, vt ſola cute in ſuperiore regione ſint intectæ: cum verò deſcenderint ad carpum,demergantur. Itaque horum etiam videtur decurtatus pulſus. Alio-

©BIU Santé

Circumnuēs pulſus quibuſdam natura adeſt.

rum item natura circumnuens pulſus eſt & innuens vtrinque præter communem naturam.quem non morbus,aut vlla deniq; cauſſa præter naturã,ſed creat conformatio natiua.Quæ niſi calleamus,quando ex natura proficiſcuntur,in maximos errores impingemus. Fit enim,vti docuimus,pulſus decurtatus in quibuſdam ex cauſſis præter naturam.In nonnullis tamen inuenitur etiam ex propria conformatione.Quomodo etiam innuens & circumnuens, quem vocant.Atque hic quidem,ſi arteria ita ſit conformata,vt eius pars duntaxat media nudæ ſubiecta cuti ſit,partes autem vtrinque altius demergantur. Fit etiam ob imbecillitatem facultatis,quæ attollere onus nequeat. Qui quando affectus ingraueſcat,flexum in alto quendam pulſus repræſentat,non circuli figuram. quem flexum non male Archigenes appellauit γωνίωσιν. Nam altitudo arteriæ non vt circuli iam figura,ſed vt vertex trianguli mouet tactũ. Et magis iam ei hoc accidit horreſcenti & rigenti ex frigore,vel quamlibet aliter induratæ. Itáque hunc ſubinde eſt cernere initio grauium acceſſionum, cũ frigore inuadentium.non in his tamen omnibus,vel ſolis,vt quidam putãt. Nam ſi arteriarum durities flecti ægre queat, facultáſque imbecilla grauetur vtrinq;,perdit circuli veluti circunferentiam,refert autem verticem trianguli. quòd propter duritiam arteria nequeat paulatim flecti,& ad profunditatem vtrinque inclinari,ſed vibretur potius,quàm flectatur per duritiam.Qui quidem illi affectus frequentes in acceſſionibus bene refrigerantibus ſunt.Accidunt tamen interdum ſine inuaſione acceſſionis.vt contrà in acceſſiones,quæ non perfrigerant,pulſus talis prorſus non cadit.Sed quoniã de his latius poſthac ſtatuimus dicere,præſtiterit non diutius huic loco immorari.

Decurtatus quibuſdã naturalis.

Pulſus tremulus quid ſignificet.

Orrò ex horum etiam genere eſt pulſus tremulus,qui non perinde eſt conſpicuus.Quando verò,vt in ſecundo libro de cauſſis ſymptomatum declarauimus,imbecillitati facultatis cõſequitur tremor,neceſſarium eſt ideo tremulum pulſum etiam languidum ſimul & paruum eſſe, atque hac de re fugiunt tremuli motus: qui, vt cognoſcantur, inſignem diſtentionem requirunt. At tremulus pulſus imperitis interdum videtur vibratus. Vnde adducuntur ſæpe eum vidiſſe. verùm hoc loco non requirunt hæc prolixiorem orationem,quod ſecũdo libro de cauſſis ſymptomatum, quid inter tremorem & vibrationem interſit,explicaui.Ex quibus clare,qui pulſus vibratus ſit, intelliges. Et hoc etiam tremulum infrequentem eſſe, & apparere id temporis tantum, cum nec facultas ſemel proſtrata ſit,atque arteriæ tunica mollis, habitudóque corporis gracilis. Ita enim futurum eſt, vt nec pulſus magnopere parui ſint,ſed germani natiuis: nec planè languidi,ſed vt applicatos digitos,qui ei,vt innoteſcat,ſunt neceſſarij, facile ferat. Quòd ſi quãdo pulſus tremulus incidat, facultatem imbecillam, atque tunicam arteriæ renuntiat mollem,& verò etiam corporis gracilem habitum.Sed de inæqualitate, cauſſíſque eam efficientibus hæc ſufficiunt. Etenim ſi quid prætermiſſum ſit, facile aſſequetur, qui hæc,quæ nunc docuimus,diligenter edidicerit, & illa,quæ in ſecundo libro de pulſuum cauſſis expoſuimus.

Tremulꝰ pulſus ſimul lãguidus & paruus eſt.

Tremulus pulſus rarus eſt.

©BIU Santé

Quid ordo & eius perturbatio annuntient.

Ordo perturbationi eiusdem generis præstare videtur.

Estat vt de ordine & eius perturbatione dicamus. Sanè videtur quisque ordo perturbationi eiusdem generis præstare. Eiusdem generis addidi, quòd fieri possit, vt perturbatio ordinis ex altero genere, præstet ordini alterius generis. Exempli gratia, qui magnitudine inordinatus est, vel celeritate, minus incõmodus est intermittente in ordine aliquo. Item productus rarus, licet ordinem aliquem seruet, deterior est inæquali in vehementia & magnitudine & celeritate. At eiusdem generis ordo potior esse perturbatione videtur. propterea quòd naturæ nostræ ordo cum primis familiaris sit. Non tamen ita absolute hoc pronuntiandum est, sed hac adhibita distinctione. Ordo fixam quodammodo causſam & perpetuam esse videtur indicare. Perturbatio ordinis variantem, nec in vna manentem, vel magnitudine, vel specie, vel regione. Talis autem causſa non pernicioſior, sed incertior censenda est. Potest enim hæc commigrando nunc in regionem ignobiliorem, nunc in nobiliorem se conferre. Itáque vel mortem repentinam, vel salutem afferre.

Ordo & perturbatio eius quid denotet

Ordo verò non inexpectatum habet, sed certum euentum. Ordo enim in incommoda inæqualitate, vt, exempli gratia, in intermittente, certo cum exitio coniuncta est. Qui verò est in moderata, vt in inæqualitate magnitudinis & paruitatis, constanter est lenis. Perturbatio ordinis, si in nobiliorem partem causſa migret, quæ concitat inæqualitatem, lenem potest periculosam reddere: & periculosam contra lenem, si hic quoque transeat causſa in ignobiliores ex nobilioribus. Nihil igitur certi, nihil ordinis perturbatio firmi habet: neq; tale, quale ordo, vel bonum, vel malum. Veruntamen si cum vehementia pulsus fiat aliqua ordinis perturbatio, siue æqualis, siue inæqualis sit vehementia, cum signa coniuncta sint concoctionis, expectanda aliqua iudicatio est: multóq; magis, si huc alia signa iudicationis accesserint. Itaq; hac etiam re perturbationes ordinis antecellunt ordinibus, quatenus, cũ cætera omnia paria sint, ad iudicationem procliuior natura sit in ordinis perturbationibus.

Ordo certum euẽtũ habet.

Ordinis perturbatio nihil certi habet.

Perturbatio ordinis interdum ordine potior est.

SECVNDI LIBRI GALENI DE PRAESAGATIONE EX PVLSIBVS FINIS.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 245 sur 282

©BIU Santé

GALENI DE PRAE-SAGATIONE EX PVLSIBVS LIBER TERTIVS, HERMANNO CRVSERIO CAMPENSI INTERPRETE.

Passio.

Peculiares pulsus.

Eorum quæ præter naturam sunt diuisio.

Similarium octo affect°.

HActenus quęvis insit in vnoquoq; pulsu, declarauimus. Nunc de his agemus, qui passionibus sũt peculiares. Passionẽ hic voco, quicquid præter naturã sit. Ac peculiares cuiq; pulsus, tum qui perpetuo illi comitẽtur, tũ qui frequẽter. Quicquid præter naturã est, vt aliàs demõstrauimus, aut affectus sũt, à quibus primo fũctio lędit̃ur, aut causſę horũ, aut symptomata. Dicã primo de affectibus. Quãdo hos etiam partim ostẽdimus similaribus corporibus proprios esse, partim instrumẽtalibus: exordiar de similariũ affectibus. Hi sunt octo numero, ex intẽperie omnes profecti. sed inter eos hoc interest, q; quidã simplices sunt, cõpositi alij. Simplices intẽperies sunt, calor, siccitas, humiditas, frigiditas. Cõpositæ, frigiditas vnà cũ siccitate, calor cõiũctus cũ siccitate, frigiditas cũ humiditate, calor cũ humiditate. Demõstrauimus enim in cõmẽtarijs de tẽperamẽtis, explicauimúsq;, quẽadmodũ interdũ sanũ esse calidũ & humidũ dicamus, ac quẽadmodũ morbũ, qui fũctionẽ aliquã immodica humiditate & calore offendat. Huius præterea admonẽdũ est, pulsum per intẽperiẽ, nisi affectæ arterię sint, vel cor, nunq̃ alterari. & posse etiã arterias nihil læso corde affectas esse. at affecto corde, vt innoxiæ permaneant arteriæ, haud fieri posse: sed in partẽ eas necesse esse venire intẽperiei, vel maiorẽ, vel minorẽ. Nã frigida & calida intẽperies cordis prõpte permeat in omnes arterias. Humida atq; sicca ægrius.

Calidũ & humidũ bifariã accipitur.

Corde læso arterię simul læduntur.

Caloris intemperiei qui pulsus peculiares sint.

Xordiar igitur à caloris intẽperie, in qua hoc primũ distinguã, posse, quo hoc tempore fiat, vel naturaliter arterias cõparatas esse, vel læsas: idq;, aut omnes, aut quasdã. Quę in naturali sunt statu, ex æquo cordis intẽperiẽ recipiẽt. Quæ verò præter naturã affectę sunt, harũ mixtus erit status, vt partim retineãt propriũ affectũ, partim à corde accipiãt. Faciamus primum arterias ab initio liberas esse omni iniuria, cũ cor incaluerit. Deinde videamus iam, quos hic affectus pulsus habeat necessario, & quos plerunq;. Atq; hoc rursus in memoriã reuocemus in proximo nos libro explicauisse & in opere etiã de pulsuũ causſis præpolleti calori pulsus peculiares, eósq; recẽseamus: vt ex ijs æstimemus, qui huic affectui sint perpetui, & qui ferè accidãt. Peculiares copioso calori sunt, magnus, celer, creber. At magnus non tantũ calorẽ excellẽtẽ, sed & instrumẽta requirit mollia, atq; facultatẽ validã. Itaq; non erit calidæ intẽperiei perpetuus. Et celer item postulat firmã facultatẽ, ac instrumẽta, quę prompte distendãtur. Ita ne hic quidẽ perpetuus est. Nam creber quidẽ, si largè vsui à magnitudine & celeritate satisfactũ sit, nulla fiat ratione. Siquidẽ hoc etiam ostẽdimus. Si nõ impleatur vsus, fiat. Proinde perpetuus ne hic quidẽ est. Quare nec ex peculiaribus sit perpetuus vllus. At ex illis, qui peculiares sunt, non perpetui tamẽ, nũc maior vincet, nũc celerior, nũc crebrior. Nam si calor solus increuerit, & in naturali statu maneat facultas, instrumentáq;, cum mutatio est parua, magnitudo tãtũ pulsuũ augetur: cũ maior, etiã celeritas: cũ insignis, iam

Calor ex peculiaribus suis pulsibus nullum perpetuũ habet.

©BIU Santé

etiam crebritas. Hic animaduertẽdus eſt etiã atq; etiã in vnoquoq; genere pulſuũ exceſſus, defectúſq;. Nam ſi ad magnitudinẽ declinẽt plus, q̃ ad celeritatẽ & crebritatẽ, nõ ita copioſum puta eſſe calorẽ cordis. Si verò ad tres illas iuxta, cõtinuo tũ maiorẽ in modũ immutabũtur, tũ largũ prodẽt caloré. Quòd ſi magnitudinẽ ſuperauerit celeritas, multo iam magis. Si item crebritas, adhuc magis. Si verò maximus pulſus idémq; celerrimus ſit & creberrimus, ſũmũ incremẽtum ſignificabit caloris. Sin celerrimus atq; creberrimus ſit, nõ autẽ maximus, hoc niſi facultas ſit imbecillior, vel arteria durior, nulla alia ratione accidat. at eſt pulſibus inſeparabilibus vtrũq; perpetuo adiunctũ. nihilo minus cordis hic etiã caloré mõſtrat. Iã quoq; vbi ingẽs ſit crebritas, nec ſimul celeritatis & magnitudinis par incremẽtũ, caloré quidẽ etiã tũc oportet eſſe copioſũ, ſed vel facultatis imbecillitatẽ, vel inſtrumẽtorũ duritiẽ. Imbecillitati autẽ adiũctus erit languidus. Duritiei durus pariter, & vibratus. Si durus citra vibrationẽ ſit, atq; ſumme creber, imbecillẽ facultatẽ coniũctã multo calore nũtiabit. Omnino verò hic lãguidus etiã erit, & ſyncopẽ oſtẽtabit periculũ. At cõmemorãdũ hic etiã eſt, qui fieri poſſit, vt calor cor teneat permultus, & valeat facultas. Nã ſi robur temperiẽ, imbecillitas intẽperiẽ cõſequitur, intẽperies in cor vnà cũ immodico calore inuadet. Proinde debilitari facultatẽ oportebit. Qui tandẽ igitur, cũ pulſus pariter & maximus, & celerrimus, & creber, vehemẽnſq; ſit, non modo caloré in corde amplũ, verùm etiã facultatis firmitatẽ eſſe diximus? Nempe q̃ cũ alijs nos locis, tum in febribus dignoſcẽdis aliud eſſe demõſtrauimus incaleſcere & incaluiſſe. Nã vbi corpus cordis à ſubſtantia calfiat, quã cõtinẽt eius vẽtriculi, poteſt firma facultas eſſe. quod etiã eſt in cauſſa, cur plurimũ, celerrime, & creberrime illi inſpirẽt: ac maxime, celerrime, creberrimé q; pulſent repugnãte adhuc calfaciẽti ſubſtãtiæ corde, & foris alterã, quæ refrigeret, parem calori alliciente. Quòd ſi quãdo ſuccubuerit, atq; in eũdẽ delapſum ſit, in quo eſt ſubſtãtia, quã vẽtriculi cõtinẽt, caloré: iam tum incaluit, nec poſt hac incaleſcit tantum. Cuius ſequitur intẽperiẽ imbecillitas facultatis. Ac ſi largius incaluerit, & per ipſum totũ calor febrilis permanauerit, febrẽ excitat, quã hecticã vocãt. Interim cõtrà fit, ac nũc expoſuimus, cũ ſubſtãtia iuſto frigidior ſit, quã cõtinẽt ſinus: corpus autẽ largius èius incaluerit. id quod his vſu venit, qui crudos, frigidóſq; humores & pituitoſos aceruarũt, aut vehemẽtiſſima ira cõcitati ſũt, aut nimiũ vigilauerũt cũ graui ſolicitudine, aut ob aërẽ peſtilẽtẽ ſpiritu attractũ offenſo cordis corpore, deniq; ob venenoſæ cuiuſpiã proprietatẽ qualitatis, quæ aliquo modo ad cor penetrauerit. Hæc ego cõmemoraui, vt ne quis in admirationẽ adducatur, qui poſſit dominãte calore vigere cordis robur. Itaq;, vnde digreſſi ſumus, reuertamur. Cordis calor pulſus, vt diximus, variat. Verùm quia duorũ generũ eſt, aut à putribus genitus humoribus, cuius acris qualitas & fumoſa eſt: aut cũ humiditatis defectu à natura remotus ſola quãtitate: Ille prior cõſtans & obfirmatus eſt: hic non diuturnus, ac balneis, exercitationibus, cibo calido, vini potui, animíq; affectibus, verecũdiæ etiã atq; iræ comitatur. An verò in hoc genere ſint vllę febres, vt illæ, quas laſſitudo, vel feruor, vel frigus, vel bubo, vel ira cõmittit, in cõtrouerſia eſt. De quibus etſi in cõmẽtarijs de febribus ſermonẽ habuimus, tamẽ hic tantũ dicã. Calor, qui diuerſus eſt à natiuo, breuẽ habet internã quietẽ, celeriorẽ autẽ quã pro portione diſtentionis cõtractionẽ.

Corde calore intemperato qui valere facultas poſſit.

Incaleſcere & incaluiſſe differunt.

Hecticæ febris cauſſa.

Corde præcalido ſubſtãtia quæ i eius cõtinetur ventriculis frigidior vnde procedat.

Calor duplex.

Caloris cũ humiditatis defectu à natura remoti cauſſæ.

Calor, qui qualitate vel quãtitate variat à natiuo, quid faciat.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 247 sur 282

©BIU Santé

Qui quãtitate ſola variat, maiorem ſimul & celeriorẽ diſtentionẽ cõtractione. Siquidẽ ſolũ is calor quærit refrigeriũ: quod diſtẽtionẽ docuimus ſuppeditare. At fumoſus, cũ hoc maius requirit, tum verò multo maxime excremẽtorũ expulſionẽ: quod munus erat cõtractionis. Itaq; diſtẽtionẽ quoq; hic lõge citatiorem reddet, & cõtractionẽ lõge maxime. Qui eiuſmodi nõ eſt, cõtractionẽ minime cõmutabit: diſtẽtionẽ autẽ hactenus, quatenus ſepta trãſilijt moderati tẽperamẽti. Cæterũ inferius hæc amplius declarabimus, vbi de febribus tractemus.

Cor calidius & arterias frigidiores, qui ſequantur pulſus.

n Vnc de arterijs diſputemus, cũ cõtrà ac cor affectę ſint. cũ illud, inquã, calidius iuſto ſit, arteriæ autẽ frigidiores: ꝙ aut humores cõtineant frigidos, nondũ putreſcẽtes: aut ſi qua polleat alia frigiditas. his tum neceſſe eſt ex ſuo ꝓprio affectu frigidis eſſe, ac calfieri à corde. Quia verò & facultatẽ, q̃ ipſas moueat, ab illo mutuãtur, vnáq; eſt contẽtio, q̃ vnà cũ corde diſtẽdat arterias atq; cõtrahat, quiddã neceſſe eſt motui cordis cõueniat cũ motu ſingularũ arteriarũ, & aliquid inter eos interſit. Nam motuũ prima exordia in idem incidẽt tẽpus, ſi quidẽ ab illo facultatẽ citra omnẽ offenſionẽ recipiãt. At magnitudinẽ, & celeritatẽ, & vehemẽtiã non ex ęquo vtraq; obtinebũt. ſed cor tũc ſingulis arterijs maiorẽ, celeriorẽ, vehementiorémq; pulſũ habebit. Etenim motus illæ principiũ à corde habẽt. Rationẽ verò ſui ſingulæ motus, prout cordi cõſẽtiãt. Cõſentiũt autẽ, quę ſimili ſunt tẽperamẽto, quomodocũq; cor agat. Quę diſſimili, quatenus ex illo immutatus fuerit. Quocirca arteria frigida poteſt à corde calfacta, nec paruũ pulſum, qui frigidæ eſt, ædere: nec magnũ, qui calidæ: ſed inter vtrũq; mediũ, qui moderatus eſt & naturalis. Et celeritate etiã moderata pulſus erit horũ affectuũ. Itémq; vehemẽtia moderata. Quod dico clare intelliges, ſi altera manu eodẽ tẽpore cor, altera aliquã arteriã tangas. Principia enim motuũ animaduertes vnà fieri, ſed diſſidebũt magnitudine, celeritate, & vehemẽtia. Nõnunq̃ accidet, vt arteriæ eodẽ tẽpore non accipiãt ex corde influẽtem facultatẽ: verũ quæ cordi propiores ſunt, primæ: poſteriores, quæ remotiores. Quod potiſſimũ accidit, vbi incidant in idem tẽporis arteriæ frigidiores & cor imbecillius. Quòd ſi etiã ipſarum arteriarũ frigidiores ſint partes, quæ lõgius à principio diſtãt, quod in acceſſionibus quibuſdam, & in febribus accidit Liparijs, nõ ſolũ incipiẽt maturius, verũ etiã ipſum motũ reddẽt celeriorẽ & maiorẽ partes cordi ꝓpinquiores. Ad hæc cõtẽtio per eos ſtatus in omnibus imbecilla videtur, ſed in remotioribus magis, ita vt in ijs pulſus languidior ſit, quã pro natura ſuperiorũ. Nõnunq̃ percipitur in corde huiuſcemodi pugnãtia tẽperamẽtorũ, Nam modo frigidius viſceris corpus æquo eſt, & in vẽtriculis cõtẽta ſubſtãtia calidior. Modo è diuerſo ſubſtãtia frigidior, cor autẽ calidius. Vbi etiam pulſus fiũt moderatis ſimiles. Nam medius quodãmodo ſtatus hic efficitur ex duobus cõtrarijs cõflatus. Qui ſanè affectus, vel optimos Medicos fallũt. quod nũc quoq; in maxima peſtilẽtia accidit. Quidã inde ab initio ad finẽ vſq;, alij per totum morbũ probũ pulſum habebant, qui perparũ deflexiſſet de natura. Qui quidẽ præter cæteros perierunt: animaduertimúſq; eos primis ſtatim diebus, & peſtilentia laborare & peſſime affectos eſſe, ex acredine caloris, atq; ipſo caloris genere, deniq; ꝙ pulſus parũ præter naturã immutati ijs, in eo ſtatu perpetuo maneant. Nam in genus præcipue hecticarũ, quas vocant, febriũ incidunt

Facultatẽ influentem ex corde quãdo arteriæ eodẽ tempore non accipiant.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 248 sur 282

©BIU Santé

huiuſcemodi pulſus. Si qui eſſent inter ægrotos, qui ſe negarẽt febricitare, his febris occupato ipſo cordis corpore, planè cõfirmata erat, &, vt ita dicã, in habitu. Etenim febriũ hecticarũ duo hęc ſunt propria ſigna, ſi perpetuo ſibi illę ſimiles ſint, nec inuaſionẽ vllam acceſſionis, nec incrementũ, nec vigorẽ, nec remiſſionem habeãt: nec febricitare ſe percipiat ęgrotus. Hos pulſus nihil eſt neceſſe maiores iuſto, atq; interim ne crebriores quidẽ eſſe, at omnino celeres tamẽ. Itaq; iure ſanè cẽſuerũt plurimi Medici atq; præſtãtiſſimi celeritatẽ febricitantium pulſibus perpetuã eſſe. Sed de his inferius. Quod in ſermone præteriuimus, vbi aër, quem ſpirando attrahimus, infectus putredine ſit, ac putredo ad corpus cordis peruenerit, illi pulſus fiunt. Nec iam quicquã habet admirationis, ſi eos pulſus, quos memorauimus tali affecti peſte habeant, nec ſi peſtilentem animã, nec ſi omnino morituri ſint. Quã enim excogites medicinam ad putredinẽ, quæ cor occupauit? Nam quibus calor hic putridus ad humores, quos continent cordis ſinus, vniuerſus deflexit, non autẽ ad corpus ipſum viſceris, multi horum fuerunt ſuperſtites. Deprehẽduntur affecti hac peſte, ſi febrem primũ percipiãt, deinde ſi nõ æqualiter perpetuo febricitẽt, ad hæc ſi pulſum non habeãt prędualidũ. Siquidẽ qui intẽperiei comites ſunt corporis ipſius cordis, imbecilli ſunt omnes. Habes pulſus, quos cor intẽperatũ calore creat.

Hectica febris propria ſigna.

Celeritas pulſuũ febribus adeſt perpetuo.

Frigidæ intemperiei qui pulſus peculiares ſint.

Intẽperaturę frigidæ planè efficiunt cõtrarios, paruos, tardos, & raros. Hóſq; vel in treis proportione differẽtias cõmutãt, vel aliquas earũ, aut aliquã plus vel minus: alias, aut aliã minus, vel plus. At hic eodẽ modo, vt prius declarauimus, attẽdẽda eſt, quę deficiat vel exuperet. Primũ crebritatẽ immutabit, deinde celeritatẽ, poſtea magnitudinẽ: ſi quidẽ illæſa ſit facultas. Nã ſi quid hæc quoq; offẽſa ſit, perſpicies illud ex propria pulſuũ & perpetua qualitate, quã remiſſionẽ appellamus, quæ ad paruitatẽ & tarditatẽ potius q̃ ad raritatẽ pulſus immutat. Nã cũ facultas plurimũ laborat, etſi cõiũcta ſit frigiditas, pulſus extremè quidẽ parui fiũt, ſed nõ tardi extremè. imò nõnunq̃ moderatis ſimiles. crebritatẽ tamẽ non abijciũt priſtinã, ſed etiã adaugẽt. At vbi paululũ facultas debilitata ſit, & frigiditas vigeat plurimũ, lõgiſſime ad raritatẽ pulſus deflectũt, parũ ad paruitatẽ, medio modo ad tarditatẽ. Eodẽ etiã arterię modo, ſi innatiuo tẽperamẽto cõſtẽt, mouebũtur. Nã ſi cũ cor ſit frigidius, hę calidiores æquo ſint, cordis pulſum tãtũ alterabũt, quãtũ de natura deſciuerint. Itaq; interdũ etiã ſimilis erit moderato pulſus arteriarũ, quod ad magnitudinẽ & celeritatẽ attinet: cũ cordis pulſus minor & tardior ſit. Iã hoc clarũ eſt, vacare hoſce affectus febre, refrigerato dũtaxat ipſo corde ab ſuccis frigidis ijſdémq; lẽtis & craſſis. Sanè infrequẽs eſt hic affectus, tamẽ incidit interim, præſertim cũ cõtineãtur in pulmone eiuſcemodi humores. Atq; cõtingit ferè pulſibus eiuſcemodi affectus ſimul inæqualibus per oppilationes eſſe, quas illi ſucci ſecũdũ oſcilla moliũtur vaſorũ ex corde enatorũ. Verũ arterię ſi quãdo fiat, vt perinde atq; cor frigidiores iuſto ſint, augebũt remiſſionẽ eius motuũ, in eodẽ retinentes genere. vt cũ tardius cor, minúſq;, & rarius, quã naturę lex poſtulat, pulſet: illę etiã hoc pulſẽt tardius, minus, rariúſq;, & verò etiã lãguidius. Accidit verò aliquãdo iam frigidius iuſto cor eſſe ſimul & rodẽtiũ plenũ excremẽtorũ. quo tẽpore pariter & minor & rarior ſit diſtẽtio, cõtractio celerior. Videretur etiã diutius

Facultate paululũ debilitata & vigẽte frigiditate plurimũ qui pulſus fiant.

Corde ſimul & arterijs frigidioribus qui pulſus.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 249 sur 282

©BIU Santé

ſe arteria intro recipere, ſi in perpetuũ eius motus percipi poſſet. Nũc ſenſum id præterit. At produci internæ quietis tẽpus vltra, quã par eſt, patet vel tãgen tibus. Hoc tẽpus cõflatũ docuimus ex tribus eſſe tẽporibus: primo extremita- tis cõtractionis, altero internæ quietis, tertio principij diſtẽtionis. Ergo prolixe hoc tẽpus per illum affectũ producetur. Tẽpus verò externæ quietis, aut bre- uius, q̃ cõueniat, erit, aut moderato aſſimile. Nam cũ ſtudeat pulſuũ molitrix fa cultas excremẽta excernere, properẽtq; ad illam actionẽ, cuius hæc nomine illi data facultas eſt, fit, vt quies minus ſit diuturna, quomodo illam etiã, quę alterã actionẽ præcedit, cõtractionẽ, inquam, extẽdit: quia cor, quod frigidius iam eſt, remiſſe ad actionẽ progreditur vnius adhuc tãtum gratia vſus vẽtilandi: altero iam, qui maior erat, refrigerãdi amiſſo. Reliquus enim tertius cor in his ſolũ af fectibus excitat ad actionẽ, vbi moueatur magnopere animal, aut vacuatio ac- cidat larga, arteriarũ quidẽ admodũ reſeratis externis oſcillis, vt in balneis, de- niq; ſi quo modo largiter ſit ſudatũ: internis verò, in purgationibus, præterea in affectibus vt choleris, inteſtinorũ torminibus, ac cũ vehemẽter vellicãtur in- teſtina. At verò vbi ipſum corpus cordis inciderit in intẽperiẽ aliquã inęqualẽ, nõ poterũt pulſus cũ ipſius cordis, tum omniũ animãtis arteriarũ in variã non degenerare inęqualitatẽ. Quin etiã collectiua, quã vocãt, illáq; vnius pulſus om niũ erit generũ. q̃ perpetua fiat in magnitudinẽ, paruitatẽ, celeritatẽ, tarditatẽ, remiſſionẽ, crebritatẽ, raritatẽ mutatio. At in duritiam & mollitudinẽ haud fiat cõtinẽs vnquã mutatio. Id quod ſæpe numero declarauimus. Non vibratus au tem interdũ & vibratus perpetua ſeſe viciſſitudine in hiſce affectibus excipiũt, adiũcta ad cordis intẽperiẽ duritia, vel tẽtione arteriarũ. Oſtẽdimus enim, ſi re- cte memini, in huiuſcemodi affectibus, vbi magnopere cor cõtẽdat arterias diſ- tẽdere, vibrationẽ in motũ incurrere. Quo tẽpore facile dicrotus pulſus exori- atur. In qua diſtẽtione, multi ſanè laboris eſt affectũ plane explorare. q̃ non intẽ periẽ tantũ cordis illa inæqualitas, ſed & inſtrumẽtorũ læſionẽ & copiã humo- rum comitatur. Nam hę inęqualitates poſteaquã obſtructionẽ ſequũtur cordis oſcillorũ, comitẽtur porrò etiã eius intẽperiei inæquali, non eſt procliue depre hẽdere affectũ. Ergo pulſus, qui bis feriat, corporis viſceris propriũ eſt ſympto- ma intẽperiei, ſicut probauimus in proximo libro. ac à dicroto diſtat mollitu- dine. Verùm ſi durities acceſſerit, iam etiã hoc indiciũ labefactatur. Etenim in dicrotũ cõuertitur cõmunẽ pluriũ affectuũ. Vibratũ verò dicrotũ generari do- cuimus, vbi pulſus, qui abſolute eſt vibratus, deminuta ſit lõgitudo. Dicrotus verò non vibratus, æque eſt ac vibratus durus, ſed talis per ſuã tarditatẽ effici- tur, & corporũ onus incũbentiũ. Quocirca permultas vterq; hic cauſſas cõſe- quetur, numero tamẽ inter ſe facultatũ, à quibus creãtur, & occaſionũ differũt. Permultis enim vibratus dicrotus, paucis non vibratus comitabitur. Ac com memorandũ quidẽ primũ eſt, quot cauſſis abſolute vibratus ſuccedat, quas an- te omneis recẽſuimus. Mox cauſſam eius quaſi cõtinentẽ. fit enim, vbi amplius cogitur diſtẽdi durũ corpus arteriæ, vel tenſum. Ad hæc tertiũ, q̃ cũ facultatis imbecillitas huc acceſſit, aut conformatio natiua, vibratũ pulſum demonſtra- uimus oriri. Iam dicrotus non vibratus fiebat ob duritiam arteriæ, breuitatem pulſus, & pondus corporum incumbentium ex vtraq; parte ſenſibilis motus. Etenim in huiuſcemodi affectibus, vbi ab vtraq; parte medium, dum attollitur,

In duritiã & mollitudinẽ non fit conti nẽs mutatio.

Pulſus feri- ensbis, cui af fectui ſit propius.

Abſolute vi- brati cauſſa continens.

Dicroti non vibrati cauſ ſæ cõtinẽtes.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 250 sur 282

©BIU Santé

retrahatur,rurſúſq; copuletur cũ illis,generatur pulſus dicrotus.Hę ſunt illorum quaſi cõtinẽtes quædam cauſſæ. Præcedẽtes autẽ multæ ſunt cuiuſq;,quæ etiam expeditę,& ad manũ ſunt habẽdæ,qui quicquã ſit præteritorũ exploratu rus.Pulſus,qui bis ferit ex inęquali proficiſcitur ipſius corporis cordis intemperie.Tactu verò ad dignoſcendã cõtractionẽ planè eſt opus exercitato.Cuius ſi rudis ſis dignoſcẽdæ,nihil inter hũc pulſum tibi & illũ intererit,qui in aſcẽſu ſubſiſtit & quieſcit pauliſper.Dignoſcetur,ſi quid habeat roboris.Nam qui vn dequaq; eſt remiſſus,huius latet cõtractio. Sed fit plerunq;, vt omnibus pulſibus,qui bis feriant,adſit cõtentio. Neq; enim ad eam altitudinem perueniant, ſi omnino deficiantur contentione:aut multo molliores ſint, q̃ conueniat,neceſſe eſt:vt lãguidi ſimul & parui appareãt.qui quidẽ etiam in Lethargicis affectibus animaduertũtur.at tum quieſcentẽ pauliſper nequeas diſtinguere à bis feriẽte.Proinde nec ipſos quidẽ affectus ex hoc quidẽ diſcernere poteris.Aliud tamen eſt indiciũ,quo poteris.Atq; hoc propriũ eſt ſignũ vitioſæ temperaturæ ipſius corporis cordis. Nec cauſſa eſt,quin breuitatis gratia,vt pulſum aliquẽ, vel febrẽ hecticã,ita inæqualitatẽ nos hecticã appellemus.Si cui minus nomen probetur,ſtabilẽ illam vocet. Stabilis eſt,ſi deinceps permaneat par. At verò ſi cætera ſimul omnia indicia febrẽ Hecticam eſſe declarẽt,multo hercle dignoſces certius inęqualẽ intẽperiem tenere viſceris corpus.Sed hęc explicauimus in differẽtijs febriũ.Omnia deniq; ſunt reliqua animaduertẽda,pręſentia,pręcedẽtia,& externa.Nam cũ peripneumonia,ſuppuratio,pleuritis,phthiſis,deniq; aliquis illic abſceſſus exortus ſit:vel aſthma, vel morbus quiſpiã ex diſtillatione,vel cruentũ ſputũ,aut reiectio partis alicuius pulmonis, aut breuiter quicquid,qua de re exundãtia, vel craſſitudo, vel lẽtor humorũ obſideat pulmonẽ, accurate cõſiderãdũ eſt,ecquid ex arteriarũ obſtructione pulſus inęqualis fiat. Sin horũ nihil ſit,ipſum eſt viſcus explorandũ,præſertim ſi anteacta ægroti vita nec craſſis ſuccis,nec lẽtis videatur corpus impleſſe.à quibus aut foris offuſis, aut obſtruentibus arteriarũ oſcilla inęqualitas cõcitetur.Nam ſi quid horũ,vti docuimus,vel inflãmatio,vel omnino tumor prẽter naturã illic exurgat,aut affluẽtia humorũ deprimat facultatẽ,incidũt pulſus in inęqualitatẽ,Quare ſi nec adſint indicia,quibus noſcũtur hi affectus,nec hectica inæqualitas & ſtabilis duret,intẽperies exiſtimãda inæqualis eſt corpus cordis inuaſiſſe. Quæ cũ etiam ſit duplex,altera in ſuccis eius proprijs, altera in partibus ſolidis: illa ex ſuccis profecta vnà cũ totius corporis palpitatione fit:hęc ex ſolidis partibus abſq; palpitatione.Quare ſi quis hæc,quæ retulimus,ediſcere cũ arte,cupiat,quæ de hecticis febribus ſcripſimus, colligat diligẽter ex cõmẽtarijs de febribus & libro de Marcore.Atq; his ſignis cordis inęqualis intemperies dignoſcitur & diſtinguitur à ſimilibus affectibus.Si qua ſit alia intẽperies viſceris,vt aliã ipſum corpus tẽperiẽ habeat,aliam ſanguis & ſpiritus qui ſunt in eius ſinibus,inæquales pulſus nunq̃ efficit:ſed ex affectuũ cõfuſione pulſus mediũ quẽdã ſtatũ ſortiuntur.Cõfuſiones affectuũ modo prorſus inter ſe cõtrarię ſunt,modo nõ prorſus. Prorſus dico affectus cõtrarios inter ſe,tẽperamẽto:vbi quo calidior moderato alter ſit,hoc ſit frigidior alter.Non prorſus,vbi alter plus altero deflexerit.Poteſt etiã,ſi eiuſdẽ ambo generis ſint,in quãtitate eſſe differentia:cũ vel calidius cor ipſum materia ſit in ſinibus contẽta,vel cũ hęc remotior à natura ſit corde.

Pulſus bis ferientis continens cauſſa.

Inæqualitas cordis duplex.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 251 sur 282

©BIU Santé

Et frigidius item corpus cordis poteſt eſſe,vel materia.Hi cõcurſus non perin
de omnes dignoſcũtur cõſpicue.licet tamen interdum obſcuros aliũde colli=
Commixtionis,i qua cordis corpus calidius eſt, & materiæ frigidiores,tres differentiæ. gere.Prima cõmemorata mixtio,in qua cordis corpus prẹter modũ calidũ eſt,
materiæ autem frigidiores,differẽtijs tribus cõſtat. Aut tãto illud calidius eſt,
quãto hẹ frigidiores:aut multo illud calidius,q̃ hæ frigidiores:aut minus illud
calidius,quã hæ frigidiores.Prima differentia pulſum repræſentat ad vnguem
moderatũ tum magnitudine,tum celeritate, atq; crebritate.Ad remiſſionem
autem tantum depellit,quanto ſpatio naturalem temperaturã viſcus reliquit.
Equidem animaduerti in hiſce ſubinde affectibus, inſigne etiam incremẽtum
celeritati acceſſiſſe,non tamen hoc conſpicuũ perpetuo eſt. Atq; hoc alterum
indiciũ maius tibi videtur ſuppeditaturũ.Quantũ enim corpus ipſum arteriæ
Calidius corpus ad motũ procliuius. deſciuerit à moderato tẽperamẽto,conijcere eſt ex celeritate.Nam procliuius
ad motũ eſt calidius corpus,ſi reliqua ſint paria.Quare ſi,q̃ corpus ipſum cor=
dis in naturali ſtatu conſtans,vel à materia,quam continẽt ventriculi eius,aut
pulmonis conſuetudine inflammati,vel alia quapiam parte vicina calfiat,pul=
ſus refrigerij gratia in magnitudinem,celeritatem,crebritatem commutẽtur:
prima tum erit in magnitudinem mutatio, altera in celeritatem,tertia in cre=
britatem.Sin calidius ſit partibus cum ipſo continẽtibus,quæ in naturali ſtatu
ſint,celeritas motus primum increſcit,deinde magnitudo. Vnde cum pulſus
manifeſtum incrementum celeritatis percipiamus,magnitudinis verò atque
crebritatis nullam alterationem,magnopere in hoc corpore deſciuiſſe ad ca=
lorem cor cẽſemus,vicináq; ei ad frigiditatem.Iam ſimul pulſuum inſignis re=
miſſio & cõſpicua in eiuſcemodi corporibus animaduertitur.Quòd ſi nec ce
leritas clara,nec remiſſio ſit,exiguo calore corpus viſceris puta auctum.Hæ fe
bres cõpluribus Medicis imponũt:nimirum q̃ febre ipſi ſe liberos eſſe ægroti
affirment.Neq; febrem,quia parua eſt,& quia viſcus incaluit,corpúſq; viſceris
calor inuaſit,aduertunt.Sed de hoc frequenter diximus.Breuiter non eſt ma=
gna febris vlla hectica,maxime ſi paucũ calorem viſcus habeat. Qui igitur ca=
lor in vniuerſum corpus deriuatur ex corde, hic ſenſum ſolus inducit ipſius
inæqualitatis faſtidioſæ. quamobrem balneas deſiderãt,vt alij faſtidioſi omnes
& inæquales ex laſſitudine,vel aduſtione,lotione intermiſſa,vel exercitatione.
& pleriq; ſcilicet capiuntur balneo,recrearíq; ſe dicũt.Depulſam enim inæqua
litatem eſſe totius corporis,nec magnopere quicquam ſe offendi,balneo refe=
runt acceptũ.Et ſanè non læduntur forſitan horum quidam.verùm huius loci
non eſt iſta meditatio.In febrium enim curationibus de omnibus his diſputa=
bimus:ſiue ſeparatim viſum fuerit eas,ſiue in methodo medẽdi tractare. Nam
Peſtilẽtis febris cognitio. ad prẹſens inſtitutũ ſolam dignoſcẽdi viam tractabimus.Sanè videatur quibuſ=
dam perplexa & incognita,ſi quãdo nec differẽtia vlla pulſuũ deficiat,& ſe ipſe
ægrotus febrem non dicat percipere:ac inæqualitatẽ,quæ vna moleſta erat,bal
neis procurauerit.Et vt rem difficiliorẽ faciã, ne ex vrina quidẽ petere in eiuſ=
cemodi affectibus firmã notitiã ſemper licet.ſed eſt etiam ferè anceps,colore&
ſedimẽto ſimilis naturali.Sexcẽtos tales in peſtilẽtia diuturna cõſpeximus.vbi
Medicos cerneres nihilo plebe præſtãtiores.imò verò imperitiores multo nõ=
Signa ex urinæ habitu. nullos experiẽte plebeo.Vulgus enim ferè, ſi nihil aliud,at expirationẽ ægro=
torũ videas obſeruare.quẹ ſi fœteat,peiorẽ caſum expectãt.At illi quidẽ vſu tale

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 252 sur 282

©BIU Santé

ſignũ in peſtilẽtibus febribus inuenerũt. Tu non vſu modo, ſed & ratione æſtima. Iam os etiam attendunt. Quòd ſi illic aliquid coloris peſtilentis cernant, eos peſte confirmant laborare. Equidem Medico hæc puto clariora eſſe quàm vulgo. Partim enim illorum coloré eryſipelatoſum, partim coloré habent depaſcentibus Herpetibus aſſimilem, diffuſum per plures parteis ſcilicet quàm à primo. Et ſi manum thoraci exercitatus Medicus admoueat in exploranda febrili calore, ne tum quidem prætereat eum affectus. Inſpicienda porrò præ cæteris vrina eſt. Etenim conturbata quorundam eorum videtur eſſe & aquoſior, ac nonnullorum multo quàm pro natura tenuior. Atq; hæc quidem certiſſima eſt. nec non quæ naturalibus vndequaque ſimilis eſt colore & craſſitudine, hæc etiam ad ſecundam ſpem certiſſima eſt. quæ ſi ſublimamento probo ſit prædita, multo etiam eſt certior. ſi quidem ſedimentum ſit candidum, læue, & æquabile. Præſertim ſublimamẽtis animus eſt adhibendus. Nam quædam quæ ſubliuida quodammodo ſunt, fugiunt: & item alia quæ aranearũ latas telas referunt in modum lanæ congeſtæ. At ſi quid tale animaduertas, aut nullum plane ſublimamentum innatare vrinis, in peiorem partem hæc interpretare. Si contraria videas, quæ retuli modo, non poteſt fieri, vt malè affectus homo ſit. Ex his igitur diſcernas, vtrum inæqualitate quapiã affectus ſit, an peſtilens morbus & exitialis, qui hecticam febrem habeat, eum prehendat, Præterea exijs, quæ balneũ conſequuntur. Etenim cibum reſpuunt, & ſitiunt præter modum, ac frigidam poſtulant. Etiam oculi illorũ ſunt accuratè inſpiciendi. Nam inter lauandũ manifeſte redduntur calidi & flammei. quidam poſtea tales permanent. quos plane ſciemus teneri peſte. At in peſtilentia, qualis noſtra memoria fuit, & viget etiamnum, nunquam experiri quiſquã homo poſſit. Sciendum tamen nonnunquam incidere ſine peſte has ipſas febres. vt de illis prodiderunt omnes inſigniores Medici, vocántque peſtilentes. de quarũ tota natura diſputaui latius in differentijs febrium. Nam hoc quidem loco, non quemadmodum quis optime febres dignoſcat, tractamus, ſed quemadmodũ expulſu optime. Quinetiam dixi fortaſſe plus æquo de febribus ex ipſo cordis corpore excitatis. Quare ad pulſus nos referamus, & quod reſiduũ eſt de febribus hecticis perſequamur. Etenim ſunt, vt docuimus, peſtilentes non pauci inde vſq; ab initio hecticæ, diſtántque ab omnibus alijs febribus, quæ ex magna putredine oriuntur. Præterea etiam mœrorem interdum ſequuntur & iram à primo quædam hecticæ. Aliter neſcio, an vlla febris inde vſq; ab initio fiat hæctica. At téporis diuturnitate multis alijs ſuccedunt, quas dilucide docet, etiam ſi cum alijs connectantur, ſicut declarauimus, perpetua æqualitas, & alia, quæ in libris de differentijs febrium docuimus. Notitia autem ex pulſibus, quomodo nuper diximus, initio adhuc atque primis diebus non facile paratur, cum ſpeciem adhuc communem habeant cum diarijs febribus: verũ elapſo triduo iam clariores fiunt etiam pulſuum indicio. Siquidem aperte hæ celeriores, quàm deceat, pulſus habent. atq; vt inter eas nihil interſit aliud, febrili quidem certè calore manifeſte ſecũdum thoracem præditæ ſunt. pulſuſque tãto ſunt languidiores iuſto, quantũ calor creuerit. Hactenus de febribus, in quibus cor tanto, quàm natura poſtulat, calidior eſt, quanto quam continet materia frigidior. Materiæ addamus ſecuritatis gratia corpora illa omnia, quæ

Signa ex ore.

Signa ex calore thoracis

Signa ex vrina.

Sublimamenta quid denotent.

Signa ex ijs, quæ balneum cõſequuntur

Signa ex oculis.

Quos affectus febres hecticæ conſequantur.

©BIU Santé

cor attingunt puta ex viſceribus pulmonem: ex membranis cum illã quæ cor veſtit, περικάρδιον vocant: tum quicquid thoracẽ prope cor interſepit. Etiam conſuetudo huic viſceri intercedit cum aere, quem continet tegumentum, quod cor circumijcit: nec non cũ arterijs & venis. quarum penetrare maxima oſtia cernis ad ſinus eius. Hæc omnia non aliter atq; materia pulſum cordis immutant, vocentúrque breuitatis gratia omnia, quæ recenſuimus, vicina cordi.

Vicina cordi

Qui ſint pulſus in iis febribus, cum cor calidius ſit, quàm vicina ei frigidiora.

d Einceps de illis febribus dicamus, in quibus cor calidius eſt, quàm vicina ei frigidiora. Nam in huiuſcemodi affectibus pulſus celeriores ſimul, & maiores, & crebriores, languidioréſq; iuſto erunt. Longius tamen ad remiſſionẽ & celeritatem, minus ad crebritatem & magnitudinem diuertent à natura. Stabilis & conſtans harum generatio eſt, vt cæterarum hecticarum. Quòd ſi non ita longe viſcus à natura deſciſcat ad calorem, vicina ei longius ad frigiditatem, minores pulſus in his & rariores erũt. celeritate vel ſimiles erunt naturalibus, vel tardiores. Similes, ſi nõ multo frigidiora vicina ſint. Tardiores, vbi multo longiore interuallo hæc ad frigiditatem à natura deflexerint, quàm ad calorem cor. Remiſſio hic etiam quantitati caloris reſpondebit. At verò ſi frigidius iuſto ſit ipſum cordis corpus: materia porrò reliquáque vicina illo calidiora, erunt & hic tres numero differentiæ. Et variabunt pulſus in vnaquaq; ſicut ſuperiores. Primum æque refrigeratum ſit cor, vt incaluerunt vicina: tardior æquo erit is pulſus, ſi inſignis fuerit alteratio. Huic reſpondet remiſſio. Nam magnitudine nihil de natura decedet, nec verò etiam crebritate, quod animaduerti poſſit, aut inſigniter. At cum non multum de natura eſt diſceſſum in vtranq; partem, difficillime, vt ante dixi, exploratur diſcrimen. atq; in his præſertim corporibus obſcurum eſt, quorum ignoramus naturalem ſtatum. Nam hunc ſi prius nouerimus, poterit etiam animaduerti breuis mutatio, ſi quis verſatus ſit in explorandis pulſibus. Vt autem paulo ante, cum viſceris calidioris, & vicinorum ei frigidiorum conſideraremus pulſum, febrem diximus eſſe hecticam: ita nunc ſi viſcus ſit frigidius omnino, quàm naturalis modus permittat, & vicina calidiora, febricitabit quidem homo, non hectica tamen, quam vocãt, febre: ſed vel diaria, vel ea, quæ putredini humorum conſequitur. Hæc vtraque ſigna propria ſunt diariæ febris coniunctæ cum frigidiore corpore cordis. Vbi ex æquo de natura vterq; pulſus deflexit, nihil magnitudine à naturali differt, nec etiã crebritate penè quicquam, quod perſpici poſſit, nec item celeritate, ni vtraque inſignis ſit mutatio. Languidior verò tanto erit, quanto viſcus frigidius. Qui putredini humorum comitatur, etiam par eſt perpetuo huius magnitudo, nõ tamen vt naturalium, neq; aliorum generum. verùm cum de natura aliquantulum deſciuit, nihil fere: ſin maiore interuallo, aperte in contractione pulſus celerior fit. ſicut ſuperior in diſtentione. Iam etiam clare in externa quiete crebrior, & languidior apparet tanto, quantum refrigeratum eſt cor. Contrà iam magis refrigeratum cor ſit, quàm vicina incaluerunt, ac febris ſit diaria. horũ pulſus manifeſte languidiores erunt & minores, tardi nõ perinde aperte, ſed ſi vicinis ſibi frigidius ſit corpus cordis. Iam etiam rari ac parui pro portione erunt. At verò febris ſit ex humorum putredine. horũ pulſus languidus erit

Febris ex putredine humorũ pulſus

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 254 sur 282

©BIU Santé

perinde vt ſuperior:ſed illo etiam minor in diſtentione,tardiórque. At cõtractio naturali celerior erit. Ac magis etiam in illa tempora acceſſionis incidet id,in quibus eſt initium & incrementum.Nam in vigoribus quidem minus, ac minus etiam in remiſſionibus. Porrò autem tertium genus commutationis ponatur,hoc eſt,minus ad frigiditatem cor declinauiſſe,quàm ei vicina ad calorem,ac febrem eſſe diariam: pulſus habebit hoc corpus tanto, quàm par eſt,imbecilliores,quanto corpus cordis ſit intẽperatius,atq; maiores & celeriores naturali,ſed maiores quàm celeriores.adhæc crebriores erũt.Hæc omnia ſunt accipienda pulſibus nec in duritiam nec in mollitudinẽ aperte mutatis.Nam ſi hic ſint etiam mutati, diſceſſus eorum ad mollitudinem omnino magnitudinem & raritatem augebit.Addet interdum & celeritatẽ.Equidem iam omnes mihi videor febrium,quas ex pulſibus ſumas,differentias percurriſſe.Si quidem ſanè earum eſſentiam recte in cordis nimio calore poſuimus. Iam inter febres affectus non paucos alios attigimus contrarios febribus,in quibus cordis affectus frigiditas eſt. Præterea de mixtis affectibus diximus, quorum ex cõtrarijs inter ſe complicatis mixtio cõſtat.Iámque tranſeundum aliò mihi erat.Sed quando in magnam diſſenſionem,neſcio quo pacto,qui de pulſibus commentati ſunt,inciderunt.propter eos uiſum mihi eſt,quæ hoc in libro iam tradidimus, in quo de febribus ex pulſibus dignoſcendis tractaui, ſummatim repetere.Imò ſi verum fatendum eſt, potiſſimum hoc propter Archigenem ſtatui facere. Nam cum habitus ſit diligentiſſimus in commẽtatione de febribus,nihil nos prope,non aliter ac Eraſiſtratus,docet.Nempe eorũ, qui nihil docent,duplex eſt inſtitutum.quidam ad proprietatem,quæ exprimi nequeat,confugiunt.alij proferũt quidem nomina,tamen nec quæ ſignificãt, obſeruant:nec quam illis ſignificationem attribuant, interpretãtur. Namque durus pulſus,quem perpetuũ Archigenes febricitantibus confirmat eſſe,nomen duntaxat eſt,nec rem denotat vllam,nec plane,nec liquido intelligi poteſt.De quo pulſu in libris de differẽtijs pulſuum latius diſputauimus, & etiã in libris de dignoſcẽdis ijs: maxime autem in ijs commentarijs,quibus interpretamur ſimul & examinamus,quæ in libro de pulſibus Archigenes ſcripſit. Sed hic tamen etiam operæpretium eſt nonnihil de ijs ſummatim exponere.

Inſtitutum duplex eorũ qui nihil docent.

De propria nominum ſignificatione,& metaphora.

TSingula alia nomina apud omneis Græcos ſingulas res indicant, vt ita etiam quæ occurrunt ſenſibus,his nomina quædam poſuerunt, ſeparatim quæ differentias auditus ſignificant, ſeparatim quæ differentias odoratus,vel guſtus,vel tactus.Neq; ſcilicet alij ſenſui tribuunt album, nigrum,flauum,ruffum,pallidum,fuſcum,ceruleum,reliquáque colorum nomina,præter oculis obiecta.Neque etiam alijs auſterum,dulce,amarum,acerbũ, aſtringẽs,ſalſum,ſalſuginoſum:præter quàm quæ guſtantur.Nec iam vllis alijs calidum,frigidum,ſiccum,humidum,molle, durum. verùm his,quæ tanguntur,omnes attribuunt.Nam ſi aliò traducas hæc nomina,illa vſurpatio vocatur metaphora. Habent verò & alia itẽ metaphoras ex ſimilitudine aliqua & conuenientia.Ex qua ſimilitudine pedes,vertices,lateráque montis dicuntur.Nam vt animalium infimæ partes pedes ſunt,vertex omnium ſupremæ.ſic in mõtibus permiſſum eſt Poetis ſupremas partes vertices vocare:& infimas,

Metaphora.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 255 sur 282

©BIU Santé

pedes.Si quis igitur,cum de animali loquatur,& pedes dicat vel latera,nolue-
rit pedes more omnium accipere,neq; latera,vt inſtitutum eſt.ſed ita dicat la
tera accipienda eſſe,quomodo de monte Brilleſo dixit Callimachus.

» Brilleſi latera ſunt oræ,quam tenuere.

ſanequam ridiculus ſit, duplici vtens & reciproca metaphora à proprijs ad
propria.Haud aliter ſi cum de moribus aut vino durũ dicitur per metapho-
ram,de corporibus,quæ tangũtur,diſputans nolueris,vt ſolent omnes,nomen
interpretari:verùm ſicut vinum dicitur durum,aut homo,aut mores.Huic ſi-
mile eſt,ſi cum ſermonem habeas de rebus viſibilibus,atq; album dicas,pro-
Alba febris apud Archigenem. hibeas ex omniũ inſtituto accipi:ſed quando febres aliquas Archigenes albas
appellauit,ita eſſe etiam intelligendum colorem album. At quemadmodum
quidem non videbitur is ſanus eſſe,ſi quod proprie nomen colori tribuitur,
tranſferre duplici differentia ad eum ab improprijs ſtudeat: Sic ſanè, qui de
ſimplici corpore ſermonem inſtituit,& per metaphoram vult nomen durum
accipi.Etenim in ijs omnibus fit orationibus,vt nihil auditores proficiant, cũ
& prohibeãtur proprie dicto,nec quicquam intelligere aliud poſſint.Quem
enim alium accipias coloré prolato albo, conſueto prohibitus,& accipere ex
Durus pulſus quomodo accipiendus. metaphora albarum febrium iuſſus. Sic item durus pulſus, quem Archige-
nes in re tangibili induxit,niſi propriam ſignificationé habeat,nimirum hanc
vulgarem:ſed vt ille ex metaphora vinorum vult,prorſus obſcurus eſt atque
incognitus,taliſq;,vt ſi ſcindapſus dicatur.Etiam poſſet quoduis aliud nomen
proprio febrium pulſui tribuere, & aliquid videretur dicere apud homines
ſcilicet in diſtinguendis ſignificationibus imperitos, ſimplices autẽ & addu-
ctos,virum ſenem,qui tam clarus eſſet,artémq; multum illuſtraſſet,non factu-
rum vnquam,vt talem obſcuritatẽ temere ſermoni induceret,vt nomina pro-
ferret nullius ſignificationis. Iam verò ſiquis pulſum febricitantis amarũ di-
cat eſſe,ac nomen amarum,vt ad guſtum referimus interim,velit accipi:nihil
ſanè, quod clarius intelligamus, habebimus,quàm ſi acerbũ,vel auſterum,vel
acidum audiremus pulſum eſſe: quòd ex omnibus his res moleſta & non na-
turalis repræſentetur:quæ autẽ ſit illa,non declaretur.quãquam in eiuſcemo-
di metaphoris à proprijs ad aliud non proprium traductio fit,res & permiſſa
omnibus & vulgaris.At in ſignificatione duri pulſus,cuius author Archige-
nes eſt,quod nec cõceſſum eſt,nec vſitatum,nec omnino fuit,aut poterit eſſe,
intelligere oportet nos ſignificationem ad propriam ex metaphoricis reuer-
ſos.Ita nomen quidem audias, at rem intelligas nullam.verùm quid ſermonẽ
de his producam,cum aliàs diffuſius de his diſputauerim.At ſuperiora ſum-
matim repetamus,ac de omnibus febribus dicamus.

De *febribus per pulſus dignoſcendis.*

Diariæ pulſus. Ria eſſe in ſumma genera illarum,alio loco docuimus.Quemadmo
dum verò quodq; ex pulſibus dignoſcatur,declarabo hoc loco.Om
nes diariæ in magnitudinem,celeritatẽ, crebritatémq; pulſus quan-
tum in ipſis eſt,mutãt.Nam ſi concurrat alius affectus, mixtam oportebit eſſe
mutationem ex illa & hac,quæ comitatur febri.Pari modo febres hecticæ pul-
Hæcticæ pulſus. ſus in eaſdem differentias conuertunt,quantum in ijs eſt,ampliúſq; in his mu-
tatur celeritas. At quæ ortæ ſunt ex putredine humorũ,in vigoribus vtrunq;

©BIU Santé

habent motum celerem & diſtentionis & cõtractionis. Præterea crebritatem ex æquo mutant cum externæ quietis,tum internæ. In initio acceſſionis non perinde ſed magis augent contractionis celeritatem.In incrementis cũ hanc, tum etiam externam quietem plurimum concitant,vt pulſus in illa creberrimus videatur.Habes pulſus,qui ſoli febrium per ſe proprij ſunt.Reliqui omnes,qui febricitantibus accidunt,alium potius affectum quàm febres ſequũtur.Quorum etiam affectuum ſunt duo genera,aut facultatis,aut inſtrumentorũ vitiũ.Quippe ad cauſſas inueniendas,quæ mutant pulſum tria hæc ſunt animaduertenda,inſtrumentũ,vſus,& facultas.Demõſtrauimus enim,quæ ex ſingulis horũ generibus de natura deflectẽtibus accidere pulſibus oporteat. Quo minus eſt mirũ,ſi inter ſeſe præclari iſti Medici diſſideant de febris proprijs pulſibus,erréntq; omnes,vt qui nec genera partiuerint pulſuũ, & profectas ex facultate vel inſtrumentorum vitio alterationes pulſuum arbitrentur proprias ipſis febribus eſſe.vt inuadentis acceſſionis quidam crebros & paruos,alij adhæc languidos,iam nonnulli etiam inæquales, ſunt qui tardos etiã, contrà alij celeres poſuerũt indicia. Tametſi quædam febres incompreſſas,vt iſti vocant,inuaſiones faciunt.In quibus pulſuum prima mutatio in magnitudinem & celeritatem fit.Mox his ſuccedit augeſcentibus crebritas.Reliquorum pulſuum,quos memoraui,in illis nullus apparet,nec initio acceſſionum, nec in incremẽto,nec vigore.Verùm hos nec rigor,nec horror, nec fere vlla inæqualitas,quin ne frigus quidem partium extremarum vel ſuperficiei,nec vellicatio,aut grauitas,aut compreſſio ſtomachi vnà inceſſit.Pleriſq; verò vel vnum de his vel plura comitantur.Nõnullis paulo poſt vomitus. qui aperte declarat,ex eo quòd in ventriculum vitioſi ſucci confluxerunt,quoſdam illorum vellicatos eſſe,alios cõpreſſos,aliquos nauſeaſſe.Clariſſime enim recedit in pleriſq; initijs de tota ſuperficie externa ſanguis,confluítq; in viſcera.Vnde compreſſiones & obſtructiones fiunt,diſtentionéſq; arteriarũ præcipuarũ,propter quas initijs taliũ acceſſionũ coniuncti ſunt pulſus inæquales.quemadmodum ẽtiam languidi ob ſtomachum & facultatẽ affectã.Ad hunc modum fiũt & parui,ob imbecillitatem facultatis,& ob frigiditatem.Et iam tardi quoque ex ingenti frigiditate.Verũ contractionem perinde ac diſtentionẽ nullus horũ tardam fecit. Sed hoc perpetuũ eſt, & præ cæteris propriũ inuaſioni febris ex putredine humorũ ortæ,vt arteriæ contractio efficiatur celerior.Et ſi quis in cognoſcẽda cõtractione eſt exercitatus, perpetuũ hoc & conſtans initij acceſſionis ſignũ habebit,vbi cõtentione aliqua,vt frequenter admonuimus,pulſus præditus ſit.Nam in languidis contractionẽ docuimus dignoſci nõ poſſe. Hoc igitur etiam atq; etiã meditandum tibi eſt,ſi quidem cognoſcere ad vnguem velis initium acceſſionis. Quemadmodũ autem ingredienda ſit meditatio,copioſiſſime in libris de dignoſcendis pulſibus declarauimus.Certiſſimũ eſt hoc ſignum,nitendúmq; illo maxime eſt,ſi aperte,cum inquiris,appareat. Equidem in multis,quorum antea pulſum nunq̃ tetigeram nec per ſanitatem nec per ægritudinẽ,hoc fretus vno ſigno,nunq̃ ſum lapſus. Nam cæteris quidem omnibus,ſiue frigeſcat totũ corpus, ſiue os vẽtriculi, quem per abuſum vocamus ſtomachũ, ſiue deferatur ſanguis in profundum,vel ex mœrore, vel metu, vel alia de cauſſa, ſimilis tarditas eſt pulſus & in arteriæ diſtentione &

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 257 sur 282

©BIU Santé

contractione.Iam ei etiam cõiuncta eſt in vtraq; quiete raritas.In ſolis verò inuaſionibus febrilibus,vt diſtentio interim tardior fiat priore, certe cõtractio celeritatem nanciſcitur.Adhæc reſtringit externas quietes,vt hic pulſus crebrior euadat.At nõ in interna.ſed vel perinde vt in priore,vel paulo id tẽporis videtur rarior.Cõparandaverò eſt prior quies quantũ ad tactum præſenti. hócq; memoria tenendum, conflatam eſſe eam ex fine contractionis,& initio diſtentionis, atq; ex interpoſita inter has quiete.tum expendendũ,quantum vtrinq; ei ex parte motuũ deliteſcente acceſſit.id quod expendendũ eſt cõparando cum contentione.Nam ſi æque pulſus contentus nunc ſit,ac ante fuit: quanto tẽpus ſenſibilis quietis longius fiat,tantum etiã eſt pútandum eſſe re uera extractam quietẽ.Si languidior quàm prius effectus eſt,arbitrãdum eſt & ob hoc partem ſuppreſſam eſſe motuũ,quæ quieti,quã ſentimus,ad verã inueniendam detrahenda eſt.Nam ſi paulo pulſus quàm ante lãguidior fiat,multo autem rarior,verã quietem puta eſſe productam.Sin multo remiſſior,& rarior paulo,vt ſenſus iudicat,minime cẽſebis protẽſam eſſe verã quietẽ. Eodem modo,ſi cum paruã remiſſionẽ aſſecutus pulſus eſt,inſigniter tibi crebritas videatur aucta,contractã arbitrare veram quietẽ.Itaq; in quibus languidior pulſus eſt factus tẽpore quo exploramus,animaduertendum eſt.In quibus verò pari eſt contentione,in his facile,vti diximus,ſi animum aduertas,interna quies dignoſcitur.Proinde cum nihil pulſus variet,niſi in cõtractione ſit celerior, id habe initij acceſſionis ſignum perpetuum.ſimúlque fit hic pulſus in externa quiete crebrior,natura incumbente ad excrementum fumoſum abſtergendum: quamobrem celerius contrahebatur. Ac ſic quidem celeritate tantùm contractionis,cum primũ id generatur,variare à priore pulſus videtur:Paulo poſt etiam fieri creber in externa quiete.quòd citius arteria conſidere incipiat.At diariæ febres non habent hoc,q̃ putredine humorũ vacent. Nec iam etiam hecticæ:quòd niſi alter cum ijs affectus caſu coeat,ne incipiant quidem vnq̃.Ita in quibus præſertim febribus quęritur acceſſionum initiũ,tenere nos hoc indiuulſum ſignũ debemus.Quòd ſi primo die,cũ recens de ſanitate homo in morbum incidit,pulſum tangamus,ſtatim nobis genus etiã febris hoc ſignũ ante oculos proponet.Vnà enim inuadere cũ febriũ acceſſione, quæ putredinis alicuius humorũ comites ſint,perhibent.Iam in differentijs febriũ docuimus in eodem genere,quo hũc,pulſus eſſe, qui ab inflãmatione excitãtur, ſed à pulſibus ab humorũ putredine concitatis hi ſola duritia diſcernentur.Siquidẽ pulſuũ ortorũ exinflãmationibus durus eſt occurſus.Quare ſi durũ occurſum,quẽ efficit cõtentio arteriæ,diſcernere ab eo vales,quẽ generat frigiditas & duritia,treis prædicere hinc cauſſas præteritas poteris,potũ frigidæ,meracius vinũ,inflãmationẽ,quam nõ ſolũ antè cauſſam fuiſſe acceſſionis,ſed permanere etiã dicemus. frigidæ atq; largioris meri potum anteceſſiſſe eũ quidẽ, ſed quẽ concitauit affectũ,adhuc durare.Ac indureſcũt quidem ex nocuis frigidæ potionibus arteriarũ tunicæ,& ab vino immodice poto deſiccãtur. Nam ſi neruorum ſimul principiũ lædat vinum, etiã intenduntur non aliter atque illæ,quæ conuulſionem prænuntiant. In inflammationibus verò abſque propria tunicæ duritia tenduntur,vocatúrq; pulſus tum etiã durus ob vim ictus: non induruit tamen per ſe arteria. quomodo cum vel deſiccata ſit aliqua ra-

Initij acceſſionis perpetuũ ſignum.

Pulſuum ex inflãmatiõe ortorũ durus eſt occurſus.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 258 sur 282

©BIU Santé

tione, vel magnopere perfrigerata, vel affectum comparauerit ſcirrhoſum. Atque hæc quidem ſic diſtinguito. Quæ primo die nequaquam obtinét iſtud ſignum, à febribus putridis ſeparabis: ac vel diarias cenſebis vel hecticas. At febris hectica rariſſima à primo exiſtit. quin tamen id temporis poſſit naſci, nihil cauſſæ eſt. ſed vidimus etiã nonnunq̃ tales. Reliqua harum omnia ſigna alio in opere explicata ſunt, vbi de differẽtijs febrium tractauimus. Quæ verò pulſus ſuppeditant, nunc perſequemur. Nec magnus pulſus nec vehemens cũ hecticis febribus vnquã concurrunt, ſed ſi alterutrũ habeant horũ, non ſunt hæcticæ. Si ſimul vtrunq; habeant, plane ſunt diariæ. ſi quidem eorũ contractio, quẽadmodum diximus, nõ properet. Propria enim eſt eius, quæ conſequitur putredinẽ humorũ, celeritas. cuius ſingulas differentias in cõmentarijs, quorum memini, ſum perſecutus. Hæ ſunt, vt ſummatim cõmemorem, omnes quæ circulatim accedunt, atq; omnes cõtinuæ, vbi tertium diem ſuperẽt. Eiuſdem generis ſunt, quæ inflãmationibus comitantur. Ac in remiſſionibus celeritas cõtractionis diſſoluitur, præſertim cum ad integritatem aut prope eã peruenerint. Initio acceſſionũ generatur, ſi aliqua ratione humores incẽdantur: ac per incrementum augetur. Vbi propè iam attigerint vigorem, ſuccenſis humoribus ferueſcentibuſq;, ingens incrementũ ſuſcipit diſtentionis celeritas: cõtractionis permanet par celeritas. Vbi iam vigeat plane febris, in illa acceſſione ad ſummã celeritatem diſtentio peruenit, & deminuitur celeritas cõtractionis. Verùm pleriq; Medici, præcipue qui ſenſu negant contractionẽ percipi poſſe, longe abſunt ab ſigno, quod expoſuimus, omnium febriũ ex putredine ortarum, initiiſq; in illis ſingularum acceſſionũ. Nonnulli, ſed ſanè pauci obſcuram imaginẽ rei videntur conſpexiſſe. Quamobrem adeo cõfuſe atq; obſcure ſcribunt, vt qui conijcere valeat, quid dicant, ſit nemo. In his Archigenes eſt, quod videbis ſi librum eius de pulſibus legere velis, & cõmẽtarios de ſignis febriũ, aut certè horum cõpendium. Et verò nos etiã libros eius de pulſibus vnà cum interpretatione obſcurorũ locorum expẽdimus atq; examinauimus octo cõmentarijs. At verò mihi quidã videntur optime dixiſſe, ſi adiecerimus ſermoni quandã diſtentionem, pulſuũ ex vtraq; parte mutationem initij acceſſionis eſſe nuntiã. Quam adiunctam diſtinctionẽ volo, ea hæc eſt, ſi mutatio citra aliã occaſionem acciderit. Occaſiones autẽ partim externæ ſunt, nõ Medicis modo, ſed plebi etiã perſpectæ, cibus & potus ſumptus, quiuis motus, & animi affectus iratorũ, aut metu percitorum, aut angore, aut quamlibet aliter cõmotorũ. Partim ex ipſo corpore originem ducunt, de quibus paulo ante verba feci. vbi horroris, rigoris, refrigerationis, atq; confluentiũ in ventrem mentionem facerem. Nam ſi laborãti tale nihil acciderit, repentina, in quãcunq; rem ſit, mutatio acceſſionem præmonet: ſi celerior maiórq; pulſus fiat, calorem ad arteriarũ fontem ſuppullulare: ſi tardior vel minor, frigiditatem. Itémq; cõſentiet crebritas cũ caloris abundantia, cõtrà cum frigiditate raritas. Et remiſſio etiam quãuis alio ex ſymptomate oriatur, peculiaris eſt acceſſionum initijs. ꝙ in ventrem tum confluant humores vitioſi, atq; offenſo eius ore facultatem afficiãt. At pulſuũ inæqualitas, quæ ferè inuadit vnà cum acceſſionibus, cõpreſſarum vel obſtructarũ modo arteriarum, aut copiæ humorũ maioris facultate eſt ſignum. quę etiam ratione acceſſionis poſſunt accidere. Quæ igitur pulſuũ mu-

Magnus vel vehemẽs pulſus in hæcticis febribus non eſt.

Febris putridæ differẽtię

©BIU Santé

tationes fiunt,cũ cordis calor augetur,vel confluunt intro humores, aperte hæ videbuntur acceſſionis initium annuntiare.ſi quidem,vt diximus, ab alijs occaſionibus ſint remotæ.Quæ verò,cum creſcit frigiditas,hæ nõ etiam videbuntur febris acceſſionẽ nuntiare.ſed ſi hic quoq; alias omneis occaſiones ſecludamus, declarabit frigiditas nobis iam iámq; febrem iri accẽſum. Suffocatur enim tunc,quòd materia, quæ in profundũ confluit, mire ſit frigidior, vt periculum ſit,ne ſemel principiũ extinguatur.Qualia exempla extra corpus multa conſpiciũtur,ſi quando materiã ſimul & multam,& quæ non facile ſuccendatur,affatim in modicũ ignem conijciamus. Nam ſtatim periculũ eſt, ne extinguatur.Si nõ extinctus ſit,ſed reſtiterit,paulo poſt ſuccendere totam materiam incipiet,calorémq; generabit,primo fumoſum,tãdem etiã flammeum, dum prorſus deuicta materia puram excitet flammã.Nam ab ea flãma quod defluit,nõ fumus,ſed fuligo eſt:Græcis duo nomina ſunt αἰθαλος & λιγνὺς: Vtrũque enim materiæ aduſtum excrementum, quod in ſublime fertur,ſignificat: quod verò decidit,cinis & fauilla.ita finge in febribus,vbi aceruus materiæ humidæ initio acceſſionis ad cor peruenerit,primũ mortis periculum eſſe.quod periculũ maxima mutatio pulſuum in raritatem,tarditatẽ,paruitatémq; prænuntiet.Nam ſi his inſignis remiſſio ſucceſſerit,extemplo peribũt. Sin autem abſit remiſſio,contendit natura hãc ſuperare.atq; arteriarum motũ maiorem, celerioré,crebriorémq; excitat.vt vterq; motus celerior quidẽ fiat,ſed clarius contractionis,increſcátq; hic breui manifeſte,dum augeſcat acceſſio.tandem vbi materiam ſuperauerit,calor quaſi flamma incenditur.Atq; is eſt vigor acceſſionũ.vbi fuliginoſum natura excrementũ expiratione & contractione arteriarum expellit.Quod verò eſt veluti cineritium, nõ perinde,quia craſſum eſt,poteſt excernere:ſed per inſignes quoſdam meatus educit.Hoc in partibus inflammatis pus eſt.in ipſis vaſis,ſedimentum vrinæ. At de his in cõmentarijs de differentijs febrium latius diximus.Pulſus autẽ illas mutationes ſingulis tẽporibus acceſſionis neceſſe eſt habeant.Iam etiam in initio,vt diximus, non male quidam mutationẽ eorum in vtranq; partem ſtatuerũt. Sed ad omnimodam illorũ ſignorum certitudinem, danda opera eſt, vt ſcias diſcernere pulſuum omneis alterationes ex alijs occaſionibus.in quas,quanquã vitet,frequenter incurrit Archigenes.Itaq; in verboſitatẽ,& inſtitutionis confuſionẽ incidit, cum proprijs & perpetuis ſingulorum tẽporum ſignis cõmiſceat ea, quæ frequenter conſequuntur:tametſi ſumi ex minimo methodo poſſint.Nã purum calorem motus diſtentionis declarat.Atq; eum, qui eſt veluti fumoſus,contractionis.Cæteræ pulſuũ alterationes,aut ob facultatis aut ob inſtrumentorum fiunt mutationẽ.Quarum vtraq; ex cauſſis quibuſdam præcedentibus,quæ ferè alias etiam externas comitantur.Ac quo ſit ſermo clarior,appellabimus,quæ ex corpore procedunt, cauſſas, vnde vel facultas vel inſtrumẽta alterantur,præcedentes,Harũ ipſarum,quæ poſitæ extra corpus induxerunt alterationẽ,cauſſæ ſunt externæ.Harũ nos methodum omnẽ in alijs commentarijs,quos inſcribimus de cauſſis pulſuum,expoſuimus.Itaq; nihil miri eſt,ſi expedita hæc quis memoria cõplexus,meditatúſq; via artificiali ad prompte dignoſcendos quoſuis pulſus,cauſſas interim,quæ præceſſerunt in ægrotis,inueniat.Atq; hic quidem finem ſermonis faciamus.

Fumus. Fuligo. Cinis. Fauilla.

Cauſſæ præcedentes. Cauſſæ externæ.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 260 sur 282

©BIU Santé

Pulſuum mutatio ex intemperie ſiccitatis & humiditatis cordis & arteriarum.

E intemperie humiditatis & ſiccitatis,quæ cor teneat, ipſáſq; etiam
d arterias & ſingulas ſeparatim,& omnes in cõmuni, deinceps agam. de quibus etſi ante ego non nihil attigi,tamen orationis ſeriem,quæ tractari hæc ſeparatim poſtulat,ac ſi dixiſſemus nihil,ita abſoluemus.Nam cor ſi ſiccius euaſerit,quàm naturalis ſtatus fert, vnà omneis ſecũ arterias alterabit.Interim in vna hoc parte animalis arterijs,vel in pluribus accidet. Eſt cũ ſint contrà quidem ac cor affectæ,quod ad ſe pertinet,arteriæ:ſed tamen etiã recipiant eius affectionem:vt confletur illis medius quidam affectus in humiditate & ſiccitate. ſicut ante in caloris & frigiditatis intẽperie explicauimus. Cauſſæ ſunt præcedentes,quæ arterias indurent,aqua ſulfurea,& aluminoſa: & ne multis,quæcunq; vim habent exiccandi,non aquæ modo,ſed & medicamenta,diu parti cuipiam corporis applicata.cuiuſcunque arterias hæc intemperies tenuerit,ipſum pulſum reddit durioré. Maxime verò in pleriſq; atrophijs,cum arterię partium nutritione defectarum fiunt duriores,tum pulſum creant duriorem. Cor ipſum ad intemperiem inducit victus, ſi diutius ſicco vtaris. Præterea medicamẽtorum exiccantium eſus & potio.In quibus eſt vinum merum,defectus cibi,vel alia quapiam de cauſſa,vel ob famem publicam. Interim etiam ob potum,vt in longis nauigationibus.Adhæc immodicus labor,ſenium,ſolicitudo, triſtitia,diutinæ vigiliæ,febris hectica, præ cæteris marcida.Hæc igitur,quæ memorauimus omnia nunc ſingula,nunc bina,nũc terna,nunc plura coniuncta cor ſiccius efficiunt,tantóq; quàm par eſt duriorem pulſum,quanto ſit ſiccitas maior.Cauſſæ humidæ intemperiei ſunt œdemata, quæ parteis diutius tenuerũt,aqua inter cutem Leucophlegmatias, qui item cor alterat.denique omnia principum viſcerum œdemata cum arterias humectant & cor,tum pulſus efficiũt molles. Pulſuum cauſſæ mollitudinis mediocris nec inſignis hæ ſunt,ciborum copia humidiorum,multum otium,ſomnus longus,balneæ à cibo. Durorum pulſuum ante demonſtrauimus eſſe paruitatem,mollium magnitudinem. Iam etiam has conſequi celeritatem & tarditatem.Adhæc crebritatem & raritatem.Declarauimus præterea aliarũ cauſſarum concurſiones. Cauſſas nunc dico primas & quaſi continẽtes generationis pulſuum,vſum & facultatem. Itaq; accidentium cordis ex intẽperie nihil iam reliquum eſt.At non tamen tumores in illo excitantur,qui pulſus alterẽt in duritiem,quẽadmodum in cæteris viſceribus inflãmationes & ſcirrhi.Prius enim pereat homo ſyncopa correptus in illorum tumorum ortu. Omnia igitur quæ cordi accidunt,quæ pulſus mutent,retuli.Quamobrẽ hic finire hunc librum certum eſt mihi, ac progreſſo ad quartum, omnium aliarum corporis partium exponere affectus, quicunq; intemperiem & tumorem præter naturam comitantur,ac qui ſingulos pulſus conſequitur.

Cor ſiccius quomodo pulſum mutet.

Cauſſæ præcedẽtes, quæ indurent arterias.

Cor vnde reddatur durius.

Cauſſæ humidæ intemperiei.

LIBRI TERTII GALENI DE PRAESAGATIONE EX PVLSIBVS FINIS.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 261 sur 282

©BIU Santé

GALENI DE PRAESAGATIONE EX PVLSIBVS LIBER QVARTVS, HERMANNO CRVSERIO CAMPENSI INTERPRETE.

QVartus hic liber nobis est de Præsagatione ex pulsibus. In primis duobus singulorum pulsuum positorũ expendimus authores affectus. In tertio singulorũ affectuum proprios pulsus inuestigauimus. Cœpimus autem ab ijs, quæ cordi accidunt, in quibus sunt omnes febres, vt in libris quos de ijs scripsimus, probauimus. Quod reliquũ est adhuc, aliarum omnium partium affectus, quibus cor consentiens commutat pulsus, omnes ordine explicemus, cõtrahamúsque in methodum eos, quomodo ante fecimus alios. Atque hoc de omnibus in communi est sciendum, totius corporis pulsus, prius quàm consentiat cor parti prius affectæ, in communẽ alterationem fieri non posse vt trahatur: in parte aliqua, licet offensionem cor non sentiat, arteriarum motus variare posse. Posteaquam iam huius admonuimus, primo loco instrumentorum respirationi seruientium affectus exponamus, deinde nutritiorum, mox capitis, postea artuum & propatularum animãtis partium, postremo genitalium.

Pulsus, quos creant pulmonis affectus.

a CPartes animalis respirationi seruiẽtes duæ duntaxat sunt, pulmo & thorax. Nutritionis multo plura quàm duo instrumenta, iecur, ventriculus, intestina, lien, renes, vtraq; vesica. Celerrimam cordi & omnium maximam noxam dat pulmo. Sedem habet enim omnium ei coniunctissimam, eíque vasis quàm maxime affinis est, & confluxus est per maxima ostia in vtrunq; sinum. Quamobrẽsi quando euaserit solito calidior, continuo cor calfacit. Si frigidior sit, nec hoc intercalatur. Nam humiditatis & siccitatis intẽperiem nõ perinde ac illas: sed citius etiã has tamen, quã cætera instrumenta impartit. Tum plethorici eius morbi, maxime cũ Erysipelas vel inflammatio inuaserit viscus, cordis statim functiones alterant. Et affectus quoq;, quos committit fluxio pituitosa, in consensionem secum cor trahit. Sed ab intemperie initium exordiendum est, quæ absit à fluxione. Ac primum in manibus summam caloré. Ergo si à pulmone excalfacto cor prauum caloré cõtraxerit, pulsus efficit, qui comites esse vsus pulsuum amplificati solét. Qui affectus si diuturnior sit, in periculum vocabitur illud, ne in febrem hecticam incidat, cuius nos ante indicia declarauimus. Atq; perinde pulsus alterabũtur, siue solũ per se cor intemperatũ sit, siue consentiat pulmoni. Iam etiam respirationis forma in eodem erit statu, siue febrili intemperie cor solum affectum sit, siue pulmoni consentiat. Maiorem tamen in toto sinu thoracis æstum percipiet, qui ex pulmone laborat. atque calidam plane animam reddet, sitiétq; etiam altero magis, & calidioribus erit faucibus atq; lingua, eáque fere sicciore. Quòd si ma-

Pulmone ex calfacto qui pulsus.

Pulmonis ex calfacti signa.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 262 sur 282

©BIU Santé

lum ingraueſcat, inficietur lingua atro colore, quam omnino aſperam habebit. At ſi pulmo ſit refrigeratus, cor, quod ei cõſentit, pulſus primo in eam adducet alterationem, quam ante conſequi oſtendimus diſſolutum vſum. Tem poris longitudine cum frigiditate hecticam contraxit, pulſus excitabit, quos huic, ſi polleat, attribuimus. Ac nimirum cætera cõueniunt his, quibus ſolum cor eſt refrigeratum, cum illis, quibus pulmo. Alterum enim neceſſario alteri cõſentit. Quibus verò refrigeratus eſt primus pulmo, hoc habent extra ordinem, vt ſentiant frigidam reſpirationem. Iam ſi ſiccitate intemperatus pulmo fuerit, à primo pulſus pene nihil alterabit, tandem conſentiente illi corde duriores efficiet. His fauces, tametſi nihil ſitiant, prompte areſcunt. Humida intẽperies vuidas reddit fauces, ſitim extinguit, & die ad mollitudinẽ pulſus traducit. Habes pulſus ſimplices intemperaturas. Ex his cognoſce compoſitas. Nam ad aliud propero genus, quod ex fluxione dixi oriri. Cõmunem habet hoc omnium inæqualitatem pulſuum. obſtruuntur enim facile & cõſtringuntur atque comprimuntur per eas fluxiones principes arteriæ. Nec minus ob humorum copiã maiorem facultate. quòd ſcilicet tam coniunctũ pulmoni cor ſit, & confluxum habeat per magna oſtia. Ac inæqualitas quidem communis eſt omnium fluxionum, quæ impingunt in pulmonem, eáque nunc maior, nunc minor eſt pro craſſitudine humoris & abundantia. Minor ex ſubtilibus & paucis, inſignior ex craſſis & viſcidis copioſiſque fluxionibus efficitur: quòd hæ obſtruant magis comprimántque ac grauent. At alterationes pulſuũ in cęteras differẽtias, ex calidioribus fluxionibus, quales ab copioſo calore: Ex frigidioribus, quas excitari ante ab defectu docuimus. Duriores, q̃ oportuit, fiunt per ſiccam intemperiem, & inflammatos atque induratos pulmonis tumores. Contrà molliores ob œdemata. Iam nec reſpirationis vnum genus eſt per intemperiem & fluxiones. Frigida intemperies paruam, tardam, rarámq; reſpirationem creat non aliter atque pulſus. At fluxiones frigidæ pulſus ſimiliter mutant. Reſpirationem nec paruam, nec tardam, nec raram reddunt. Quia enim conſtrictus pulmo eſt, paucus ſpiritus recipitur, qui quòd naturæ non ſatis efficit, fit vt altera actio ſtatim celeris efficiatur & magna. Quæ habent ſolæ dyſpnœæ, quod declarauimus in libris, quos de ijs conſcripſimus, vt thoracis diſtentioni quantitas attracti ſpiritus aduerſetur. Maxime enim thorax dilatatur, ſed non attrahitur animæ plurimum: vti cum apertus pulmo, nec obſtructus eſſet. Genus igitur reſpirandi omnes fluxiones idem habent. At non eadem omnibus ſuffocatio, ſed omnibus calidioribus comitatur potius. quandoquidẽ largiorem attrahi ſpiritum natura tũ poſtulat. Nam ſolam intemperiem nullum ſuffocationis periculum excipit. Iam pulſus etiam præter ſuperiores differentias in aliam incidit, ex eo quòd fluxio nunc in ipſas impingat ſolas aſperas arterias, nunc in læues & venas: vel quòd inter eas occupet cunctas intercapedines. Si arteriæ tantum aſperæ ſint oppletæ, nihil pulſus duritia variant. Sin læues, quia totius animantis arteriæ intenduntur, pulſum efficiunt duriorem. Oedemata tantum abeſt, vt indurent eum, vt etiam molliant, diuturnitate arteriarum tunicas humectando, nec quicquam intendendo. id quod in tumoribus inflammatis & duris vſu venit. Quare noli iam nomina expectare peripneumoniarum, vel

Pulmone refrigerato qui pulſus.

Deſiccato pulmone qui pulſus.

Humectato pulmone qui pulſus.

Fluxione affecto pulmone qui pulſus

Inæqualitas cõmunis fluxionũ in pulmonem.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 263 sur 282

©BIU Santé

asthmatum,vel aliorum pulmonis morborũ, cum affectus teneas pulmonis. Nam institutionem per nomina primam habere significationis cõtrouersiam: alteram,numeri morborum ignorationem,multis sæpe locis declarauimus.

Pulsus,quos creat thorax affectus.

s Ed ad thoracis morbos eadem via & ratione progrediendum nobis est.Intemperaturæ easdem alterationes inducunt,ac paulo ante illæ pulmonis. Tumores pro multitudine & genere singulorum humorum,qui efficiant eos.Variant autem,quòd citius cor & magis pulmonii consentiat:minus atq; tardius thoraci.Alia præterea erit varietas:quòd interim affecta pars thoracis sit,interim succingens costas tunica. Maior siquidem tensio est, vbi duræ partes & spissæ intumescant. Vnde etiam pleuritici semper durioré pulsum quàm peripneumonici habent. At æqualis est prorsus pulsus in tumoribus,qui cõsistunt ad costas,nõ vt in pulmonis tumoribus inæqualis.Neque enim magnis vasis neque vicinitate propinqua cum corde coniunctus est thorax.De genere dyspnœæ hoc loco nihil necesse habeo dicere,vt in pulmone opus erat distincto.Nam modo cor offenditur primũ, modo pulmo.Exposita est enim & facilis eius affecto thorace cognitio.

Æqualis pulsus est in tumoribus qui consistunt ad costas.

Qui pulsus fiant affecto iocinore.

Ocinore affecto pulsus ex intẽperie variant,vt superius docuimus.

i Si excitati sint tumores præter naturam, conueniunt fere etiam in his,sed minus ex inflammationibus indurescunt, quàm ex thoracis inflãmationibus:& tanto quidẽ,quanto q̃ ex pulmonis magis.Nunq̃ etiam ex thoracis vel iocinoris tumore sit mollis pulsus,eò quòd nec innascitur his instrumentis œdema pituitosum.Cõpactior enim thorax est, quã qui eã fluxionẽ admittat.Iecur nõ cõpactius modò,sed & innata facultate alterat pituitã.At iocinori procliuius cor,etsi remotius quã thorax sit,vinculo cauæ venę cõsentit.

Septo transuerso affecto,qui fiant pulsus.

c Onsentit porrò septo trãsuerso præter omnes alias thoracis partes. quòd ex ipsa caua vena in hoc venæ inseruntur.Tensionẽ verò nulla perinde alia pars infert arterijs,præcipue si neruosa eius pars affecta sit.Ac si ab solis excrementis citra febres intendatur,dolor & dyspnœa à primo consequitur.Postea putrescentibus excrementis febricitãt.Si ex fluxione,quæ incũbit in ipsum, omnino hæc sit vel flauæ bilis vel calidi sanguinis & tenuis oportet. Nam crassum sanguinem, & pituitam lentam propter densitatem nunquam recipiat. Hi delirabunt necessario, pulsúmq; habebunt insigniter durum,itaq; etiam paruũ.quia verò ambo hæc, & calor est copiosus,proinde creberrimum quoq;.Pulsus iam affecto septo transuerso citra febrem,durus est & paruus: non multo tamen crebrior, sed vel admodum parum,vel nulla ex parte in eam incidit mutationem. At verò omnia, quæ magnis pleuritidibus accidunt,respondent symptomatibus partis neruosæ septi transuersi,tum quòd succingens costas tunica multis neruis prædita sit, tum quòd adhæreat septo transuerso,membranísq; thoracem intersepientibus,per quas ad cor continuatur. Ac maximũ sanè indicium exitialis pleuritidis est, si pulsus sit magnopere durus,itáque paruus etiã,& ob ambo hæc calorémq; creberrimus. pleuriticus cum tali pulsu nemo est seruatus vllus. Hi minus,

Exitialis pleuritidis signum.

©BIU Santé

quàm quibus inflammatum eſt ſeptum tranſuerſum, delirant. Propius enim principium emittuntur nerui ſepti tranſuerſi. Verùm quando de pulſibus dicere inſtitui, non eſt mihi in cæteris ſignis immorandum. In cõmentarijs enim de locis affectis, latius de his diximus.

Qui pulſus fiant ventriculo affecto.

Entriculus affectus intemperie, pulſus ita vt ſuperiora immutabit. Si tumore ſecundum fundum, more aliorũ. Sin ad eius os is conſtiterit, pulſus ob neruorũ multitudinem erit durior. Nõ ita durus tamen, vt ex ſepto tranſuerſo. Multũ enim concedit huic, tametſi non cedat neruorum magnitudine: ſed quia hi nerui inſigni ſenſu ſunt præditi. Molles ſunt enim & magni, atq; ex ipſo principio ſunt enati. Verùm quia carnoſa eſt corporis ſubſtantia, duritia inferior eſt & ſuccingente & ſepto tranſuerſo. quæ corpora contẽta ſunt, & dura, ſpiſſáq;. vnde cũ intumeſcunt, vehemẽtius tenduntur. Præterea illorũ nerui non ſecus atq; ipſa inſtrumenta duri contentiq; ſunt. Vẽtriculi, vt diximus, molles. Quare ex ſepto tranſuerſo & ſuccingẽte tunica duriſſimi, itaq; etiam parui fiunt pulſus. Quòd ſi calor quiſpiam cum iſdem, vt in inflammationibus & febribus, ſit coniunctus, ſimul creberrimi. Ex ore ventriculi nunq̃ ita durus pulſus fit. q̃ nec ipſi nerui, nec pars ſit contenta. Verùm parui & ſubinde crebri. quia propter eximiũ ſenſum defatigatur quamprimũ & deijcitur facultas. Expoſuimus enim quos pulſus dolor, præſertim ſi facultatẽ lædat, efficiat. Acquemadmodum ob dolores, qui afficiunt ventriculi os, ſtatim debilitatur facultas: ita nec copiam humorũ ſuſtinet, ne pauliſper quidem: ſed degrauatur, & defatigatur, pulſúſq; efficit inæquales. Diximus in ſuperioribus libris facultatẽ copia materiæ degrauatã qui pulſus comitẽtur, atq; etiã qui debilitatã. Quæ offenſiones facultatis cũ ventriculi os ambæ comitentur, iure pulſus reddit interdũ languidos, paruos, crebróſq;: interdũ inæquales cũ in illis tribus, quæ memoraui generibus, tum verò in celeritate & tarditate.

Ventriculi molles ſunt nerui.

Qui pulſus fiant affectis cæteris nutritionis inſtrumentis.

Orrò in nutritionis cæteris inſtrumentis, nihil iam laboris eſt, mutationes pulſuum inuenire, ſi priora omnia, quæ expoſuimus, quaſi elemẽta reſpiciamus, vt nihil obiter prætereamus. Quæ enim propiora cordi ſunt, & magnis vaſis ei copulata, celerius & magis in conſenſionẽ trahẽt: quæ remotiora ſunt & paruis affixa, minus & tardius. Eodẽ modo quæ dura & cõtenta neruíſq; prædita ſunt plurimis duris, facile pulſus hæc efficiũt duros. Quæ cõtrà, molles. quæ ſenſu vigent, vtroq; incommodo facultatem affi ciunt. Quare nulla difficultate ipſe inuenias tua ſponte, quem quæ pars quibus in affectibus pulſum creat. vt veſica & vterus loco inter ſe nihil differũt. ſed durior veſica & neruoſior eſt. vnde pulſus inflammata duriores facit quàm vterus. Vterus celerius eos & magis cõuertet in magnitudinem paruitatémq; atque reliquas differentias. Maiores enim arterias habet venáſque, & multo prius ex magnis dorſi vaſis expullulant, quàm quæ inſeruntur veſicæ. Dolores vtrique inſtrumento, quatenus neruo ex æquo prædita ſunt, pares ſunt. Quatenus ſpiſſius eſt & durius veſicæ corpus, maiores ſunt huius. Etenim qui obſepti in ſpiſſioribus corporibus & conſtipati ſunt humores, hi maiorẽ dolorẽ, quàm, qui in rarioribus ſunt & mollibus, cõcitant: nimirũ qui tendant

Veſica vel vtero affecto qui pulſus.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 265 sur 282

©BIU Santé

violentius,cuius comes erat doloris magnitudo.Hac ratione & via omnium partium inueſtigandæ ſunt differentiæ.

Qui pulſus fiant inguinibus & alis affectis.

Ed exercitandi gratia differẽtias ego aliarum partium externarum explicabo,& inguinum & alarum.Quando his omnia ſunt à ſuperioribus aliena,quemadmodum & ipſis his mutuò inter ſe. Eſt tamen,quod his inter ſe & etiam cum ſuperioribus conueniat.Nam quòd diſtant multum à corde, ambobus eſt commune, magíſque inferioribus. ſed inter ſe ſubſtantijs & officijs differunt.ſicut quiddam habent inter ſe & cum ſuperioribus omnibus commune,in omnibus differentijs, quas commemorauimus. Etenim ſunt in his ipſis quoque quædam duriora & denſiora,aliqua rariora & molliora,atque hæc pluribus & maioribus, illa paucioribus minoribúſque vaſis & neruis prædita ſunt. Ac partim eorum acutiorem ſenſum habent,partim ſecus.Horum diuerſitatem functionum ignorat nemo, adeóque ſuperiorum alarum.Crura enim & manus actionum voluntariarum gratia condita ſunt genere inter ſe ſimiliũ.Oculi,aures,lingua, menynges,ipſum cerebrum,omnéſque colli partes longe ſanè diſſident functionibus ab artuũ partibus. Quocirca adiunctam eſſe par eſt ſuam cuique ſpeciem ſymptomatum,quæ non ex æquo pulſus alteret.vt, ſint licet eodem loci cerebrum, menyngéſque,ac cæteræ capitis partes,ſi inflammatæ illæ ſint, febricitent neceſſe eſt & delirent. Si aliæ,non neceſſario. Nam muſculorum temporalium inflammationes febres,deliria, ſpaſmos, ſopores frequenter inducunt,ſi magnæ ſint,non ſemper: neque cum paruæ ſint,illa ſymptomata cõcitant.Cerebrum ipſum vbi incurrerit in morboſam intemperiem,ſymptoma neceſſario,quod intemperiei familiare eſt,inducit.In caloribus immodicis,ſi quando ſoli hi per ſe ſteterint, delirium . ſi coniuncti ſint ſiccitate, vnà cum vigilijs. quod ſcilicet eſt proprium ſiccitatis ſymptoma:vt humiditatis altus ſomnus vel coma. Refrigerationis eius ſymptoma eſt perpetuum fatuitas,quam vocant. Si concurrat humiditas,ijs comitatur altus ſopor.Quòd ſi multo,quàm modus naturæ fert,humidius euaſerit & calidius,ſoporem illum inducit cũiunctum cum vigilijs & delirio.Cuius omnem ſpeciem declarauimus alio in libro,de comate quod deſcripſit Hippocrates. Vehemens frigiditas cerebri,ſi accedat ſiccitas, motu priuat vniuerſum corpus.Non tamen hi comatoſi ſunt.ſed ſublatis oculis intuentur inconniuenter. Iam pulſus, propter quos hæc retulimus,ſi perquam ſit calidum cerebrum citra ſiccitatem, in ſtatu arteriæ ſunt moderati & ſimiles natiuis: magnitudine verò hactenus ſuperant, & celeritate,& crebritate, quatenus prauus calor natiuum exceſſerit. Si non modo ſit calidius,ſed ſiccius prẽter naturam,ſtatim vtique etiam menynx ipſa tenuis,quæ tegit cerebrum in eandem venit affectionem. vnáque cum illa cuncti nerui atque arteriæ pulſum duriorem nanciſcuntur.quòd eorum tunica contendatur atque deſiccetur.Nam de cõſenſu principiorũ diſputauimus aliàs. Quòd ſi ex bilioſi humoris affluentia in calidum & ſiccum affectum cerebrũ deuenerit,etiã magis tendũtur arteriæ. Ita quẽ inducit calidus ſanguis & quaſi feruidus,ſiccitas minor,& maior tenſio cũ ipſas menyngas corripit,tum neruos atque arterias. Bilioſus verò ſuccus,ſi pallidus ſit,cuius hic mentionem faci-

Symptomata inflãmatiõis muſculorum temporaliũ.

Cerebri affecti ſymptomata.

©BIU Santé

mus, quia tenuis eſt & ſubtilis, non perinde in mollibus corporibus inhæreſcit. Ita nec in tumorem attollit ea. Sanguis calidus ſepitur arctius & obſtruitur. quo excitat tumorem maiorem, & tenſionem validiorem. Proinde etiam atque etiam attendendum eſt arteriæ corpus, per ſiccitatem ne, an per tenſionem videatur durior. ſi ob ſiccitatem videatur, alterutrum eſt exiſtimandum obſidere cerebrum, vel intemperiem calidam & ſiccam, vel copiam bilis. Si ob tenſionem, inflammationem. Si propter ambo, ipſum etiam affectum puta conflatum eſſe ex ſanguineo & bilioſo humore. Qui perpetuo omnes delirāt. Differunt inter ſe, quòd qui intemperie ſola affecti ſunt, modice hoc habeant, & infirmas omnes voluntarias actiones. Qui bilioſo humore, non eas habeant infirmas, & mirum in modum delirent. Qui ex multa bile feruente ob putredinem hoc patiuntur, facile deficiuntur mente. quorum etiam ſunt duri pulſus vtraque de cauſſa, ſiccitate & tenſione: ſimúlq; parui ob duritiem: & iuſto celeriores, quia febricitant: etiam crebri, quòd non ſatiſſiat vſui. Humidæ intemperaturæ cerebri, molles diuturnitate efficiunt, ac hominem comatoſum. ſi ad illas acceſſerit febrilis calor, morbus appellatur lethargus. & pulſus eſt non modò mollis, ſed & magnus. Si verò putrida pituita ita cerebrum afficiat, erit tum etiam morbus lethargus. Pulſus arterię ſpeciem præbebit contentæ, tametſi ſit mollis. At magni in morbis hiſce omnibus hactenus erunt, quatenus au ctus ſit calor. Celeritas aut omnino minima eſt, aut his nihil prorſus creſcit. Eodémq; crebritas modo. Hæ autem vnà cum caloris copia omnes increſcēt. Si verò cōmiſceatur ex bile & pituita affectus, nec prorſus vigilant, nec in profundo ſunt comate: ſed in ſoporem deferuntur, deſipiúntq;, nec genas valent attollere. Et breuibus, comatoſi hi ſunt & vigilant. Itaq; & pulſum habent ambigētem inter complicatos mutuo affectus. Sin frigiditas morboſa cerebrum afficiat, cum illi cor conſentiat, tardiores atq; rariores æquo pulſus erunt. Ac ſi abſq; materia, ſola intemperies cerebri ſit, citra tēſionem. Sin autem vnà cum materia, eáque melancholica, fiet, vt arteriæ tendantur, itáque pulſus durior videatur. Si cum pituitoſa non ſimpliciter, ſed ſi craſſa atque glutinoſa pituita ſit, intendentur. Duros enim tumores excitat hic humor. Si humida & flatuoſa, abs qua generatur potiſſimum œdema, quod vocant, ſine tēſione mollis pulſus erit. Si confuſa pituita & mixta ex vtroq; illarum genere fuerit, ſimul mollis erit, & nonnihil intentus. Neq; hoc obſcurum eſt, quin ſi pulſus ſit mollior, erit etiam maior quàm antea. Iam verò quod genus illis aliorū ſymptomatum accidet, poteris per te ipſe ex antedictis colligere. Mihi quidem non eſt conſilium diutius hic immorari, cum illa in cōmentarijs de locis affectis prolixe explicauerim. Nam nunc quidem non omnia indicia attendere, ſed quę ex pulſibus duntaxat comparantur, propoſui. Itaq; pro cumulo & obiter alia quædam ſymptomata adiecimus aliena. Quare finem hic faciam de his dicendi, & me conuertam aliò, quod referat ad inſtitutū. De quo tametſi longius egi in commentarijs de locis affectis, tamen, vt hic quoq; declarem, res poſtulat.

Lethargus.

Menyngibus affectis qui pulſus fiant.

Vbtilis menynx, quæ cerebrum amplectitur, niſi vnà cum cerebro, ſola mihi nullum iſtorum affectuum ſubire videtur poſſe. nec etiam cerebrum citra menyngem. ſed ſiue citra fluxionem intemperies, ſi-

Subtilis menyngis affectæ pulſus.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 267 sur 282

©BIU Santé

ue etiam in alterutrum horũ incubuerit fluxio,ſtatim impartiri mea quidem ſententia affectum oportet alteri. At dura menynx, quoniam longiſſime à cerebro diſſita eſt,affecta eſſe ſola poteſt. Cuius affectus ſi inſignis ſit,vt cor ad cõ ſenſionem ſollicitet & arterias,pulſus in modum cerebri affectuum alterabun tur. Calidi enim affectus vſum augent. Frigidi cum hunc remittunt, tum arterias pedetentim indurant, præcipue eas, quæ corde ſunt altiores. Sicci intentum & durum pulſum reddunt. Humidi mollem. Attamen non ita mollem & durum,vt cerebrum: ſed duriorem,& minus mollem. Siquidem corpora ſua ſponte dura,quæ in affectus indurantes inciderunt,maximam cõtrahunt duritiem. Sic quæ natura mollia ſunt, ſi in humectantes & liquefaciẽtes incurrãt, ſemel remittuntur,molleſcúntq;. Sin dura arripiantur humectantibus affectibus,aut mollia indurantibus,nequaquam aſſequantur extremum contrarij ſibi ſtatus. Hac ratione nunquam ob menyngum œdema pulſus fiet ita mollis, vt ob cerebri & pulmonis. Neque ex cerebro & pulmone inflammatis perinde durus,ac ex menyngibus. Verùm his,qui duri per menynges ſunt,ſimilis il le eſt,qui ob ſeptum tranſuerſum & tunicam ſuccingẽtem. Qui cerebri & pulmonis gratia molles ſunt,ita ſunt molles, vt nullus alius. His præ cæteris vicinior eſt ille,qui ex iocinore & liene oritur œdemate affectis. Nam ſcirrho etiã hæc viſcera obſeſſa pulſus ſatis duros efficiũt. Minus,ſi inflammata ſint,q̃ ſi laborẽt ſcirrho. Cerebrum & pulmo fortaſſis ne admittũt quidem ſcirrhum. Duris enim corporibus & ſpiſſis hic affectus,non raris & mollibus familiaris eſt. In communi autem de omnibus, quæ cõmemorauimus, licet non referamus ſigillatim,ſciẽdum eſt: affectus ſi nimium frigidi ſint & ſupra omnem modum, duros pulſus facere: alioqui non. Præterea arterias viciniores in mollitudinẽ & duritiem tranſire magis. Quæ longe diſiunctæ ſunt à locis affectis,aut ſi interpoſitum ſit cor,minus. Quod ſi teneas,nihil eſt de cæteris morbis faciei,colli,artuum,quòd alia præcepta requiras. Nam pars affecta,ſi ſpiſſa & dura ſit,pulſus efficiet duros,ſiue inflammata,ſiue ſcirrho affecta,ſiue ſupra modum refrigerata ſollicitet arterias. Si carnoſior ſit, eáque vel inflammata ſit, vel ſcirrho induruerit,duros quidem,ſed minus ſuperioribus. Sin œdema habuerit,molles. Ac conſentient arterioſis celerius vicinæ omnes arteriæ & cor. Venoſis ſecũdum has. tardiſſime autem neruoſis. Die enim hæ & inſigniter læſæ motum arteriarum immutant. Nil mirum ergo eſt abdominis & thoracis inflammatis muſculis facile comitari febres. Quamobrem & pulſus fiunt magni, celeres, & crebri. ſed durus in illis pulſus, vel conuulſiuus nunquam fit. Si vlnæ, vel tibiæ muſculi inflammati ſint, maxime qua parte tendines egerminant,facile conuulſione corripiuntur. Facillime etiam pulſus tenduntur ac indureſcunt. Thoracis etenim & ventris carnoſi muſculi ſunt. Neruoſiores manuum & pedum. Adeóq; ſi tendo aliquis in ſummis manibus, vel pedibus inflammatus ſit,prompte illis pulſus durus fit. prompte item cõuelluntur. Iam verò admodum duri fiunt pulſus ex ſcirrho iocinoris,vel lienis. ſed ijs,quibus ad eum modum ſunt duri, nullum conuulſionis periculum eſt. Ac cum inſigni lien ſcirrho affectus eſſet, frequenter conſpeximus non conſecutam aquam inter cutem. Iocinori verò ſuccedit neceſſario. Fitque tum pulſus,mirum,præditus ſignis vtriuſque affectus,tum tunica ipſa arteriarum humidiore mollioréque,

Durę menyngis affectæ pulſus.

Abdominis muſculis & thoracis inflãmatis qui pulſus fiant.

Vlnæ vel tibiæ muſculis inflammatis qui pulſus fiant.

Iocinore affecto ſcirrho qui pulſus fiant.

©BIU Santé

tum indicante aperte tenſionem ex ſcirrho, atque ita duriore. Ipſa ſua ſponte aqua inter cutem citra viſcerum inflammationem pulſum non intendit. Illa exoritur propter hæmorrhoidum immodicam vacuationem, aut inſolitam ſuppreſſionem. Itémque menſtruorum ſuppreſſiones & immodicæ vacuationes aquam inter cutem gignunt. Vteri affectus mulierum, declarauimus ante, quemadmodum varient pulſus, cum veſicæ eum compararemus.

Teſtibus affectis qui fiant pulſus.

Num etiam reliquum eſt, de teſtibus vt dicamus. Nam hæ partes etſi intra inguina ſint, ſtatim febres propter vaſorum vicinitatem accendunt. Etenim ſuperne ab renum regionibus vena & arteria deſcendunt per peritonæi foramina ad teſtes, vaſa ſane magnitudine inſigni. Etiam ipſa tunica Erythroides adnata peritonæo eſt. Quare merito ſi hæc ſit inflammata, pulſus durus fit, ac proinde minor. Ex teſtibus non ita durus, & magnus cauſſa febris. Quæ enim partes arterioſæ & venoſæ ſunt, maiores pulſus excitant. Quæ neruoſæ, aut omnino nihil, aut paruos. At tetanos generant & ſpaſmos. Omnia iam, quæ inſtitueramus, abſoluimus. Nam ſingularum partium omnibus affectibus recẽſitis, declarauimus quem quæ mutatio pulſum creat.

Futura ex quibus ſint præſagienda.

Vnc ergo quod in primis operæpretium eſt, compendioſe hæc in pauca capita reducamus. Nam præſentium cognitio, nihil aliud eſt ac affectuum inuentio. Cognitio præteritorum nihil etiam aliud atque inuentio cauſſarum, quæ affectus inducunt. Quare ſi in his commentarijs omnes affectus explicati ſunt, omnes autem cauſſas effectrices partim in alijs commentarijs expoſuimus, partim in ſuperioribus de cauſſis pulſuum, nihil iam deſideretur ad præſentienda præterita, vel præſentia. Nam venientium ſumi præſagia ex præſentibus, etſi ſæpe iam ante demõſtrauimus, tamen omnia nũc etiam ſummatim neceſſe eſt percurramus, hinc inducto exordio de euentis, quæ expectantur, dignoſcendis. Vnum eſt ac primum quidem, quo erumpet morbus ad exitium ne, an ad ſalutem. Alterum ab hoc, quo potiſſimum hoc tempore accidet. Tertium iam, quinam modus erit mortis & ſalutis. Hæc omnia ex affectibus præſagiuntur. ex quibus, vt oſtendimus morbi genus, & facultatis imbecillitas vel robur dignoſcitur. Hæc ſi inter ſe cõferantur, futura præſentiuntur. Morbus enim cognoſcitur ex loco affecto, eiúſque affectu. Facultas ex commodo temperamento, vel intemperie corporum ſolidorum. Nam ſi imbecillitates quædam ob ſpiritum animalem accidant, breues ſunt illæ, & ſymptomatum ratione conſequuntur. Hæc ſi inter ſe conferantur, ſi facultas vigori morbi eſt ſuſtinendo, oportet ſuperſtitem hominem eſſe, ſi quidem nihil admiſſum ſit extrinſecus. Sin autem ſit impar, moriatur neceſſe eſt. Tempus, quo vtrunq; horum accidet, ex his præſcietur. Euadent, qui erunt ſuperſtites, illo tempore, cum morbum ſemel ſuperatura eſt natura. Morientur tũc temporis, quo facultatem morbus adeo proſternet, vt functio aliqua ad vitam neceſſaria pereat. Et verò etiam ratio tum mortis, tum ſalutis indidem præſcietur. Functiones enim, quæ ad vitam requiruntur, abolitæ, partim ſuffocãt, partim vitalem facultatem proſternunt, partim pro portione & vitalem proſternunt & ſuffocant. Vitalem facultatem ſuffocant affectus, qui ex thorace, pul-

Euẽtus morbi quomodo præſẽtiatur.

Tẽporis præſagiẽdi ratio quo ſaluus homo erit vel morietur.

Ratio mortis & ſalutis.

Vitalis facultas vnde ſuffocetur.

©BIU Santé

mone,aſpera arteria,gutture,faucibũſque procedunt.Nonnulli etiam ipſum
Facultas vn de proſterna tur. ſtatim cor occupant. Qui proſternunt facultatem,ex ſtomachicis,quos vocant,affectibus,vnde ſyncopa corripiuntur:ex iocinoris etiam diuturnis,propter quos cibum non ſentiunt:præterea ex longis doloribus,vel vehementibus.Ad hæc ex omnibus hecticis febribus:breuiter ex corporis cordis ingenti intẽperie,quoquo modo ſiue per ſe hæc inde ab initio, ſiue propter alia viſcera cõſtituatur, deijcit vitalem facultatem. Iam verò etiam animalis facultatis imbecillitates cerebri ingenti intemperiei comitantur.Eiuſdem quaſi ſuffocationes impletionibus eius ventriculorum,& obſtructionibus meatuum, qui in eos penetrant.Proinde cui ſtatus facultatis perſpectus ad vnguem ſit, locúſque affectus, & eius affectus, hic ad futura præſentienda eſt peritiſſimus. Quemadmodum verò dignoſcendæ ſint partes affectæ,in alijs commentarijs explicauimus. Ac quomodo etiam illarum affectus, cum in illis, tum maxime in libris de iudicationibus, & etiam in hac lucubratione. De facultatibus ſæpe diximus multíſque locis.Atque ex actionibus cognoſcuntur & ex agentium intemperie.De cæteris facultatibus egimus alio loco.At de illa,quæ molitur pulſus, quam ſcilicet appellamus vitalem, & in his commentarijs verba fecimus non pauca, & faciemus etiam nunc.

Animalis facultas vnde debilitetur & ſuffocetur.

De facultate vitali cognoſcenda, & de iudicationibus per pulſus præſagiendis.

c Vm omnes pulſus per ſe languidi ſint, infirma facultas eſt. Quod per totum corpus fiet,cum ipſum cordis corpus intemperatum ſit. In vna parte,cum ſola illa pars.Vbi earundem arteriarum nunc languidus pulſus ſit, nunc vehemens, facultas non eſt per ſe quidem imbecilla, ſed abundantia humorum degrauatur.Solam autem nec in toto corpore hãc inæqualitatem,nec vna in parte inueni vnquam:ſed alia ſimul tria genera immutantur,fiúntque inæqualia.Tria genera inquam,magnitudinis & paruitatis,celeritatis & tarditatis, crebritatis & raritatis.Etenim magni,parui,medij: celeres,tardi,medij:crebri,rari,medij: non aliter ac languidi,vehementes,medij facultatibus accidunt à copia humorum grauatis. Ac ſi pulſus vehementes & magni numero contrarios vincant, minus facultas offenditur à copia. Sin parui & languidi,magis. Et inæquales item in vno ictu,quos interpellato quiete motu,quoſque perpetuo diximus fieri,hi omnes ſi fines motuum validiores & celeriores efficiant, nuntiant facultatem eſſe robuſtiorem omnibus, qui languidiorem & tardiorem efficiant. De differẽtia decurtatorũ ſatis etiam eſt dictum.Cum ergo in tali ſtatu pulſuũ altus pulſus videatur,apertum eſt illum permagnũ eſſe,vt ante diximus.Declarabit etiam ſuperiorẽ iam naturam copia eſſe.At languidus pulſus nunquã altus eſt.cæterũ magis & minus vehemẽs,quo altior ſimul & vehemẽtior euaſerit, robur facultatis nũtiat,liberúmq; motum.Simul enim cũ ea mutatione mutari prius neceſſe eſt inæqualitatem, ac primũ magnos & altos pulſus contrarijs multo plures fieri.Deinde omneis ordine æquales:hi excretionibus neceſſe eſt iudicẽtur.Nec altos tantũ & vehementes pulſus hoc comitatur,ſed etiam magnos pariter & vehemẽtes.At certius & firmius,ſi alti ſint. Hic diſtẽtionis motus eſt attendendus.Semper enim abijcere inuenies eam, priorem celeritatem, & minus hoc & magis eam facere. Itaq; diſcretio tibi hinc modi iudicationis ſuppetit. Melior enim iudicatio

©BIU Santé

ſolet expectari à contractionis celeritate plus remiſſa. Si huc alia ſigna accedant concoctionis,quæ ſum omnia complexus in commentarijs de iudicationibus,optimam iudicationem promittit hic ſtatus.Quòd ſi contractionis celeritas parum ſit remiſſa,aut morbus haud dum videatur concoctus eſſe, expectanda quidem eſt iudicatio per excretionem,non tamen vndequaq; probata: ſed aliquid habebit malarum iudicationū aut vnum,aut duo, aut etiam ſimul omnia.At ſi pulſus ſit magnus & vehemens,nec præcedat illa inæqualitas,non ſemper portendit excretionem.Altus ſemper quidem,ſed ſi remota inæqualitas ſit,modicas excretiones ſpondet.Copioſas,cum multas ſequatur inæqualitates,quæ declarent facultatem copia onerari.Miraberis optimis iudicationibus altum vnà & moderatū celeritate in contractione pulſus,præſertim conſequentibus excretionibus antecedere: & non in diſtentionibus arteriarum, cum in ſe attrahant:ſed in contractionibus,quando excernunt.Quod mihi videtur præcipue Archigenem adduxiſſe,vt putaret arterias in contractionibus attrahere aliquid: in diſtentionibus excernere. At fieri hoc non poſſe,in libro de vſu pulſuum docuimus.Quæ verò ſit cauſſa,quamobrem altus ſimul & celer in contractione pulſus promittat decretorias excretiones,hoc loco explanabimus.Non eadem eſt facultas vitalis, quam vocant,& nutritia naturaliſq;. Illius enim hoc vnum opus eſt,generatio pulſus. Naturalis id,quod familiare eſt ad nutritionem,allicere,& quod eſt alienum, excernere, præterea retinere alteraréq; familiare alimentum.Ad nutrienda enim corpora poſtulat hęc omnia.ſicut ad natiui caloris tuendam mediocritatem,diſtentionem & cōtractionem arteriarum atq; cordis. Quam facultatem nec in ſtirpibus inuenias,nec in animalibus frigidis,cuius generis ſunt oſtrea, & quæ petris, vel alijs duris corporibus adnaſcuntur.Animalia calida,maxime ſanguine prædita apertiſſimam hanc facultatem & vehementiſſimam obtinent. Hæc in contractionibus pulſuum eijcit ſolum fuliginoſum excrementum,quod obſtiterit naturalis caloris mediocritati.In diſtentionibus item,quod ſe refrigeret,allicit. Altera facultas nutritia conueniens attrahit alimentum,& incommodum excernit.Diſtincta igitur facultatum principia ſunt, vt in commentarijs de Hippocratis & Platonis placitis oſtendi.Cæterum in ſingulis inſtrumentis inter ſe confunduntur. Nam arteriæ quatenus nutriuntur, facultate nutritia gubernantur, cuius excernere alimenti excrementa munus eſt. Alteriúſque vitalis, fumoſa excrementa expellere.Quæ cum abundant, arteriæ maximam ſimul & celerrimam contractionem moliuntur.Quòd ſi fieri poſſet,vt digito intro in eas immiſſo,pulſus exploremus,percipiamus eas penitiſſime intro ferri. Sed quoniã hoc non poteſt,celeritas primum potiſſimúmque attendenda eſt.Deinde contractionis quantitas,ſi probe ad eam dignoſcendam ſis exercitatus.Cum verò hæc excrementa nulla ſint,concoctíque ſint humores,qui antea putreſcebãt, altera facultate naturali concoctorum excrementa excernit. Hæc per omnia membra permanauit animantis, pérque carnem, & neruos, & ligamenta, oſſáque: non per ſolas arterias & venas eſt diſtenſa. Atque hæc eſt illa facultas, quæ iudicationes efficit. cuius quatenus participes arteriæ ſunt, excremẽtum expellunt.Altera facultate pulſatrice,quam ſolæ hæ obtinent,in contractionibus fumoſum excrementum excernunt, atq; in diſtentionibus attrahunt re-

Altus & celer in cõtractiõe cur promittat decretorias excretiones.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 271 sur 282

©BIU Santé

frigerium. Vſus non perpetuo par vtriuſque eſt, ſed præpollentis vſus excellit nonnunquam. Itaque etiam ex ſe pulſum figurat, ſi quidem ei facultas reſpondeat. At verò ſi fumoſum excrementum præpolleat, plurimum contrahitur, diſtenditur autem non plurimum cor cum arterijs: ſed hactenus duntaxat, vt ſatis refrigerij ab extrema contractione ſuppetat ijs. Sin autem paucus fuerit fumoſus calor, copioſiſſimus verò mundus & purus, & quaſi flammeus, in diſtentione plurimum attolluntur: & cõtrahuntur eatenus tantum, quatenus ſatis fiat alteri vſui. Quare ſemper æqua magnitudine diſtentio eſt atque contractio: niſi, cum digitos caſu admouerimus, repentina fiat mutatio. Intereſt autem hoc, quòd nunc foras motus magis feratur, nunc intro. declarátque, quemadmodum diximus, ſi ille, qui intro fertur, præpolleat, eſſe in arterijs fumoſum quendam calorem: igneum & purum, ſi ille, qui foras. Vnde altus pulſus excretionem ſignificat, concoctis iam humoribus, qui inducebant febrem, comitans. Semper porrò omnis excretio naturæ lege perfecta ſequitur concoctionem. Etenim in ventre conſpicitur natura excrementum à concoctione excernere. Cæteras excretiones, quæ cibi concoctionem præcedunt, nunc quòd vellicetur ab illis, quæ continet: nunc quia degrauatur, ante tempus concoctionis cogitur moliri. Haud aliter totius corporis facultas, poſteaquam ſatis familiarem ſuccum concoxerit ſingularũ partium, tum demum excrementum excernit: niſi quid eam, vt diximus, iritet importune. Copia excrementorum tum ex plethoricis ſignis, quæ præceſſerunt: tum ex præſente caloris inflammatione præſentitur. Ob quem ipſum calorem pulſus magni videntur & alti. Quare ſunt peſſimæ excretiones, quæ pulſum nec magnum obtinent, & celerem in contractione oſtendunt. Porrò autem ſi etiam ſe plus intro recipiat, fumoſi hic excrementi affluentis in primis eſt nuntius, ſimúlque crudi morbi. Si præterea ſit pulſus languidus, periculum eſt ſyncopæ. Si verò pituitoſior morbus ſit, cum ab inæqualibus pulſibus mutatio fiat in plures vehementes & magnos, iudicatio erit per abſceſſum: maxime ſi diuturnus ſit, magíſque etiam cum adhuc hyeme & in frigida ætate, natura, & regione. At in quam potiſſimum corporis partem erupturus ſit abſceſſus, non eſt præſagire ex pulſibus. Sed, quod in commentarijs de iudicationibus diximus, ſpectandæ ſunt inclinationes naturæ, quas etiam in libris de iudicationibus rationem motus diximus declarare. Cum enim pulſus omnino ad excretionem ſpectat, ſi adiũcta habeat profluuij ſanguinis ſigna, de naribus ſanguis profluet. His ſi careat, ex alia quapiam parte diſpicienda eſt excretio. Sed de his omnibus ſatis in commentarijs de iudicationibus diſſeruimus.

QVARTI LIBRI GALENI ET VLTIMI
DE PRAESAGATIONE EX PVLSIBVS
FINIS, HERMANNO CRVSERIO CAMPENSI INTERPRETE.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 272 sur 282

©BIU Santé

GALENI PERGAMENI DE PVLSVVM VSV THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

QVemnam esse dicat quis pulsuum vsum, eundémne qui respirationis, ceu fermè tum Medicis, tum Philosophis omnibus est visum: an præter hunc alium? Neque enim protinus illis citráque examen est adhibenda fides. præsertim quum refragari huic sententiæ, ex rebus euidentibus non paucæ videantur: imprimísq; quod nunc subijciam. Nam respirationem si cui adimes: ilico mortem afferes. At pulsu si permultas particulas priues, non magnopere lædes. Quippe si vel arterias quæ per inguina descendunt ad crura, vel quæ per alas feruntur ad manus, laqueo complecti velis, vniuersas quidē quæ in his artubus arteriæ habētur, pulsu priuabis, non tamen artubus ipsis, aut voluntarium motum adimes, aut etiam sensum. Quòd si spatio temporis non torpent modo frigéntq;, ac pallida redduntur, sed etiam ali desinant: per communitatem consensúmq; magis hæc, quàm ex pulsuum impedimento fortasse contingant. At si neruos funiculo religes, immotas prorsus insensibiléq; particulas extemplo reddas. Debebant igitur & arteriæ, vbi similiter neruis essent affectæ: quod in singulis membris ante cōtulissent vtile: idipsum protinus præstare desistere. Iam quod omnium maxime est alienum, si ipsas quæ in collo sunt arterias, vinculo exceperis: nullam euidētem noxam animali attuleris. Tametsi cor cū cerebro princeps scilicet instrumentum actionum vitalium, cum principe animalium, hæ continuant. Si igitur arteriarum, quæ tanti præsertim sunt momēti, noxa nihil animali incommodat: multo minūs aliarum quæuis illi officiat. At verò si cum lesæ sunt: nihil tamen officiunt: constat arbitror, & cum valentes sunt, nihil eas conferre. At quomodo igitur ex pulsu maxime præsagimus? An inquies, minime quidem vt ex caussis id genus quæ plurimum momenti habeant, imò vt ex opportunis signis. Ita nimirū, vt si quis mortem ex incuruis vnguibus, & ijs nigricantibus coniectet. Nam cū ea, quæ vitæ ipsi sunt vsui, ex necessitate quædam sequātur: tum vtiq; in eo quod vitæ vsum præstat, omne periculum vertitur: quod verò necessario consequitur, id periculi eius fit signum. Ac princeps quidem viscus cor est. Ex quo nascuntur procedúntq; arteriæ, atq; etiam eundem cum illo motum custodiunt. Itaque incommoda motus eadem sentiunt. Atq; ita non exiguæ rei indices esse possunt. At verò mōstratum est, non idem esse rem magnam indicare, & rem magnam posse. Vnde nam igitur tum medicis omnibus, tum philosophis in mentem venit, vt respirationi, & pulsui eundem vsum tribuerunt, præsertim illa nobis (vt videtur) multum necessaria: hoc vt apparet, vel omnino nullum, vel planè exiguum conferente vsum? Mihi sanè videntur ita vtiq;, vt & maior eorum pars scribit, inde adeò eundem vtriusque motus existimasse vsum, quòd vterq; similes ijsdem ex caussis mutationes

Medicos philosophósq; omnes, eundē pulsui respirationíq; vsū tribuisse.

Respiratio impedita mortē affert

Hypophora.

Hypophoræ solutio.

Arteriæ quæ in collo sunt, cor cum cerebro cōiungūt.

Obiectio.

Qua ratione ex pulsibus aliquid præsagimus.

Cor viscerū princeps.

Respiratiōis & pulsus eūdē esse vsum dixerunt veteres.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 273 sur 282

©BIU Santé

accipiat. Nam & qui exercitantur, & qui in balneo lauantur, & qui aliter quouis modo excalfiunt, eorum non modo reſpirationem celeriorem frequentioremq; ac maiorem contueri licet, ſed etiam pulſus pari modo mutatos. Pręterea qui algens, alitérve quolibet modo ſunt refrigerati, horum ſicut reſpiratio rarior, tardior, ac minor viſitur: ita & pulſus. Iam qui vrentibus decumbunt febribus, vt maxime ij, & celerrime, & denſiſſime reſpirant: ita maxime velociſſime & denſiſſime arteriæ ijs pulſant. Quòd ſi ab immodica repletione pulſus viſuntur maiores, reſpirationes minores: neque id quidem ſcrupulum oratoni inijciat. Quippe minorem hi reſpiratum quàm pulſum idcirco habẽt, quòd anguſtus tranſuerſo eorum ſepto ſupereſt locus. Cæterum quanto minorem, tanto hunc habent crebriorem: ſcilicet reſpirãdi paruitatem, aſſiduitatis eius ope penſantes. Quod enim aëris natura, thorace nequeunte ſe latiſſime aperire, ex minore reſpiratu amiſit: id denſitate reſtituit. Ideóq; tantundem minor ſimul & frequentior reſpiratio poteſt, quantum maior ſimul atque infrequentior. Dicimus autem hoc loco rariorem pulſum eum, qui comeſtioni ſuccedit: non vtiq; cum eo qui comeſtionem præcedit comparantes (quippe quo eſt frequentior) ſed ad reſpirationis ſpeciem referentes. Igitur ſi reſpiratio, pari cum pulſu modo, ijſdem ex cauſſis mutatur, non tamẽ parem noxam cum perit, affert (nam id quoq; prius monſtratum) vtiq; diſſidentia aduerſáque nihilo minus exęquo inuicem colligas licet. Nempe tum ambos à natura, eiuſdem vſus gratia datos, tum non eiuſdem. Verùm ita fieri non poteſt, cum alterũ eorum verum eſſe, non ambo ſit neceſſum. Itaque inueſtigandum nobis eſſe videtur, qua parte altera rationum claudicet, ipſo reſpirationis vſu pro norma iudicij nobis propoſito. quem vtiq; vbi de ea tractauimus, duplicem eſſe, ſicut Hippocrates exiſtimauit, indicauimus: Alterum, qui maior eſt, ipſius inſiti caloris cuſtodiam: alterum, qui minor, animalis ſpiritus nutritionem. At ad horũ vtrumque, ex attracto per nares ſpiritu, accedere cerebro vtilitatem diximus. Quo minus mirum eſt, cum exiguum illi commodum ex corde ſuggeratur, ſi iugularibus arterijs vinculo exceptis, exiguũ quoq; ſentiat incõmodum. Dicat hic fortaſſe quiſpiam ne minimũ quidem apparere incõmodum, quando per integrum diei ſpatium (vt ſæpe experti ſumus) animal ſine noxa perduret. Et ſanè recte dicet. Iam id cum nos dubios haberet: eiuſmodi quendam experiũdum euentum excogitauimus. Prius autem ratiocinationem ipſam vnde in ipſum veni, proponam. Quoniam monſtratum nobis in alijs eſt, eos vẽtriculos qui in cerebro habentur, animalis ſpiritus, qui aſſidue nutriri poſtulet, plenos eſſe. Monſtratum quoq; non minus eſt, ſpiritũ hunc in motu voluntario cõſumi: ſatius fore viſum eſt, vt animal cui vinctę arterię eſſent, currere cogeremus. Quoniam igitur diu probe currere vidimus, dein languidius, poſtea currere non poſſe: operæpretium videbatur cauſſam requirere, propter quam diu quidem cucurrit, perpetuo autẽ non potuit, nec rurſus diutinum curſum continuare: ſed eum ſtatim remittere abſumpto ſcilicet animali ſpiritu. Sed & huius ipſius euentus cauſſa videbatur plexus ille, qui ab Herophilo reticularis eſt vocatus. In hoc enim colli arteriæ, quas Carotidas vocãt, cum ad cerebrum aſcendunt, antequam duram eius membranam tranſierint multifariam ab ipſa finduntur, multis ceu verſibus ſibi implexæ innexæque, veluti ſi retia retibus ſuperpoſita

Quid pulſus maior: reſpiratio minor indicat.

Quid pulſus rarior.

Duplex reſpirationis vſus.

Vẽtriculi cerebri ſpiritũ animalis pleni ſunt.

Spiritus, motu voluntario conſumitur.

Carotides.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 274 sur 282

©BIU Santé

intelligas,tum ſpatium non exiguum quod cerebri baſis dicitur,occupant.Cũ potuiſſent in ipſum cerebrum,quo ſcilicet à principio tendebant,membranis eius ſtatim pertranſitis,ſe inſerere.Nunc igitur mirificum illum ſiue plexum, ſiue nexum textúmve appelles,tam tuto loco à natura, quæ nihil temere moliatur,conditum eſſe: quòd magnus aliquis vſus ab eo præſtetur, inſinuare eſt viſum.At quoniam & inteſtinorum,& quæ in teſtes ſe inſerunt vaſorum reuolutionem,tum vt materiæ in his contentę perfecte concoquerentur,tum vt ſecuturis functionibus abunde præparetæ ſupereſſent, factam cõtemplabamur: non alienũ à ratione videbatur,hic quoq; tale quippiam cõmentam eſſe naturam,ac ſimul materiam eam quæ in arterijs continetur(ea eſt ſanguis calidus, & tenuis,& halituoſus)longo tempore cõficere:ſimul animali,qui in cerebro eſt,ſpiritui copioſum alimentũ præparare.Proinde quamuis continuatio cum corde cerebro ſit adempta:tamen ſatiſfacere ei longo tempore poſſe reticularem textum,potiſſimũ ſi animal quieſcat,ceu animali ſpiritu in motum voluntarium minime tum cõſumpto.Ac quod difficillimũ videbatur,maximéq; negotium faceſſere,nempe quod in colli arterijs accidit,id nullam etiam habere dubitationem apparet.Similiter nec quod in reliquis omnibus cõtingit.Quarũ qualibet vinculo excepta:id in præſens noxam particulæ affert.Oportebat enim arbitror hic quoq; æſtimari, non eſſe ſimile,aut principium ipſum inſiti caloris pati,aut aliquod eorum quæ ab illo calorem accipiunt.Quippe id ſemper eſſe præcalidũ debet: vt quod ipſum tum cæteris pulſandi motum prętet, tum ipſa calefaciat,his ſatis ad ſalutem eſt, ſi vel exigui compotes ſint caloris. Præterea principium ipſum ſi naturali calore priues, non ipſum modo refrigeres:ſed etiam vniuerſa quæ ab eo prius calorem cæperũt.Reliquorum nulli,licet arterias vinculo cõſtringas,omnem adimere calorem poſſis:quãdo per tunicas ipſas nonnihil confluxerit.Eſt enim iuxta Hippocratis ſententiam,totum corpus ſibi conſpirabile atq; confluxile.Quare ſi non per arterias,at certe per alia,& potiſſimum venas, propter eum qui eſt de vna in alteram continuum tranſitũ,in omnem particulam deferetur caloris aliquid.Omnia igitur alia cum rerũ euidentia conſentiunt.Nec mirum videri prętерea debet,ſi principium ipſum,vbi reſpiratione priuatur,plus q̃ cætera noxę contrahit.Quippe in cucurbitulis ijs quibus Medici vtũtur,flamma ilico extinguitur,calor tum in aëre incluſo,tum in ipſo corpore diu manet.idq; nullius nutrimenti ope.Simili modo in domibus ijs, quæ igni excalfiunt, calor ſæpe remanere cernitur igni extincto.Non ergo eſt ſimilis calor is qui cordi naturalis eſt,ei qui cæteris partibus.Cũ id feruere ſemper ſit opus,his ſatis ſit,ſi non ſint frigidę.Intelliges clarius quod dicitur,ſi cor animalis nudaueris,tegumentum id quod ei velut tunica circundatum eſt(περικάρδιον Græci vocant)diuidens,nulla alia pectoris parte violata.Etenim celerrime interit animal,ſi cor ipſum refrigeres: ſin calidũ ſerues,nihil patitur.Sanè refrigerabis,ſi in frigido aëre chirurgiam adminiſtrabis.Præterea ſi frigidam aſperſeris.Calidũ diutiſſime ſeruabis, ſi diuerſis rationibus vteris.Cæterum ſi corde iam refrigerato,& propterea animali iam mortuo,velis alterutro vẽtriculorum eius adaperto,& præcipue ſiniſtro, digitum in eum ſtatim mittere,magnum inibi calorem deprehẽdes,longéq; maiorem,q̃ in alijs ſit partibus,dummodo pro naturæ modo ſe habeãt. Quippe par

Cerebri baſis Reticularis plexus forma & ſitus.

Reticularis plegmatis. vſus.

Dubitatiõis de colli arterijs vinculo exceptis ſolutio.

Cur arterijs deuinctis, partibus adimere calorẽ nequeas.

Totũ corpus eſſe ſpiritu humoréque pernium.

Cordis calorem ſemper feruere oportet.

Corde refrigerato animal perit, calore reſeruatur.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 275 sur 282

©BIU Santé

caloris portio, vt cordi eſt minima: ſic reliquis partibus eſt omnino magna. Proinde vbi quod pro naturæ modo eſt, nõ ſeruatur: cordis quidem calor, qui veluti flamma eſt, perit. reliquorum calor longo ſpatio durat. At verò illi, ſola reſpiratio calorem tuetur. Alijs partibus duplex eius cuſtodia eſt, & pulſus qui veluti quædam reſpiratio eſt, & quod pro cumulo à corde confluit. Duplici igitur commoditate particula quæq; cor ipſum ſuperat, quo minus noxam ex caloris inopia celeriter cõtrahat. Siquidem cum illi plurimo ſit opus, cæteris exiguo: cúmque illi à nullo calor confluat, ſed alijs ab illo: vtique illud celeriter à naturali ſtatu recedit, hæc minime. Quòd autem non ſolum per arterias, ſed etiam per venas, & alia vniuerſa confluat à corde ad partes calor, quoniam de hoc paucis prius facta mentio eſt: rurſus idem reſumendum demonſtrandúmq; nobis eſt: ſed propoſitis prius euidentibus euentis, ex quibus id colligi cõcludíq; poſſit. Ergo multis tum monarchis, tum gregarijs militibus, vbi ſingulari pugna decertaſſent, ſed & venatoribus, ita venas, & arterias vulnerari cõtigit, vt neceſſe Medicis fuerit eas vinculo excipere. Qui omnes non longo interpoſito ſpatio, frigidiores ſibi redditas partes ſenſerunt. Ac citius quidem, quibus tum arteriæ, tum venæ fuere deuinctæ: ſerius, quibus arterię tantum: minime verò, quibus ſolæ venæ. Ex quibus manifeſtum eſt, per venas quoq; aliquem particulis accedere calorem: quanquam longe minorem, quàm qui per arterias tranſmittatur. Quin ſi quam corporis partẽ citra vllum vulnus arctiſſime deligare velis, ilico eam liuidam frigidámq; effectam cõtemplabere. Quod planum eſt inde adeo euenire, q̃ calore, qui per omnes partes ſuperne confluxerat, eſt priuata. Ergo cum hoc quoq; demonſtratum iam ſit, nihilq; iam aduerſari videatur, quo minus vnus reſpirationis, & pulſuum vſus finiſq; ſit: facile promptúmq; collectu arbitror, caloris in quaq; parte cuſtodiẽdi cauſſa, pulſum eſſe cõditum. Itaq; quod ex reſpiratione vni præſtatur cordi: id ex pulſu calori illi, qui in toto eſt animali, accedere. Cõmunem autem vtriuſq; eſſe, & animalis ſpiritus nutritionem. Verùm arteriarũ magis propriam, ſi quid eorum meminimus: quæ de reticulari textu prædiximus. Quoniam igitur in his quæ de reſpirationis vſu tradidimus, monſtratum nobis eſt, natiuum calorem per immiſſum ſpiritum refrigerari, eundémq; per emiſſum hunc purgari, fumido ſcilicet excremento expulſo: ambo vero ad eius cuſtodiam vtile aliquid conferre: patet arbitror, & quod de pulſu dicẽdum erit. Nempe in diaſtole ſiue ſublatione arteriæ, ſubſtantiã quampiam attrahi. In ſyſtole, id eſt ſummittenda arteria quod ex humorum deuſtione in toto animali cõtractum, velut fumida ſuperfluitas eſt, id expelli. Quanquam non ignoro tum Archigenẽ tum priores eo nõnullos, dum contrahitur arteria, impleri eã exiſtimaſſe, dum dilatatur, vacuari. Quippe ad tractum, ſyſtoles motũ eſſe appoſitiſſimum coniectantes id, tum ex ore, tum naribus. Quæ, ſicuti illi aiunt, in trahendo ſpiritu, contrahũtur: in reddendo, dilatantur: quemadmodum in ijs, qui infirma ſunt facultate, fieri cernitur. Imò vero nec in his, id alia vlla in parte viſitur, quàm in extremis & cartilagineis narium partibus. Ac cernitur quidem id aliquando in his, qui celeriter currunt, aut aliàs laborioſe exercitantur: nec præterea vllo in alio, vel ſano, vel ægrotante. At verò naturalem ſtatum, quicunque is ſit, in minime impeditis, prorſúſq; ſanis, potius quàm in alijs apparere par eſt.

Pulſuũ vſus

Cõmunis pulſuũ ac reſpirationũ vſus

Duo eſſe in reſpiratiõe, quæ natiuo calori tuẽdo conferant.

Duo item in pulſibus, quæ caloris cuſtodiæ cõſtant.

Archigenis de arteria opinio.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 276 sur 282

©BIU Santé

Verùm eſto in omnibus ita fiat, appareántque tum nares, tum labra ijs qui ſpiritum recipiunt, contrahi: quænam ex his quæſitæ rei fides? Non enim arterijs reſpondere portione nares, & labra dicent: imò ipſa arteriarum ora, his potius reſpondere. Arterijs autem ipſis eas quæ ab his ad cor, ſpiritus quaſi viæ pertinent. Itaque ſi illas in ſpiritu reuocando, oſtendere contractas poſſunt: vtique aliquid ipſis exemplum contulerit. Sin minus, præterquam quod nihil his confert: etiam contra ſe id afferunt. Nobis ſcilicet è diuerſo dicturis, quòd tanquam fauces, & pulmones, & pectus vniuerſum, in recipiendo ſpiritu dilatantur. Itidem arterias, quo tempore trahunt, dilatari oportet, non quo ſpiritum reddunt. Quin quies illa, quæ contractui earum ſuccedit, cum multo maior ſit, ea quæ dilatationem ſequitur, ſicuti quæ receptum ſpiritus præcedit, ea quæ illi ſuperuenit: indicat in eo quoque reſponſum quendam eſſe pulſibus cum reſpiratione. Cuiuſmodi enim inſtrumẽtis ſpiritus res eſt inſpiratio, eiuſmodi arterijs eſt dilatatio. Et cuiuſmodi eſt illis ſpiritus emiſſio, eiuſmodi arterijs eſt contractio. Huius autem duplicis, & compoſiti arteriarum motus, quem nũc pulſum appellamus, author & origo eſt cor. ſicuti tum à nobis, tum alijs ante nos quamplurimis, eſt proditum. Non tamen ad eum modum, quo Eraſiſtratus exiſtimauit: ſed ſicut Herophilus, & Hippocrates, ferméq; philoſophorum, & medicorum veterum probatiſſimi quiq;. Nam ſi in ipſo cordis corpore, vis illa vnde contrahitur ac dilatatur, in omnes arterias per tunicas earũ influens, ſic eas cogit aperítque quemadmodum ipſum cor: vtique ſicut illud cum dilatatur, ea quæ oſculis ſuis appropinquant trahit, cum contrahitur expellit. Sic & arteriæ cum ſe aperiunt, ad ſe vndiq; trahunt: cum contrahuntur, in omnem partem expellunt. Quid autem ſibi hoc velit, quod vndiq; & in omnem partem dixi, adhuc clarius faciam. Numeroſi in arterijs meatus partim veluti ſpiramenta in earum ſunt tunicis, partim oſculorum ſpecie in inteſtina, & vẽtriculum, & externam hanc cutem finiuntur. Quinetiam continuatę tum ſibi, tum verò cordi maximis ſcilicet meatibus, vel potius vniuerſis ſuis capacitatibus ſunt. Venis verò, non perinde magnis. ſed ijs, quorum communis de vna in alteram tranſitus, ſenſum noſtrum effugiunt. Vnde ſi ipſis, ceu parum conſtantibus merito fidem abroges, per alia certè quæ veteribus ſunt prodita, eos eſſe credas, neque in poſtremis ex hac rei euidentia. Si quis nanque acceꝑto animali quouis ex ijs, quibus amplæ apertæq; arteriæ ſunt, veluti boue, ſue, aſino, equo, oue, vrſo, ſimia, pardali, homine ipſo, vel ſimilium aliquo, magnas multáſq; illi arterias vulneret: vniuerſum animalis ſanguinem per eas exhauriet. Huius rei periculum ſubinde fecimus: & cum ſemper vacuatas cum arterijs venas deprehendiſſemus, veram eſſe ſententiam de communibus arteriarum & venarum oſculis, & communi de vna in alteram per ea tranſitu, nobis perſuaſimus. Quippe per hos tranſitus, arteriæ dilatatæ, ex venis trahunt: contractæ contra, in eas regerunt. Sicuti nimirum per ora quæ in cutem finiuntur, quicquid halituoſum fumidúmve excrementum habẽt, id excernunt. Recipiunt autem ex circundato nobis aëre, non exiguam in ſe portionem. Atque id eſt, quod Hippocrates foras, intróq; ſpirabile totum corpus dixit. Pari modo ex vẽtre, & inteſtinis, tum attrahũt, tum rurſum expellunt. Itidem & per tenues meatus: quos veluti ſpiramenta per totas habẽt tunicas, ex circumpoſitis

Pulſus author cor eſt.

Arteriarum tract⁹ & expulſus.

Ab arterijs ĩ venas, quoſdam eſſe inſenſiles trãſitus.

Experimẽtũ

Totũ corpus intro, foráſq; eſſe ſpirabile quid Hippocrati ſignificet.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 277 sur 282

©BIU Santé

Arterias à corde plus accipere, & cur

ſpatijs viciſſim trahunt, atque expellunt. A corde verò ipſo accipiunt quidem plus, ſed reddunt minus. Cauſſa in his membranis eſt, quæ in earum ſuperna naſcuntur parte. De quibus, quoniam Eraſiſtrato diſputatum abunde eſt: fruſtra nunc à nobis de ijſdem agatur. Verùm illo authore, cum cõtrahuntur, nihil prorſus ex arterijs in cor recipitur, niſi per eas quæ ſunt in pulmone. quod ſanè ita non eſt. Cum fortaſſis etiam pro ipſis naturæ modulis ſe habente animali, exiguum aliquid recipiatur. Quippe non adeo mihi ad vnguem os magnæ arteriæ videntur membranæ obſtruere: vt nihil ex ea in cor reddatur. Alioqui ſi ſic tum obſtruant: certè violenta quapiam occaſione animal vrgente, neceſſario id fieri, veriſſimum mihi videtur. Hoc verò & per alia à nobis prodita, eſt demonſtratum. Nec magnus eius alioqui vſus ad propoſitam eſt diſputationem. Siquidem ſi arteriæ cordi aliquid impertiũt: ſic vtique ex omni parte tum trahant, tum rurſus remittant. Sin ſecus, ex omni certe parte trahent, tranſmittent autem in omnem partem, præterquam cor. Ac mihi ſanè melior videtur hæc ſententia: quàm Eraſiſtrati ſint hypotheſes. Cum nec conſpirabile ſibi eſſe, nec confluxibile corpus poſſit, niſi arteriæ tum ex omni parte trahant, tum in omnem tranſmittant. Præterea actionis earum vtilitas hac magis ratione, ad totum animal pertingat. Quippe cum eo pacto quælibet particula tum refrigerari, tum verò purgari ipſis arteriarum varijs motibus vſa, poſſit.

Eraſiſtrati de arterijs opinio.

Quæ, vt Eraſiſtratus eſt opinatus, canalium anima carentium, non inſtrumentorum vita præditorum, vſum animalibus præſtent. Nos verò alibi integro volumine multifariam indicauimus ſanguinem in arterijs etiam recte ſe habente animali, contineri. Quod ſi eſt: illud cuiuis pateat, quod non ex eo, quod ſpiritu qui à corde mittatur implentur, vt Eraſiſtratus putauit, idcirco dilatantur, potius quàm ex eo quòd dilatantur, implentur. Quippe ſi ſanguine eſſent vacuæ, fieri fortaſſe poſſet, vt exiguo tempore quod à corde confluit, ad fines earum perueniret. Sanguinem verò in ſe habentibus, fieri omnino nequit, vt motus celeritas cum eo cõſentiat, quòd impleantur à corde, ideo dilatari eas. Neq; enim eo quòd implentur, idcirco dilatantur: verùm ex eo quòd dilatantur, idcirco implentur. Atque hoc quidem & ſæpe, & paſſim, tum à nobis ipſis, tum eorum qui nos præceſſerunt plurimis ante eſt demonſtratum, arterias ita vt cor ſeipſas mouere viciſſim ſe attollentes ſummittentéſque. Idq; eadem qua ipſum vi. quam ſcilicet à corde ortam, per tunicas earum tranſmitti diximus.

Arteriarum actionis dubitatio.

Aptius verò mihi dubitare videntur, qui illud quærunt, diaſtoléne, an ſyſtole, an vtraque arteriarum actio ſit cenſenda. Non ſecus arbitror quàm de reſpirationis partibus merito à prioribus eſt quæſitũ, vtrúmne attractio ipſa ſpiritus, an eius redditio, an vtraq; actio ſit exiſtimanda. Verũ de illis alibi dicta ſunt, quę veriſimilia videbantur. De pulſuum verò motu nunc quærendum. Ergo ſi vti dictum eſt, eiuſdem vſus cauſſa, reſpiratio & pulſus animalibus eſſent dati: atq; ab ijſdem facultatibus manarent: vtiq; facile eſſet ex reſpirationis ſimilitudine, etiam de pulſu coniecturam facere. At quoniam pulſuum vitalis vis, quę à corde manat, effectrix eſt reſpirationis (vt indicauimus) animalis, quę prodit à cerebro: vtique nihil ex ijs quæ de illa ſunt inuenta, ad propoſita nobis conducat. Iam ex eo quoque difficultas quædam ad inuentionem oritur, q̃ poſt mortem, non perinde vt venas, ſic etiam arterias in ſe recidere videmus. Illę ſimul ac va-

Vis vitalis à corde manãs pulſũ efficit.

Animalis à cerebro reſpiratio.

Venæ & arteriæ habitus, in mortuo animali.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 278 sur 282

©BIU Santé

cuæ ſanguine ſunt,prorſus in ſeipſas ſidunt,ita vt ſuperna earum tunicæ pars, cum inferna committatur.Arteriæ ſemper diſſidentibus cernũtur partibus. Quod ſcilicet propter alteram earum tunicam,quæ dura eſt,euenit. Quanquam ſunt,qui hoc ipſum ideo euenire poſt mortem dicãt,quòd frigore tum rigeant,non quòd natura tales ſint.Alij cum in aquam calidam coniecciſſent, ac mox ita diſſidentes conſpexiſſent, ſic eas ſe habere etiam priuſquam animal moreretur ſibi perſuaſerunt.Quippe in priorem habitum,frigiditate iam diſcuſſa,fuiſſe reuerſuras,ſi ſcilicet ex hac,nouum habitum contraxiſſent.Itaque cum prorſus perdifficilis hæc ſit quæſtio : quibus coniectans rationibus vtrunque motum arteriarum actionem putem, iam ſubijciam.Quòd diaſtole ſub virium robore magna ſit,ſicuti ediuerſo ſub imbecillis viribus parua,manifeſte cernitur.Atqui oportebat,ſi quemadmodum quidem autumant,contractio ipſa arteriæ ſit actio:dilatatio verò tunicarum ipſius in naturalem partium diſtantiam ſpontaneus reditus,primùm quidem eandem ſemper eſſe dilatationum magnitudinem:deinde magnitudinem nihilo magis robuſtarum quàm infirmarum virium opus eſſe.Quorum vtrunque falſum eſt.Accedítq; quo id conijciam,aliud non paruum,quòd maximi altiſſimíque pulſus ijs affectibus,qui commodiſſime per criſim finientur,fiunt.Quamuis hoc tempore vires eſſe imbecillas ne inſanus quidem dixerit.Nam ſi commode aliquid per criſim viribus imbecillis finitur,vtiq; incõmode id fiet ijſdem robuſtis. Quod ſi eſt: mortem ipſam roboris virium opus eſſe dicemus.quo quid dici magis ridiculum poteſt?Quinetiam quòd ictus vehementia alijs pulſibus maior ſit, alijs minor:intendi ac remitti actionem eorum teſtatur.Quòd ſi tanquam ſpiritus expulſio:ſic diaſtole actionis eſſet remiſſio: vtiq; nec intentio in ea, nec remiſſio, ſicuti nec in ſpiritus emiſſione cernerentur, nec omnino robur, & vehemẽtia ictus.Ac diaſtole quidem per hæc,& alia his ſimilia,ex actionũ mihi genere videntur.Seruaríq; etiãnum hactenus pulſuum cũ reſpiratione ſimilitudo poteſt.Deinceps illud cõſiderandum videtur, an ſicuti ſpiritus emiſſio actionis pectoris remiſſio eſt,velutíq; ceſſatio,flatus verò actio,atque idcirco intentionẽ & remiſſionẽ admittens,quod emiſſio ſpiritus non facit:ſic ſyſtole in pulſibus relaxatio arteriarũ operis ſit,aliáque huic annexa actio, qui efflatui reſpõdeat.Ac mihi id quoq; videtur veriſſimũ eſſe.Porrò conijcio id tum ex ijs quæ communiter de vniuerſis vitæ facultatibus alibi nobis demonſtrata ſunt,tum ex proportione ad ipſam ſpiritus emiſſionẽ. Siquidem in ijs quibus de eiuſmodi facultatibus egimus,viſum eſt quodq; inſtrumẽtum contrarias inter ſe,ſibi inſitas facultates habere.Rurſus ſimilitudo ad reſpirationem, exigit in arterijs actionẽ,quæ portione reſpondeat flatui. Etenim abſurdũ maxime ſit,niſi potius eiuſmodi quod fieri omnino non poſſit, eſſe aliquem naturæ ſyſtoles arteriarum vſum,nec tamen vim ingenitã,quæ eiuſmodi motum efficeret,datam eſſe.Rationabilius igitur longe eſt,ſicuti cum de ſpiritus difficultate agerem,eſt indicatum, vbi ex humorũ deuſtione collectus fuliginoſus vapor plurimus eſt:tum animal efflatum appetere.Cõtra cum vel ob ſucci temperiem,vel caloris mediocritatem,nihil talis excrementi colligitur, tum ſpiritus tantum redditionem.In arterijs quoq;,vbi tale excrementum redundat,ſimilem efflatui ſyſtolem ædi.Reliquas,cum id quod ex ipſis vacuatur,ha-

Vterque motus arteriarũ,actio eſt. Diaſtole quãta in diuerſo naturæ habitu.

Diaſtole.

Syſtole.

Quodque inſtrumentum cõtrarias habet facultates.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 279 sur 282

©BIU Santé

litui quàm fumo eſt ſimilius.Sanè multa eorũ quæ in pulſu apparent,euidentia documenta ſunt.Veluti & quæ per ſomnum in ijs qui ampliter comederunt,fieri aduertimus.In his enim remiſſior fit diaſtole,vt quæ tum minor effecta,tum verò tardior intelligatur.Intenſio autem fit ſyſtoles in vtroq;.cum & velocior quàm prius,& magis intro ſe recipere noſcatur.Videntur autem hæc tum merito per ſomnũ fieri,tum cum ſpiritus miſſione conſentanea eſſe. Quippe intro magis quàm foras naturali calore ſe ferente,eóque etiam circa viſcera,& ventrem,qui ſuccos & cibos concoquant,iam plurimo collecto neceſſum eſt excrementum,quoniam id quoque copioſius gignitur,naturalem vacuationẽ deſideret.Proinde in reſpiratione ſpiritus miſſio, & celerior, & maior,& plerunque cum efflatu defatigatis inter dormiendum viſitur:maximéq; id vbi largius comederint.In pulſibus verò arteriæ contractio,ad eundem ſe exhibet modum.Sic porrò & pueris ambo excellũt. Quippe vehemẽs eſt his propter incrementum concoctio. Contrà ſenum ætas tardiſſimam & minimã videtur habere ſyſtolen,vtpote minus neceſſariam.Cum & imbecilliter concoquat,& ſuccos minime cõficiat.Iam ad portionem horum,tum anni tempus,tum regio,tum omnis vno verbo circundantis nos aeris,ad frigus & calorem mutatio pulſus alterare videntur.Pari modo & animi affectus omnes,& vitæ ſortes,& morbi,arteriarum motum introrſus extrorſúſve promouent.Quanquã ſcilicet oportebat,ſi ſyſtole,ſemper ceſſatio,& quies eſſet,primum illud accidere, vt non aliàs videretur celerior.Deinde, vt terminus & finis motus ſemper is eſſet,quem ex naturali compoſitione arteriæ poſſideret. Verùm cũ vltra quoque hunc terminum ſeipſas moueant: indicium eſt tum etiã obitæ actionis.At inquiũt arteria non agendo aliquid celerius interiúſq; deſcendit.Sed propter tunicarum mollitiem,habiles enim ſunt tales, ceſſante diaſtole,& vlterius & celerius quàm duræ,in ſeipſas recidere. At hoc viri probi mutationi illi modulorum pulſus,quæ ex ætate ſpectatur,fortaſſe cõſentire dicemus.Tametſi paulo poſt,quẽadmodum diſſentiat,indicabimus.Cæterum plurimis alijs affectibus euidenter repugnat:in quibus ſcilicet ſubitanea eſt modulorum pulſus mutatio.cum nihil adeò in tantillo tempore mutari in mollitiem,& duritiem tunicæ poſſint.Fallit autem non minime vos,& quod à veteribus medicis probè dictum,non recte à vobis intelligitur. Quippe faciliores ad motus erunt molles tunicæ:cũ ſcilicet facultates ipſæ aliquid per eas moliuntur. Siquidem ſic illis ſunt magis obſequentes,& vt ſic dixerim,ad id quod volunt,ſequaciores.Cum verò poſtquã ab ijs ſunt motæ,rurſum permittuntur ad ſtatũ proprium redire, tum vtique duræ quàm molles celerius reuertuntur.Non aliter planè quàm duræ ſtirpes,quæ difficilius quàm molles cogenti ipſas cedunt,vixque trahentem ſequũtur:dimiſſæ rurſus in priorem ſtatum facilius redeunt.Quinetiam ſupra id quod hoc ſic fieri apparet, etiam ratio idem confirmat.Omni enim corpori ſuus quidam ſtatus eſt,omnis tum doloris,tum verò vt Hippocrates ait,laboris expers,ſcilicet in medio exceſſuum ſui motus poſitus.Nec ab hoc citra offenſam id remoueris. Eſtq; maior offenſa tũ ipſi moto corpori,tum verò facultati quæ id mouet,cũ ipſum durum ſiccúmque eſt. Quod enim ſic eſt affectum,valentiorem habitum habet,quàm id quod mollius eſt atque humidius.Quanto autem quicquid eo-

Dormiẽtium à ſaturitate pulſus.

Syſtole dormiẽtiũ à ſaturitate, cur intendatur.

Spiritꝰ emiſſio in defatigatis maior & frequẽtior inter dormiẽdum ſpectatur.

Aeris circũdantis ſtatũ, præterea animi affectus, & vitæ ſortẽ, pulſus modũ alterare.

Refutatio Hypophoræ.

Suus cuique corpori ſtatus eſt quo offenſam non ſentit.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 280 sur 282

©BIU Santé

rum quæ paſſura quicquã ſunt,valentius fuerit,tanto vtique eum qui nouum illi ſtatum inducit,difficilius ſequitur.Ergo ſi quod mouetur,ab eo quod mouet patitur:agit autem facítque in ipſum id quod mouet:ratio eſt vt quanto ægrius patitur id quod durius eſt,tanto etiam idem difficilius moueatur.Proinde ſiue ſtirps vlla, ſiue animãtium pars vlla inſtrumentalis à facultate quauis moueatur, quod durum eſt, vtpote difficilius patibile, difficiliúſque mobile,minus obſequetur.Quod mollius eſt, facilius ducetur. At quod eſt durum,ceu valentiore firmatum habitu,velocius in ſuum ſtatũ reuertitur.Nam in ipſis ſtirpibus,quæ tenellæ nouellæque ſunt,tum vtiliũ vſum præbere,tum verò ad reditum in naturæ habitum ſegnes eſſe cernuntur.E diuerſo quæ abſoluta iam duráque ſunt, cum impetu maiore ac motu celeriore reuertũtur. Ergo præter id quòd à ſubito mutatis arteriæ motibus refutatur eorum ratio, vt dixi,etiam nec cum ijs quæ fieri euidenter apparent, conſentire videtur eorum hypotheſis. Indicato præſertim quod mollius & imbecillius corpus,vt facile ducentem ſequitur:ita ſegnius in naturam reuertitur. Durum contrà,tum roboris renixu vix vincitur,tum tardius ſequitur,ac celerius, cũ ſuo impetui dimittitur,ad propriam naturã feſtinat.Quæ ambo,vt ſumma cõplectar,tum mollibus arterijs,tum duris per vices incidunt.De pulſuum vſu, dixi rem totam.Nam & quòd naturalis,qui per totũ animal diffunditur, caloris gratia ſint conditi,& quòd dilatata arteria,is refrigeretur:contracta rurſus purgetur, & quòd motus hi, ſpiritus motibus omnino ſint adſimiles, & quòd animali ſpiritui conducant: & quòd vna re tantum reſpiratio & pulſus diſſideãt.Nempe quòd illa ab animali facultate,hic vitali manet. Reliquis,vel quod ad vtilitatẽ,vel quod ad motus modum ſpectet,ſimiliter ſe habeant. Dictum præterea ac demõſtratum eſt,facile vtique qui hæc curioſe relegerit,diſcernere poſſe,& quæ recte à prioribus ſint dicta,& quæ ſecus.Facile verò eiuſmodi homini eſt,& quæcunque membratim de vtraque actione,quæruntur, ea inuenire. *Epilogus.*

FINIS LIBRI GALENI DE VSV PVLSVVM.

Galeni Opera de pvlsibvs Hermanno Crvserio Campensi interprete. Quae in hoc ... - page 281 sur 282

©BIU Santé

Errata quæ inciderunt in libros ad Tirones, de differentijs pulſuum, & de pulſibus dignoſcendis.

4. 35. pro anni temporib. 9. 19. rarum. 9. 34. fit. 11. 38. eo. ibidem. 45. crebrum & languidum. 19. 3. nomina his ponere prætermittamus, qui de ijs laborant, & artis vera negligunt opera. Nec. ibidem. 5. valemus. ibidem. 36. ac anni temporibus. 21. 33. immutantia. 22. 33. Quarum. 26. 2. inæqualem. 30. 30. conuelli videntur conuulſiui. Vib. 32. 31. ſi alteræ. 35. 20. Quartum. 40. 12. ibi. 42. 24. maiorẽ exceſſum. 44. 28. qui. 45. 43. Archigenes. 46. 7. conetur. 49. 4. lege pro qui quod. ibidem. 25. Vellus. 27. 2. contentæ pro tenſiuæ. 63. 35. certum eſt. 66. 44. ducendi. 67. 28. debuerunt. 74. 42. quod. 76. 21. animalis lege pro ſpiritualis. 78. 10. priuatum. 79. 5. omnes hos. 83. 29. prætermiſſas cæteras. 90. 1. vtroque. 94. 11. puto illum legendum eſſe, quanquam illam legatur græce. Ibidem. 27. venditãt. 95. 35. qualia videntur. Ibidem. 36. lege bis ſint. 96. 14. verba. Ibidem. 19. vetet. ibidem. 27. inijcitis. ibidem. pronũtietis. 97. 42. palpitantia. 98. 2. pro rerum lege eorum. 99. 5. illam. 101. 23. pro fieri lege ferri. 102. 1. aliquem. 104. 23. pro obſcuris lege lãguidis. 106. 12. linea ſequente, totum. 110. 18. pro hos, lege hæc. 122. 41. dele eſt. 140. 4. exiſtet.

Errata quæ inciderunt in libros de cauſſis pulſuum, & de præſagatione ex pulſibus.

4. 44. pro Quippe lege porrò. 6. 29. pro tardum lege rarum. 21. 24. qui acerbatim. 29. 35. fit. 32. 3. illas. 36. 26. pro verò lege medio. 43. 40. tamen lege pro tum. 49. 39. impartit. 66. 4. pro pulſum lege medicamentum. 86. 3. quarum. 89. 24. præerant. 97. 18. coniunctus. 102. 27. ſequantur. 105. 6. explorando. ibidem. 31. paucæ.